DOCTORIS LAURENTII PIRES CARVALHO QUAESTIONES SELECTAE DE...

Digitized by Google

.IX.

M

~~68.7.~~

13-15.f.21

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
13
16 E
13

Digitized by Google

DOCTORIS
LAVRENTII
PIRES CARVALHO
QUÆSTIONES SELECTÆ
DE
BULLA CRVCIATA
LUSITANIÆ
PARS PRIOR

Digitized by Google

Digitized by Google

QUÆSTIONES SELECTÆ
Duodecim
DE BULLA SANCTÆ CRVCIATÆ
SUB AUGUSTISSIMO REGE NOSTRO
PETRO II.
LVSITANIÆ REGNO, EIVSQVE IMPERIIS
PER QUATUOR ORBIS PLAGAS DISPERSIS CONCESSA;
Pro decidendis controverſiis nuperrimè ſubortis medullitùs exploratæ,& adamuſſim diſceptatæ;
juxta
Regulas ab Actore traditas in Epitome Enchiridionali vernaculo idiomate recèns editâ;
Quarum ſynopſim ſubſequens Tabella indicabit.
Additis ad calcem uniuſcujuſque Quæſtionis Theologorum, & Juriſtarum inſignium, cùm Regularium, tum ſæcularium Curiæ commorantium peritiſſimis judiciis; junctis nonnullis Academiæ Colimbrienſis pro temporis opportunitate placitis.
Ad corollam operis indice rerum notabilium copioſiſſimo accuratè appenſo.

AUSPICANTE
BEATISSIMA VIRGINE DE
MONTE ACUTO,
CUJUS DEVOTISSIMA IMAGO SUMMA RELIGIONE COLITUR in Templo Grangiæ habitacuii Actoris juxta viam, quæ ducit à Regia ad celeberrimum Auguſtinianum Cœnobium Deiparæ è Rupe Gallicâ, extra muros Civitatis frequentiſſimæ peregrinationis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

AUCTORE
D. LAVRENTIO PIRES CARVALHO,
PRESBYTERO REGULARIS MILITIÆ JESU CHRISTI ULYSSIPOnenſi; à Conſiliis, & Cadurco Regiæ Maieſtatis, Baſilico in Collegio D. Pauli olim pro Academiæ ſtudiis Alumno, Juris Pontificii Profeſſore; quondam in Portucali Sede Præcentore maximo, nunc Ulyſſiponenſis Metropolis Scalabitano Archidiacono: apud Portucalé tunc Senatore, Gravaminumque Expeditore, ac Regiæ Coronæ Judice: poſt Ulyſſipone paritèr Gravaminum Areopagitâ: inſuper in Prætoriis Regiis Conſcientiæ, Militiarum, & Triplicis Regni Statûs Conſiliario; Fabricarum, Palatiorumque Regalium Proviſore: Cómiſſario ejuſdem Bullæ Apoſtolico Generali, &c.

ULYSSIPONE, Apud MICHAELEM DESLANDES, Sereniſſimi Regis Typographum. Anno. 1698. *Cum facultate Superiorum.*

Dom. Prof. Rom.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

BEATISSIMÆ VIRGINI MARIÆ

A MONTE ACUTO,

Nuncupatio ſupplex.

Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo; monuit nos Magiſter, Unigenitus tuus, ò Virgo Dei Genitrix ſpecioſiſſima. Priùs Cæſari, poſteriùs Deo facturos ſatis nos voluit, quæ ſua ſunt.

Reddidi ſic priores elucubrationes meas inſcriptas: *Enucleationes Ordinum Militarium*, Petro II. Portugalliæ Cæſari præſtantiſſimo; poſteriores meas conſcriptiones: *Selectiores Quæſtiones Bullæ Cruciatæ* nuncupandas Tibi optimè fluit jam reddendas, ò Virgo Dei Mater clementiſſima: uterque ſtudij mei ſudor, Sarracenorum inſidijs occurrere, ut Orthodoxa Fides illuſtrêtur, & exaltêtur, paritèr intendit: uterque Mauritaniam, & Chriſti hoſtes debellare prætendit. Primus Regis erat, & Petri: ſecundus tui Reginæ, & Mariæ Divinæ Gratiæ Matris eſt: jure unicuique, quod ſuum tribuerim.

Regi mortali, quæ ad mortale corpus, honores, nempè Inſignium, & expectativarum, penſionũque diſtributiones in Commendis Ordinum Militarium, ut potè qui omnes, & ſinguli cum ſupremum ſuſpiciunt Magiſtrum: Tibi Reginæ Deificæ, quæ ad animam immortalem, nimirùm piacula ſolvere, ſordes mentis abluere, pœnæ reatus delère, quæ Te, nec alium neminem, agnoſcunt, cujus eſt miſericordię viſcera

pandere, & merita coronare; *Quidquid* enim *à Deo est per Mariam est.*

Petro, alterius Ecclesię Principis vestigijs insisten-ti, qui gladium pro christo tuendo stringere, non formidavit; nec ipse pro Catholicâ Fide tuēdâ gladium jugiter stringere veretur unquam: Mariæ dulcissimæ grātiarum Matri, quam ipsæ Cruciatę gratię, & indulta Matrem adscisçere, & peccatorum refugium, testātur.

Sub cujus ergò auxilijs, Quæstiunculæ hęcce meæ in lucem prodierint, nisi sub tuis, & tuo Numine præmunitæ, cùm primæ Regium nomen sibi arrogarint? suę sunt illæ, hæ meritò tuæ sunt; nam tua sunt omnia, quæ gratiam impartiuntur; tua sunt, quæ peccata lavant; tua sunt, quæ pœnas delent: omnia sunt tua, quæ animas refocillaverint.

Sub uno Petro Christi Vicario, cùm arma vibrantur in Mauritania, tum animæ indulgentur in Lusitania, sub una Mariâ Jesu Matre, tum Maurorum vires frāguntur in Lybia, cùm Dei gratiæ in Lusiadum corda diffunduntur in Lysia. Et Petri tutela, & Dei munificentia Te Dispensatricem agnoscunt, & Tutricem.

Montem Belgicum Acutum accepisti, ut exaltaréris; Montem cordis mei sentosum accipias, ut expietur, ut condonetur. Quercum cavernosam illic elegisti, ut ibi reciperêris: meam cordis quercū, & meam Quercuū Familiam hic elige, ut inibi à Te Tutelari recipiamur, & protegamur.

Tibi obstrictū fateor, Domina mea, jam dudū à Progenitoribus meis multifariam, tuo devinctū patrocinio me indiès volo. Tibi sisto, Tibi litor harum Quæstiuncularum libamina: Tutus accedo; audax, & Tibi fisus, Tibi genua venerāter inflecto, Tuam mihi, meisque Quæstiunculis benedictionem vendicādam. Suscipe, Mater pijssima; & indulge Virgo de Mōte Acuto, ut in Montem, qui Christus est, pervenire valeamus.

Ave, & Fave.

Digitized by Google

AD LECTOREM

BENEVOLUM.

NOvas Provincias assumimus (benigne Lector) ut tibi placeamus: sudores novos aggredimur, ut tuo studeamus profectui. Pridem Ordines Militares Enucleatos tibi primò propinavimus eâ, quâ valuimus, diligentiâ elucubratos, quasi ex Senatorio munere compulsi: modò nos Commissaria compellat Dignitas, ut Cruciatam selectam tibi secundò sistamus, eâ, quâ possumus, claritudine explanatam: dum prioris holocaustomatis fastidium levabit posterius hoc paulisper; Ordines magis Enucleatos feliciùs cudendos quantocyùs expectabis, ut redeamus, cum tempus superfit, Cruciatam ampliùs elaborare, secundùm Epitomen, sivè Enchyridion perutile idiomate patrio nuperrimè editum, pleno calamo explanandam.

Lectori proloqui moris fuit usquequaque usitatissimi inter scribentes, ut prænuntietur concisè, quod legêtur prolixè. Habes hoc in opere, (studiose Lector) duodecim quæstiones, multis indè subortis quæstiunculis, quæ sese inter scribendum obtulêre jam contentiosè judicandæ, jam pro veritate explorandæ. Hic reperies congesta plura de sumptione Bullæ defunctorum; de approbatione requisita in privatis Oratorijs ad celebrandum, & in Confessarijs ad confessiones auscultandas: plura de comparatione summarij cõmunis, ut prosint mortuorum, & compositionis summaria: plura de potestate Commißarij: plura quoque de pœnis ab Ordinarijs Cruciatæ applicandis: plura circa reservata Regularium: & supremò plura circa suspensionem, & derogationem privilegiorum, & rescriptorum Cruciatam impedientium, vel adversantium, ac de necessitate Regij Exequatur, ut valeant; ubi nonnulla alia ad idem concernentia.

Opportunum opputavimus Censorum placita adnectere, nam licèt

licet in dubijs noſtrâ referat ex Apoſtolico periſcumate dirimere, & expromere; de certatam hæc noſtra paſſa eſt elucubratio conflictionẽ ita, quòd urgens opus fuerit, adminicula implorare, ut tibi gratius ferculum exhiberetur.

Impense incubuimus, ut aperiretur, quod opertum hactenus, & obſtruſum nimis arrogabatur, & videmur clarâ methodo conſecuti: protenſionem præſtolamur exculpandam, adverſis factum ſatis plus ſuſceptam, quàm tibi laborem irrogatum adeò prolixè ſuſtinẽdum: nil enim vehementiùs uſpiam, & uſque nobis in animo, quàm tibi (Lector benevole) jucunditatem párere, & tuæ commoditati parêre jucundiùs; quò preſſâ utaris operâ, ut cùm tibi opera ſit pretium in legendo, nobis tum operis ſit præmium in ſcribendo:

Ouvid. ad Piſon.

Quôd ſi digna tuâ minus eſt mea pagina laude,
At voluiſſe ſat eſt: animum, non carmina jacto.

Accipe igitùr hanc qualemlibet aviditatem; & paucitati parce, votum conſiderans: boni conſule (Lector bone) ut boni Scriptores ſimus: ſcriptum noſtrum valida, & ut reſcribamus altrà. Vale.

Digitized by Google

LICENCAS.

Facultas Tribunalis ſupremi Sanctæ Inquiſitonis.

O Padre Meſtre Fr. Manoel Leitaõ Qualificador do Santo Officio veja o Livro de que eſta petiçaõ trata,& informe com ſeu parecer. Lisboa 9. de Novembro de 1696.

Caſtro. Foyos. Pinna. Denis.

Cenſura R. P. M. Fr. Emmanuelis Leytam, olim in Prædicatorum Familia Provincialis, nunc verò in Conventu Sancti Dominici Prioris, ac Fidei Cenſoris, & Synodalis Examinatoris.

HOc volumen quod inſcribitur: *Quæſtiones ſelectæ de Bulla Cruciatæ Luſitaniæ*, Authore Illuſtriſſ. Domino, & Sapientiſſimo Doctore Laurentio Pires Carvalho Regiæ Majeſtatis à Conſilijs, & Cortina, Commiſſarioque Generali Bullæ Cruciatæ, de mandato ſupremi Tribunalis Sancti Officij, vidi, & ſumma voluptate perlegi; præterquàmquod nihil continet,quod Fidei Catholicæ repugnet, moreſque Chriſtianos offendat, cenſeo opus doctiſſimum, magnâ ingenij dexteritate, magnaque eruditione, & ſcientiæ gravitate elaboratum, tum in exponẽdis ſacrorum Canonum decretis, in Sũmorum Pontificum explicandis Bullis,& declarãtionibus Cardinalium; tum in Theologorum decidendis quęſtionibus, & in Doctorum roborandis placitis, tum denique in examinando doctè, & ſubtilitèr difficultates, quæ circa ipſas quæſtiones ſelectas de Bulla excitantur, diſcuſſas, & deciſas magna claritate, excellenti methodo, & ſolidis fundamentis ex utriuſque juris principijs, numeroſaque Doctorum multitudine roboratis, & certè quod Author in totius operis diſcurſu, non modo utriuſque juris, eximium profeſſorem ſe oſtendit,ſe ſapientiſſimi Theologi munus præſtanter implet. Digniſſimum proinde judico, ut imprimatur. Ulyſſipone in Conventu S. Dominici, die 14. Decembris 1696.

Fr. Emmanuel Leytam.

O Padre Meſtre Franciſco de S. Maria Qualificador do S. Officio veja o Livro de que eſta petiçam trata, & informe com o ſeu parecer. Lisboa 14. de Dezembro de 1696.

Caſtro. Foyos. Azevedo. Pinna. Denis.

Cen-

Digitized by Google

Cenſura R. P. Franciſci à Sancta Maria in Cœnobio Divi Eligij Rectoris, ac Trium Ordinum Militarium Examinatoris, ac Fidei Cenſoris.

VOlumen iſtud, cui titulus *Quæſtiones ſelectæ de Bulla Cruciatæ Luſitaniæ*, ab Illuſtriſſ. æquè, & eruditiſſimo Domino Laurentio Pires Carvalho elucubratum, ex ſuperiorum præſcripto, mihi ſiſtitur ad cenſuram. Equidem ipſum Authoris nomen, Viri utiq; non minùs accepta à maioribus ſanguinis claritudine, quàm promerita ingenij, & doctrinæ laude ſplendidiſſimi, ac de Republica literaria alijs jam in lucem editis commentarijs optimè meriti, opus ſuum ſic condecorat, ut illuſtratorem non quærat, ſic tuetur, ut Cẽſorem non timeat, ſic commendat, ut encomiaſte non egeat.

Generalis Commiſſarius Sanctæ Cruciatæ renuntiatus, non ſegnitèr munus ſuum obit: ſed eidem aſſerendæ, elucidandæ, & indies promovendæ indefeſſis ſtudijs totus inſudat, gnarus doctorem *inſipientibus, & ſapientibus debitorem* conſtitui, profuturus inſipientibus Bullæ textum ipſa ſui diffuſione faſtidioſum in ſinopſim coactũ; & in rubricas (quod nemo ante hac præſtiterat) mira claritate digeſtum, quò facilius ab ignaris etiam caperetur, vulgari lingua, ſed inventione, & ſtudio non vulgari fruendum nuper exhibuit.

Ad Rom. 1. 14.

Modò ſapientibus etiam facturus ſatis, indulta plurima, & privilegia non minimi pendenda; ſed nondùm benè perpenſa, utpotè minùs obvia, & quæ doctiorum quoque indaginem, vel penitùs ſubterfugerant, vel accuratiorem adhuc expoſtulabant, ſolertèr enucleat, & per duodecim diſſertationes multiplici eruditione proſequitur. Quo in argumento (ut Tullij verbis utar) *Rem complectitur, dividit acutè, nec prætermittit quidquam, quod eſſet in cauſa vel ad confirmandum, vel ad refellendum.*

Cicero in Bruto.

Sic Author ſtrenuè Solis ipſius æmulatur labores. Hic indefeſſo curſu duodecim Zodiaci ſigna circumiens ſpectandum Orbi reddit quidquid noſtris invidia mortalium oculis ſubtraxerat, & cælaverat: ille per totidem diſſertationes ingeniosè diſcurrens multa in Bullę textu, aut nimis recondita, aut non ita perſpecta, aut omninò ignota, & hucuſque latentia, Orbi literario viſenda, inſpicienda, & fruenda propalat. Et ne diſſertationi ſingulæ (ſicut nec cuilibet Zodiaci ſigno) ſua ſydera deſint, tot ſyderibus *in perpetuas æternitates fulgentibus* ſingulam exornat, & cælat, quot ſapientiſſimorum Virorum (quos conſuluit) nominibus, & placitis ſingulam ſubſcribit, & firmat. Quare cælum novum, quod in librum complicandum olim prædixerat Iſaias, Authorem in hoc libro explicuiſſe, mihi videtur. Nihil igitur in hoc cælo turbidum, nihil nebuloſum,

Daniel 12. 3.

Iſa. 34. 4.

ſem, nihil aut morum candori contrarium, aut fidei puritati incongruum adnotavi, ſed ubique lux, candor, & puritas. Ita cenſeo, Ulyſſipone in Cœnobio Divi Eligij 8. Januarij 1697.

Franciſcus à Sancta Maria.

VIſtas as informaçoens, pódeſe imprimir o Livro de que eſta petiçaõ trata, cujo titulo he *Quæſtiones ſelectæ de Bulla Cruciatæ Luſitaniæ*, & depois de impreſſo tornará para ſe conferir, & dar licença que corra, & ſem ella naõ correrá. Lisboa 8. de Janeiro de 1697.

Caſtro. Foyos. Azevedo. Pinna. Denis.

Facultas Ordinarij.

POde-ſe imprimir, & depois tornará para ſe conferir, & ſe dar licença para correr, & ſem ella naõ correrá. Lisboa 11. de Janeyro de 1697.

Serraõ.

Facultas Regis.

MAnda ElRey noſſo Senhor, que o Doutor Franciſco Mendes Galvaõ Deſembargador da Caſa da Supplicaçaõ veja eſte Livro, & interpondo ſobre elle ſeu parecer o remeta a eſta Meſa. Liſboa 12. de Janeyro de 1697.

Mello. P. Marchaõ. Ribeyro.

Cenſura Sap. D. Franciſci Mendes Galvaõ, in Domo Supplicationis Senatoris.

LIbrum iſtum, cui titulus *Quæſtiones ſelectæ duodecim de Bulla Sãctæ Cruciatæ*, omni animi attentione perlegi, nihil tamen in eo reperi, quod civilibus moribus repugnet, aut legibus adverſetur; immò omnia ita mirificè, ac doctè congeſta cernuntur, ut etiam tacito ſui Authoris nomine facilè omnes dijudicabunt hoc opus, à tanti, ac illuſtriſſimi Viri ingenio prodijſſe; quapropter dignum judico, ut in lucem prodeat, non ſemèl, ſed milliès, in communem Reipublicæ utilitatem. Ulyſſipone 17. Januarij 1697.

Franciſcus Mendes Galvaõ.

Que

Digitized by Google

QUe ſe poſſa imprimir, viſta a licença do S. Officio, & Ordinario, & informaçaõ que ſe mandou tomar, & depois de impreſſo tornará à Meſa para ſe conferir, & taxar, & ſem iſſo naõ correrá. Lisboa 21. de Janeiro de 1697.

Mello P. Roxas. Marchaõ. Ribeyro. Sampayo.

COhæret cum ſuo originali. In Conventu S. Dominici Ulyſſiponenſis, die 13. Auguſti 1698.

Fr. Emmanuel Leytaõ.

VIſto eſtar conforme com ſeu original, póde correr. Lisboa 22. de Agoſto de 1698.

Caſtro. Diniz. Carneyro. Muniz. Fr. Gonçalo.

VIſto eſtar conforme com o ſeu original, póde correr. Lisboa 22. de Agoſto de 1698.

Fr. P.

TAxaõ eſte livro em tres mil reis. Lisboa 22. de Agoſto de 1698.

Marchaõ. Oliveira.

Digitized by Google

R. P. Andreæ Vas è Societate Iesu quondam Provincialis integerrimi in Sacra Theologia Doctoris, Authoris, Magistri.

ILLUSTRISSIMO DOMINO LAURENTIO PIRES CARVAHLO,

Vigilantissimo Bullæ Cruciatæ Cõmissario Generali privilegia ejusdem Bullæ ab alijs siniſtrè oppugnata, ingeniosè, accuratèque propugnanti.

EPIGRAMMA.

QUam benè suspendit Laurenti penna volatu
Ingenia, & linguas frænat acuta suo?
Suspendi ingenium cogunt subtilia, linguas
Quæ falsa insinuant, vera tacere jubent.
Vera etenim doctrina suis fert robora dictis,
Et facit, ut vero falsa rubore cadant.
Nil mirùm! Ad nitidos Laurenti protinus ignes,
Quidquid in obscuro est, luce micante patet.

Illustrissimo Domino

LAURENTIO PIRES CARVALHO,

In laudem quæstionum de Bulla Cruciata.

P. D. Gaspar ab Incarnatione, Prior Cœnobij D. Vincentij Canonicorum Regularium

Pangit, & canit.

SI quæris lector tantum redimire volumen,
Perlege principium, quo redimitur opus.
Nomine si videris Laurum, sub nomine Quercum,
Altior ut meritum laudet utrunque libri.
Nam si penna libro describit provida nomen,
Nomen, si dederis præmia, cerne suum.

In laudem præclariſsimi Domini Laurentij Pires Carvalho quæſtiones de Bulla controverſas elegantiâ graphicâ, ſapientiâ pluſquam delphicâ decidentis, opuſcula hæc tyronis poetæ dicat ingeniolum.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23
A b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z

133 64 75
Laurentius Pires Carvalho *exit in numerum* 272

In arithmeticum anagramma vertitur

27 56 55 99 35
Si decidendi munia Quercus habet 272

Quod ſequenti aptatur

EPIGRAMMATI.

CUm olim conſulerent gentes Oracula, Phæbo,
Quæ reſponſa dabant, augure, quercus erant:
Ergo in te, ſapiens Laurenti, fatur Apollo,
Si decidendi munia Quercus habet.

ALIUD

ROmam Patronus Laurentius alter obumbrat,
Qui Summi Capitis viribus addit opem;
Iſte poteſtatem Romano à Præſule Bullæ
Indultam, ſapiens mordicùs arte juvat:
Si ergo tutamen Romæ eſt Laurentius iſte,
Romæ primitius quiſque Patronus adeſt.

SONETO.

ESſa, que em doutos raſgos deſafia
Ao mais alto ſaber, pluma elegante,
E das oppoſtas objecçoens triumphante
Te ergue de Pedro à ſacra monarchia,
Douta liçaõ, diſcreta apologia
Com methodo eſcrevendo relevante,
A's eſpheras do Olympo rutilante
Subir te faz a preſidir ao dia.

Con-

Digitized by Google

Contigo o Papa ſeu poder alterna
Tanto obrando per ſi com ſeu direito;
Quanto por ti com tua ſciencia rara;
Porque ainda que elle ſeja o que governa,
Surtira o ſeu poder debil effeito,
Se o teu grande ſaber naõ o ajudára.

Do Doutor Joſeph da Cunha Cardoſo.

In laudem Illuſtriſsimi, ac Præclariſsimi Authoris.

Clemens Rodrigues Montanha, in Regali Conventu Divi Iacobi de Spata moralis Theologiæ Magiſter.

EPIGRAMMA.

QUid tibi theſauros Eccleſia tradidit alma,
Ni quia Laurentii nomen, & omen habes?
Munificas cunctos, theſauris dives apertis,
Claudere nam munus Regia dextra nequit.
Terrenis opibus nimium dum fidit avarus,
Divitiæ pereunt, divitem & interimunt.
At bona, quæ confers, nullis obnoxia damnis
Vivunt, & cunctis Regna beata parant.
Audet & in dubium ſiquis revocare valorem
Muneris, en adſunt, quæ, monumenta, petat;
Verum ut namque probet ſacri diplomatis aurum,
Iſte liber prodit, Lydius iſte lapis.

Duodecim quæſtiones ex Bulla S. Cruciatæ ab Illuſtriſsimo Laurentio Pires Carvalho Commiſſario Generali ſelectas

Doctor D. Alexander à S. Ioſepho Can. Reg. commendat, & plaudit.

HAs ſelectas quæſtiones circa Bullæ Cruciatæ privilegia ab Illuſtriſſimo, Sapientiſſimoque Domino Doctore Laurentio Pires Carvalho maturè elucidatas legi, qua potui cura, incredibilique gaudio perlegi; & in tam ſublimi opere vetuſtis novitatem ſtare, abſoletis nitorem, obſcuris lucem, gratiam faſtidiis invéni: & ſi trium-

Digitized by Google

phalem capiti lauream Imperatoribus Ovantibus felicissimè conceſſit antiquitas, hanc in hoc ſeculo in luce collocat Ulyſſipo, in poſterorum oculis defigit Luſitania, totuſque felicior aſpicit, & conſecrat Orbis, ſiquidem præclariſſimum Dominum hujuſce libri Authorem triumphalis corona ex lauro, & Quercu mirabili artificio inſerta eniteſcens locupletat, perfulgens illuſtrat.

In lauro inclytum Laurentij nomen veneror, in Quercu illuſtre cognomen admiror; adſit ergo Illuſtriſſimus Dominus Luſitaniæ honor, ſapientiæ decor, lauro, & Quercu, non ſatis dignè prout ſua merita poſtulant, coronatus.

Capiant lectores ex hujus coronæ lauro jucundiſſimos ſapientię flores, qui in hoc libro tanquam in amæniſſimo viridario omnium mentes delectant, ſuavitatem emanant, dulcedinem inſtillant: colligant ex Quercu fructus, qui divinarum gratiarum perēnes hauſtus propinant, fœcunda rationum ubertate exuperant, dictionis ingenioſo ornatu, ſubtilique ſententiarum indagine ſuſpendunt; & hujus operis ſupremus Artifex ſic ex lauro, & Quercu coronatus, ſuæ ſapientiæ famam per immenſa terrarum ſpatia diffundat, illuſtremq; præclari facinoris memoriam in longam annorum ſeriem propagatam præſe ferat.

Sic verè cenſeo dignißimum eſſe opus, non ſolùm typis mandandum, ſed ad æternam Illuſtriſſimi Authoris memoriam emittendum. Datum Ulyſſipone in Regali Sancti Vincentij Canonicorum Regularium Sancti Auguſtini Cœnobio. die 1. Junij, anno 1696.

Dominus Alexander à S. Joſepho, in Conimbricenſi Academia S. Theologiæ Doctor, & in Congregatione Can. Reg. D. Aug. M. Emeritus.

In commendationem duodecim quæſtionum Bullæ S. Cruciatæ, Illuſtriſsimo Laurentio Pires Carvalho ejus Commiſſario Generali cōcinnante.

D. D. Emmanuel à S. Tereſia, Can. Reg. dicit, & cenſet.

SEntentiam laturus de duodecim quæſtionibus, quas, ut Cruciatæ privilegia firmet, typis maturat Illuſtriſſimus, pariterque Sapientiſſimus Dominus Doctor Laurentius Pires Carvalho, à Sereniſſimi Petri Secundi Portugalliæ Regis Cortinis, & Conſilijs, necnon in ejuſdem Principis ditionibus pro Cruciatæ negotijs Commiſſarius Ge-

Digitized by Google

Generalis, ſedula mentis indagine ſingulas legi, ambitioſo cordis affectu cunctas perlegi: Cæterùm illarum frontem tanti Doctoris nomine decoratam intuitus, quid ultra vel cenſuero, vel laudavero, cùm operis celſitudinem, Authoris vel ſola glorioſa nomenclatura ſatis ſuperque commendet?

Laurum à laude etymon ducere teſtatur Iſidorus etymologiarum Magiſter, nullus profectò libri hujus primo in limine præclarum Laurentij nomen intuebitur, qui nomine, ſeu omine tanto laudem eximiam,& promeritum, & aſſecutum non fateatur.

Quercum firmitudinis emblema uno, ac pleno ore, tota proclamat antiquitas; nullus, certè, Cruciatæ privilegia tanta ſuffulta Quercu aſpiciet, qui in ævum perennatura non ominêtur.

Quidquid ergo in hoc volumine continêtur, quod eternùm laudaturum perennet, digniſſimum judico; nihil quippe in ipſo offendi veriori Theologiæ diſſonum, morum integritati adverſans, conſcientięve ſecuritati non perutile; immò in his duodecim quæſtionibus, ſivè ut verum fatear, in hoc duodenario ſyderum ſplendidiſſimo coronide irradiant, me judice, ſtudia indefeſſa, fulgent ſententiæ pondoroſæ, ſplendent verba facundiſſima.

In hoc bis ſeno ſtellarum diademate, cum copia brevitas, cum probabilitate, & Doctorum allegatione ſecuritas, cum acutiſſimis,& ſolidiſſimis fundamentis pietas, mirè complectitur, apprimè nectitur, elegantèr conciliatur.

Opus certè hoc extat adeò ſapientiæ fulgoribus coruſcum veritatis radijs micans, pietatis luminibus niteſcens, ut non tam criſim, & cenſuram exigat, quàm panegyrim, & elogia expoſtulet.

Quid denique de ipſo ſentiam, tandiù non aperiam, quandiu Lirinenſis verba non appoſuero de Tertulliani ingenio, & voluminibus ſic loquentis: *Ingenio tam gravi, ac vehementi excelluit, ut nihil ſibi pene ad firmandum, aut impugnandum propoſuerit, quod non aut acumine firmaverit, aut pondere eruperit, & illiserit: jam porro orationis ſuæ laudes quis aſſequi poterit? quæ tanta neſcio, qua rationum neceſſitate conſerta eſt, ut ad conſenſum ſui, quos ſuadere non potuerit, impellat: cujus planè quot ſunt verba, tot ſententiæ, quot ſenſus, tot victoriæ.* Hęc Vincentius Lirinenſis.

Non aliter ipſemet, licèt non Cenſor, cenſeo; licèt non Judex judico. Datum Ulyſſipone in hoc Regali S. Vincentij Cænobio, die 21. Maij, anno à partu Virginis 1696

Domnus Emmanuel à S. Tereſia, Canonicus Regularis S. Auguſtini, in Auguſtiniano ſapientiæ Collegio Artium Lector, & in Conimbricenſi Academia Doctor Theologus.

Digitized by Google

Elogio en aplauſo del libro que el Señor Laurencio Pires Carvalho dió a luz, intitulado *Quaſtiones ſelectæ Bullæ Cruciatæ.*

ROMANCE.

A Vós Iluſtre Laurencio
Van mis verſos dedicados,
Y aũque a vueſtros pies rẽdidos
Quieren ſerviros de lauro.
A vós de cuya nobleza
Andan los annales baſtos,
Y eſcrita en el firmamento
Le ſoletrean los aſtros.
A vos cuyas letras pueden
Enſeñar a muchos ſabios,
Pues juntais a la ſciencia.
Lo prudente, y lo callado.
A vós que en los Tribunales
Votais con acuerdo tanto,
Que attendiendo a la conciencia
de reſpetos nó hazeis caſo.
A vós Padre de los pobres,
Pues enriqueciendo a tantos,
Antes que os pida la boca
Anda liberal la mano.
A vós cuya caridad
Con los enfermos, y ſanos
Es tanta, que en vueſtra Igleſia
Sois Parocho todo el año.
A vós que dentro en la Corte
Vivis como retirado,
Y por curioſos raſimos
Dexaſtes iluſtres Bagos.
Un Libro ſacais a luz
Tan docto, entendido, y ſabio,
Que ſiendo todo divino,
Son todo gracias ſus raſgos.
En idioma Latino
Lo biziſtes ſelecto, y claro,
Porque ſabeis que del verbo
Son diferentes los caſos.
De la Bula las queſtiones
Diſcutis con zelo tanto,
que tocais muchas materias,
Quando heriz puntos tan altos.
Todo es de gracias el Libro,
(Gracias a Dios que le hallamos)
Y ſus razones ſon breves,
Aunque ſea dilatado.
Un Pedro os ha elegido
De la Bula Comiſſario,
Que ſi un Pedro os dá el poder,
Otro Pedro os dá el cargo.
Exaltais la Cruz de Chriſto,
Y ſus privilegios ſacros
De tal ſuerte, que le hazeis
De letras otro Calvario.
De la Cruzada eſcrevis
Con un eſtilo tan raro,
Que nó ha de hazer el que leyere
Muchas cruzes en los labios.
Y porque nó ſe murmure
Por diminuto mi aplauſo,
Perdonpido, y a la cenſura
Humilde cruzo los braços.

De Sebaſtiaõ da Fonſeca & Payva, Freyre Capitular, & Meſtre da Capella no Convento de Palmella.

Digitized by Google

Ao meſmo Author levando o ſeu nome pelas primeiras letras hum Soneto, & hũa Octava acroſticos continuados.

SONETO.

Auguſto Heroe, admiraçaõ do mundo,
Luz das letras, farol da fidalguia,
Oraculo, Planeta, Sol, & guia,
Voz da fama, prodigio ſem ſegundo.
Reverente, com animo jucundo,
Eſſe lenho que Deos ſó de ti fia
Nam ſó defendes, mas com fé muy pia
Sondas da Santa Cruz o mar profundo.
O Livro que te inculca o mais ſciente,
Por applaudido ſer de toda a Corte
Idioma diſcreto, & eloquente,
Relata ſabio, que de toda a ſorte
Es da Cruzada Atlante mais valente,
Sendo da Cruz o Defenſor mais forte.

OCTAVA.

Com os pobres Lourenço repartia
As riquezas, & dons da Santa Igreja,
Reprovando a virtude a tyrannia,
Vituperando o zelo a vil enveja:
Aſſim de outro Lourenço a fé mais pia,
Liberal quer o Ceo que em tudo ſeja,
Herdando o mundo já em toda a parte
Os theſouros da Igreja que reparte.

De ſeu Capellaõ, & muito obrigado

Sebaſtiaõ da Fonſeca & Payva, Freyre de Palmella.

DE-

Digitized by Google

DECIMA

Dedicada ao Senhor Lourenço Pires Carvalho, Author do livro que ſe intitula, *Quaſtiones ſelectæ Bullæ Cruciatæ.*

EM ſilencio ſepultada
Deyxais (Illuſtre Senhor)
A queſtaõ, que he ſem vigor
Contra a Bulla da Cruzada:
Sendo opiniaõ aſſentada,
Fazerem certa a opiniaõ
As declaraçoens, que ſaõ
Decretos dos Cardeais,
Tem força, como as demais,
A voſſa declaraçaõ.

Dom Leonardo de S. Ioſeph, Con. Reg.
Prégador de Sua Mageſtade.

Digitized by Google

BULLA CRUCIATA

GREGORIJ XIV.

DEcens esse videtur, rationique maximè convenire, ut ijs, qui pro Christianæ Religionis, & populorum illam excolentium tuitione, & defensione adversus Christiani nominis hostes militant, & corpora sua periculo necis exponunt, congruæ subventionis auxilia ad eorum manutentionem à Christianis suppeditentur, ipsique populi Christiani ad id Romani Pontificis Christi Vicarij in terris hortationibus excitentur, spiritualibusque, & alijs grauijs ad hoc propensiùs exequendum inviteutur, præsertim cùm Catholicis Regibus, & Principibus temporales facultates deficiant. Sanè charissimi in Christo filij nostri Philippi Portugalliæ, & Algarbiorum Regis insinuatione accépimus, quòd ipsorum Portugalliæ, & Algarbiorum Regnorum, & Dominiorum Coronæ Portugalliæ facultates adeò reperiuntur exhaustæ, & attritæ, quòd ad supportationem onerum ordinariorum vix sufficiant; cogiturque Rex ipse aliunde exquirere pecunias ad complementum eorundem, & inter alia sibi, & Regnis prædictis incumbentia illud molestum, & grave nimis sibi, & Regnis prædictis redditur, quòd ad reprimendum conatus, & incursus Sarracenorum, ora maritima partium Africæ, Hispaniarum Regna, & Provincias respicientia, incolentium, Ceptensem, & Tingensem Civitates, & Mazagani, ac Arzillæ oppida in ipsis Africæ partibus consistentia, olim à suis prædecessoribus dictorum Regnorum Regibus manu valida ab ipsorum Sarracenorum potestate expugnata, militum præsidio munita defendere, & manutenêre tenentur, & si Civitates, & loca hujusmodi relaxarentur, vel aliàs ad potestatem dictorum Sarracenorum reverterentur, gravia damna, & incommoda, nedum Regnis prædictis, verùm alijs Regnis, & universæ Reipublicæ Christianæ sequerentur. Quare nos paterna charitate, & solicitudine excitati, omnes utriusque sexus Christi fideles in Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis, alijsque terris, & locis Regum Portugalliæ Dominio subjectis commorantes atque degentes, quo maiori possumus animi affectu, in Domino hortamur, ab ipsisque omni pietatis studio contendimus, ut pro subventione manutentionis militum, qui Civitates, & loca prædicta custodiunt, & defendunt, eleemosynas piâ, & larga manu conferre non cessent. Ut autem fideles ipsi eò libentiùs, quæ poterunt, auxilia ad hujusmodi subventionis, & manutentionis effectum studeant exhibêre,

bêre, quò ſe majora inde ſpiritualia munera ad animarum ſuarum ſalutem, gratiaſque alias ab hac Apoſtolica Sede noverint adipiſci, de omnipotentis Dei miſericordia, beatorumque Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus authoritate confiſi, eidem Philippo Regi, qui hoc opus maximè urget, ac Chriſti fidelibus utriuſque ſexus prædictis, qui intra triennium tantùm à die publicationis præſentium litterarum in ſingulis locis Regnorum, & Dominiorum prædictorum, in quibus à nobis deputandus Commiſſarius, vel ab eo delegati, illas publicari fecerint, & mandaverint, numerandum, pietatis zelo permoti, memoreſque in primis verbi illius ſalutaris: *Quomodo potueris, ita eſto miſericors, ſi multum tibi fuerit, abundanter tribue, ſi exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri ſtude*, quãta maxima pro opibus, & facultatibus ſuis potuerint, ſubvẽtionis auxilia ad effectũ ſubvẽtionis manutẽtionis militum præfatorũ contulerint, pleniſſimã omnium peccatorum ſuorum, de quibus corde contriti, & ore confeſſi, ſacraque Communione refecti fuerint, aut non valentes confiteri, neque Communione ipſa refici, id corde optaverint, indulgentiam, & remiſſionem, quę anno Jubilæi elargiri conſuevit, ſexies videlicèt dicto currente triennio, ita ut ſtatim poſt ſextum quemque ipſius triennij menſem indulgentia hujuſmodi rurſus à prædictis, & alijs eorundem Regnorum, & Dominiorum perſonis eleemoſynas denuò, ut ſupra, conferentibus, aliaque prædicta toties conficientibus conſequi poſſit, miſericorditèr in Domino concedimus. Quæ etiam pro cujuſque eleemoſinam elargientis voluntate animabus in Purgatorio exiſtentibus, quæ per charitatem Chriſto unitæ ab hac luce migraverint, pro quibus juxta præmiſſa collatum fuerit, ad relaxationem pœnarum, quibus ſecũdùm divinam juſtitiam expoſitæ ſunt, ſuffragetur. Prætereà illos omnium precum, eleemoſynarũ, peregrinationũ etiam Jeroſolymitanarum, cæterorumque bonorum operum, quæ in militanti Eccleſia univerſali, & ſingulis ejus membris fiunt, participes eſſe volumus. Illis quoque, qui, ut præfertur, contulerint, ac etiam alijs, qui intra dictum triennium in manutentionis hujuſmodi ſubſidium alias pias eleemoſynas fecerint, paritèr concedimus, ut eodem triennio durante, liberè poſſint in privato Oratorio, ad divinum cultum dumtaxat deputato, ab Ordinario loci approbando, & viſitando, etiam in locis interdictis, quanvis etiam Apoſtolica authoritate ſuppoſitis, dummodo ipſi cauſam non dederint hujuſmodi interdicto, vel per eos non ſteterit, quominùs illud amoveatur; ac etiam illuſtribus, & alijs nobilibus, qui facultatem ad id à Commiſſario ſuper hoc deputando habuerint, etiam per horam antequàm dies illuceſcat, & per horam poſt meridiem, excommu-

municatis, & interdictis prorsus exclusis, per se ipsos, si Presbiteri fuerint, seu per alium, vel alios Sacerdotes, ut præfertur, approbatos, in sua, ac familiarium, domesticorum, & consanguineorum suorum præsentia Missas, & alia divina Officia celebrare, & tempore interdicti hujusmodi divinis interesse, necnō Eucharistiæ, & alia Ecclesiastica Sacramenta, præterquàm in die Paschatis, recipere, & eorum decedentium corpora, etiam cum moderata funerali pompa Ecclesiasticæ tradi sepulturæ. Ad hæc ultra precum, eleemosynarum, peregrinationum, & aliorum operum prædictorum participationē, ijs, qui in loco, ubi ipsos morari contigerit, singulis Quadragesimalibus, & alijs anni temporibus, & diebus stationū Ecclesiarum almæ Urbis, & extra illius muros quinque Ecclesias, sivè Altaria, seu si ibi tot Ecclesiæ, vel Altaria non fuerint, quinquiès unam Ecclesiam, seu unum Altare devotè visitaverint, precesque ad Deum pro Sanctæ Romanæ, & universalis Ecclesiæ Catholicæ conservatione, & salubri directione, paceque inter Christianos Principes conferenda, & aliàs, prout cujusque suggeret devotio, piè effuderint omnes, & quascumque indulgentias, tam pro se, quàm per modum suffragij pro illis, qui in Christi charitate decesserint, & pro quibus ipsi visitaverint, consequantur, quas consequerētur, si eisdem temporibus, & diebus singulas Ecclesias dictæ Urbis, & extra illius muros hujusmodi pro eisdem stationum indulgentijs consequendis deputatas personalitèr visitassent. Et ut purius preces Deo fundere, & eò efficaciùs divinum auxilium implorare possint, quò magis peccatorum vinculis absoluti in his litteris contenta adimpleverint, ut ijdē omnes dicto triennio durante quemcunque Presbiterum sæcularem, vel cujusvis etiam Mendicantium Ordinum Regularem ex his, qui ab Ordinario, & quoad Regulares semèl tantum, approbati fuerint, Confessorem eligere possint, qui eorum confessione audita, ipsos à quorumcunque Ecclesiæ mandatorum, necnon votorum transgressionibus, jejuniorum, & horarum Canonicarum omissionibus, cæterisque omnibus peccatis, criminibus, excessibus, & delictis, quantumcunque gravibus, & enormibus, etiam talibus propter quæ Sedes Apostolica meritò consulenda foret, ac etiam in casibus, qui literis Cœnæ Domini publicari solitis continentur, exceptis hæresis, conspirationis in personam, & statum Romani Pontificis, falsificationis literarum Apostolicarum, & supplicationum, cæterisque omnibus alijs casibus, qui 11. 12. 13. & 14. capitulis, sivè articulis dictarum literarum Cœnæ Domini scripti sunt, semèl in vita, & in mortis articulo; alijs verò eidem Sedi non reservatis casibus, quoties confitebuntur, absolvere, ac pro modo culpæ pœnitentiam

tiam ſalutarem injungere, plenamque omnium peccatorum ſuorum remiſſionem impendere, ac vota quęcumque, ultramarino, caſtitatis, & Religionis votis dumtaxat exceptis, in ſubventionem prædictam commutare licitè poſſit: in caſibus tamen, in quibus ſatisfactio neceſſaria fuerit, ea per ſe ipſos, vel eis impeditis, per hæredes, aut aliàs fieri debeat. Declarantes abſolutiones vigore præſentium ſatisfacta parte faciendas ab excommunicationibus, & alijs cenſuris Eccleſiaſticis, ab homine latis, & ferendis, nemini omnino, ſivè Eccleſiaſtico, ſivè laico in foro judiciali prodeſſe, ſed eum tandiu excõmunicatũ ubique, & ab omnibus nihilominus reputari; nec ſi Sacerdos Presbiter, aut aliàs in ſacris Ordinibus conſtitutus fuerit, nullibi Miſſam celebrare, aut aliàs ſe ſacris immiſcere poſſe, donec is à ſuo judice abſolutionis beneficium ab hujuſmodi cenſuris meruerit obtinere. Volenteſque ut fructus beneficiorum, qui ad ratam omiſſionis horarum Canonicarum illicitè percepti fuerint, pro dimidia parte Eccleſijs, vel alijs locis Eccleſiaſticis, quorum ratione horas prædictas recitare debebãt; altera verò dimidia pars in ſubvẽtionem manutentionis militum hujuſmodi integrè præſtari, vel cum Commiſſario ſuper hoc deputando componi: ita quòd compoſitione hujuſmodi ſoluta, ſit componens à portione etiam, quæ Eccleſiæ deberetur, integrè abſolutus. Eos etiam, quos dicto triennio durante contigerit ob repentinam mortem, vel Confeſſorum abſentiam ſine cõfeſſione decedere, modò ipſi contriti deceſſerint, & priùs ſtatuto tempore confeſſi, nec hujus noſtræ conceſſionis fiducia negligentiores fuerint, volumus plenariam, ut præfertur, remiſſionem conſequi poſſe, eorumque corpora, niſi fortè vinculo excõmunicationis innodati deceſſerint, non obſtante etiam interdicto, etiam Apoſtolica authoritate appoſito, Eccleſiaſticę tradi ſepulturæ. Præterea indulgemus, ut dicto triennio durante, carnibus de conſilio utriuſque Medici temporibus jejuniorum tam Quadrageſimalium, quàm quorumcũq; dierum totius anni veſci, ac pro eorum libito ovis, & lacticinijs, ita quòd qui carnes comederint, ſervatâ in cæteris jejunij Eccleſiaſtici formâ, dicto jejunio ſatisfeciſſe cenſeantur. Cæterùm univerſos, & ſingulos Archiepiſcopos, Epiſcopos, alioſque locorum Ordinarios Regnorum, & Dominiorum prædictorum enixè rogamus, eiſque in virtute ſanctę obedientiæ præcipimus, ut omnes pœnas pecuniarias etiam loco corporalium, durante ipſo triennio, ab ipſis erogandas, ſeu exigendas huic pio operi omnino debeant applicare, prout nos eas omnes, de quarum quantitate illorum aſſertioni omnino ſtetur (ipſorum tamen conſcientias ſuper hoc oneramus) theſauro ejuſdem ſubventionis ex nunc, prout ex tunc appli-

camus. Et quoniam fideli ad hæc miniſterio opus eſſe certum eſt? Nos fide, induſtria, & probitate venerabilis fratris noſtri N. nobis plurimum in Domino commendata, eum in Commiſſarium, & receptorem in toto iſto negotio conſtituimus generalem, eique facultatem tribuimus, ut liberè, & licitè poſſit, ſuper hujuſmodi pœnis ab Ordinarijs impoſitis inquirere, & contra eos, qui in præjudicium hujus eleemoſynæ aliquid fecerint, procedere. Et ſuper illicitè habitis, ac dimidio legatorum omnium, quæ propter malè ablata facta ſint, ſi legatarij per annum in exactione negligentes fuerint, ac illis etiam, quæ facta erunt,& dicto triennio durante fient, ſi legatarij adhibita per Cõmiſſarium diligentia inveniri non poterunt,ac etiam ſuper malè ablatis, & per uſurariam pravitatem, aut aliter malè acquiſitis, dũmodò in omnibus prædictis caſibus, præterquam dictæ annalis negligentiæ, perſonæ per Commiſſarium, & receptorẽ prædictum non reperiantur, componere, ac ita debitores liberare; ac etiam ſuper irregularitate per eos, qui quibusvis Eccleſiaſticis ſententijs,cenſuris,& pœnis ligati Miſſas,& alia divina Officia, non tamen in contemptum clavium, celebraverint, quomodolibet contracta; quodque in Ordinibus per eos aliàs tamen ritè ſuſceptis miniſtrare liberè,& licitè valeãt diſpenſare, omnemq; inhabilitatis, & infamiæ maculam exinde proveniẽtem abolêre, & ſuper indebita perceptione fructuum Eccleſiaſticorum propterea facta etiam componere. Et ad effectum præmiſſorum dumtaxat omnes ſimiles,aut diſſimiles indulgentias, ac peccatorum remiſſiones à nobis,& dicta Sede, vel ejus authoritate quibusvis Eccleſijs, Monaſterijs, Hoſpitalibus, pijs locis, Univerſitatibus, Confraternitatibus, & ſingularibus perſonis in Regnis, & Dominijs prædictis, etiam in favorem Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, etiamſi clauſulas aliquas contra ſuſpenſionem hujuſmodi facientes continerent, ita ut interim quæ publicata fuerint, etiam communiter, vel diviſim nulli hominum ſuffragari, ſed ne ſub pœnis pecuniarijs,ac etiam cũ invocatione auxilij brachij ſæcularis prædicari,aut aliàs publicari, nec alia quævis, præterquam pro ſubventione manutentionis militum, hujuſmodi ſuffragia poſtulari poſſint, ad dictũ triennium dumtaxat ſuſpendere: alios Cõmiſſarios ad ſingulas hujuſmodi provincias per Ordinarios locorum, quorum etiam conſcientias oneramus, prævia matura deliberatione approbandos cum ſimili, aut limitata facultate, ac etiam pro collectione pecuniarum conſtituere. Notarios item, quorum operâ utendum erit, ab ipſis Ordinarijs, in quibus illi deputandi erunt, itidem approbandos, vel jam approbatos deputare. Tabelliones,ac quoslibet alios ad exhibitionem quorumcumque inſtrumen-

torum, aut ſcripturarum ad hoc negotium pertinentium cõpellere, & quibus inhibendum erit, etiam inhibêre. Præſentium autem publicatio nõ niſi per probos,& idoneos Prædicatores, Presbiteros ſæculares, vel Ordinum etiam Mendicantium Regularis Obſervantiæ profeſſores ex his, qui à locorum Ordinarijs approbati ; & ſi Regulares fuerint , per eundem Commiſſarium à Provincialibus ſingulorum Ordinum hujuſmodi petendi, & recipiendi ; quorum Provincialium conſcientiam oneramus , eisque in virtute ſanctæ obedientiæ injungimus, ut hujuſmodi Prędicatores idoneos , integriſque moribus proponant , quibus etiam in hujuſmodi obedientiæ virtute injungatur, ut nihil aliud tanquam è nobis conceſſum proponant , niſi quod præſentibus literis eſt expreſſum. In locis verò pauperibus per propriosParochos hoc publicationis munus fiat;omnibus autem Prędicatoribus per quotas alimenta conſtitui prohibêmus. Quòd ſi locus,ubi publicatio hujuſmodi faciẽda erit, ſubjaceat interdicto, Commiſſarius ipſe illud octo ante dierum ſpatio ſuſpendere ; idemque , & alij ab eo deputati compellere poſſint , etiam per cenſuras , & pœnas Eccleſiaſticas , habentes ſcripturas ad præmiſſa pertinentes, ut eas exhibeant , ac pariter omnes , ut rationem earum rerum reddãt, quę in ſingulis Diœceſibus fidei eorum cõmittantur, & quidquid à ſponte dantibus fuerit in ſingulis Diœceſibus receptum, ſtatim ſibi conſignari faciant. Poſtremò auditores ad prędicta per Prædicatores hortari dumtaxat permittimus , ut clarè intelligant nos neminem ad quidquam præſtandum , vel elargiendum cogere, ſed tantummodò eorum devotionem , & charitatem ad id excitare, hortarique , & rogare. Volumus etiam moneri omnes, quos contigerit habere pecunias , aut bona in hoc opus deſtinata , ſeu inſtrumenta , vel ſcripturas aliquid continentes , quod ad hoc negotium principaliter, vel ſecundariò pertineat, ut debeant , ſicut habuerint , ſtatim cùm copiam Commiſſarij, vel ab eo deputati habere poterunt, omnia ipſi Commiſſario , ſeu deputato propalare ſub eiſdẽ pœnis pecuniarijs,& in ſubſidium cenſuris Eccleſiaſticis , quas Epiſcopi videlicet,& alij maiores Prælati ſuſpenſionis à divinis , & interdicti ingreſſus Eccleſiarum ; alij verò omnes excommunicationis latæ ſententiæ ipſo facto incurrant , quas ſolus Romanus Pontifex, excepto mortis articulo, valeat relaxare. Declarãtes hos tales, ſi ſcienter aliquid prædictorum retinuerint, nullo modo harum literarum,& gratiæ beneficio frui poſſe. Expleto autem triennio prędicto , volumus pariter gratias , & indulta hujuſmodi prædicta expirare , nihilque penitus ipſarum vigore fieri ; cauſas tamen tunc cœptas , & pendentes ad finem perduci poſſe. Cum verò non

decear

deceat officiales, seu ministros officij Inquisitionis hæreticę pravitatis in alijs manifestam hæresim non sapientibus occupari, aut detineri; prohibemus aliquem ejusdem Inquisitionis officialem, seu ministrū in Prędicatorē ad ipsas præsentes literas publicandas assumi, vel etiã Subcōmissariū ad prædicta exigēda, vel aliàs ad gerēda, aut pertractãda hujusmodi negotia quovis modo deputari. Non obstantibus Cōstitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ecclesiarum, Monasteriorū, Conventuū, & Ordinū quorūcunq; juramento, cōfirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque, indultis, indulgentijs, facultatibus, & literis Apostolicis quibusvis Ecclesijs etiã Cathedralibus, & Metropolitanis; necnon Monasterijs, & Conventibus tam virorū, quàm mulierū, etiam Mendicantiū, etiam quæ Mare magnū appellantur, & quorumvis aliorum Ordinum etiam Militariū, illorumq; Superioribus, & personis, Universitatibus etiam studiorum generalium, Collegijs sæcularium, & regularium personarum, sivè in causam etiam pro expeditione contra Turcas, & alios fidei hostes; necnon pro fabrica Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac Apostolicæ potestatis plenitudine quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus etiamsi pro illorū sufficienti derogatione de illis, eorumq; totis tenoribus habenda foret præsentibus literis mentio specialis, tenores hujusmodi pro expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris hac vice dumtaxat, & ad effectum præmissum motu, scientia, & potestate similibus, præterquàm facultates concessas Mēdicantium Ordinum Superioribus quoad suorum Ordinum fratres, specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscūque. Et quia difficile nimis esset præsentes, quòcumque illis opus erit, perferri, volumus, ut illarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu Notarij publici subscriptis, & prædicti Episcopi Commissarij sigillo munitis eadem omnino fides in judicio, & extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die vi. Aprilis M.D.LXXXXI. Pontificatus nostri Anno primo.

M. Vestrius Barbianus.

BULLA DE APPELLATIONE
postpoſita.

CLEMENS PAPA VIII.

CHariſſime in Chriſto fili noſter, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Indulgentias, & gratias illas ſpirituales, ac temporales ad triennium publicandas, & duraturas tibi, ac omnibus, & ſingulis Chriſti fidelibus in Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis, alijſque terris, & locis Regni Portugalliæ Dominio ſubjectis conſiſtentibus, & ad illa declinantibus, ijs, qui certa munera adimpleviſſent; aliàs à fel. rec. Gregor. XIV. per ſuas in forma brevis die 17. Aprilis, Pontificatus ſui anno primo; & deinde etiam à nobis per noſtras in ſimili forma brevis ſub datis die 9. Februarij M.D.LXXXXII. literas expeditas ſimiliter ad tres annos conceſſas, ſeu ſucceſſivè ad tres annos, ut præfertur, extenſas, & prorogatas, quarũ omnium tenores præſentibus pro expreſſis habere volumus, juſtis, & gravibus cauſis adducti, motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, ac de Apoſtolicę poteſtatis plenitudine ad alios tres annos à die publicationis præſentium faciendæ numerandos extendimus, & prorogamus. Necnon Maieſtati tuæ pro ſe, ac dilectiſſimo in Chriſto Philippo Portugalliæ, & Algarbiorum Principe nato tuo, ac prædictis omnibus, & quibuſcumque indultis, facultatibus, conceſſionibus, extenſionibus, conditionibus, clauſulis, & decretis, in prædictis Gregorij prædeceſſoris prædicti, ac noſtris præfatis literis contẽtis, ad tres annos, ut præfertur, à die publicationis præſentium faciendæ numerandos, prout in ſingulis urbibus, & locis dictorum Regnorum finem habebunt, authoritate Apoſtolica tenore præſentium iterum, ac de novo concedimus, & indulgemus. Ac propterea dilecto filio Antonio de Mendõça, Præſidenti Menſæ Conſcientiæ, & Ordinũ Militarium, jam earum gratiarum executori, & Cõmiſſario Generali nuper deputato plenam, & liberam in præmiſſis facultatẽ, & authoritatem tribuimus per ſe, vel per alium, ſeu alios, quos ad id idoneos duxerit ad executionem præmiſſorũ, & aliorũ juxta facultates conceſſas, omni, & quacũque appellatione poſtpoſita, procedendi, aliaque faciendi, & exequendi, quæ in præmiſſis circa ea neceſſaria fuerint, & quomodolibet opportuna. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon omnibus illis, quæ idem prędeceſſor, ac Nos in dictis literis voluimus non obſta-

Digitized by Google

obſtare, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Ut autem præſentes literæ, cùm opus fuerit, ad omnium notitiam deduci poſſint, decernimus, ut earum exemplis etiam impreſſis, manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ obſignatis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ apud Sanctū Petrum ſub annulo Piſcatoris, die ix. Januarij M.D.XCVIII. Pontificatus noſtri anno ſexto.

M. Veſtrius Barbianus.

BULLA CRUCIATÆ COMPREHENDENS claſſes maritimas.

URBANUS PAPA VIII.

CHariſſime in Chriſto fili noſter ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Indulgentias, & gratias illas ſpirituales, & temporales ad certum tempus publicandas, & duraturas clarę memoriæ Philippo II. & Philipo III. Portugallię, & Algarbiorum Regibus Catholicis, avo, & genitori tuis reſpectivè, ac omnibus, & ſingulis Chriſti fidelibus in Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis, ac eorundem Regnorum in Inſulis, in Indijs Orientalibus, & Ultramarinis Cõquiſtis, terris, & locis ejuſdem Portugalliæ, & Algarbiorum Regis Dominio temporali ſubjectis commorantibus, & ad illa declinantibus; necnon Regnorum prædictorum ſubditis in alieno Dominio in dictis Indijs mercimonij cauſâ, non tamen animo in alieno Dominio hujuſmodi permanendi degentibus, qui certa munera adimpleviſſent, à felic. recordationis Gregorio XIV. die vi. Aprilis, Pontificatus ſui anno primo, & deinde à Clemente VIII. die ix. Februarij M.D.XCII. & xix. Januar. M.D.XCVIII. & die 30. Octob. M.DC.III. necnon die 23. Aprilis M.DC.IIII. & poſtea à Paulo V. die 22. Junij M.DC.V. ad triennium, & die 16. Decembris M.DC.IX. ad ſexennium, & die 23. Decembris M.DC.XV. ad aliud ſexennium, & poſtmodum à Gregorio XV. Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris die 16. Septembris M.DC.XXI. & ſubinde à nobis die 10. Junij M.DC.XXV. ad ſexennium, & noviſſimè die 11. Februarij M.DC.XXXI. ſeu alijs verioribus tẽporibus per ſuas, & noſtras reſpectivè in ſimili forma Brevis expeditas literas ſimiliter ad aliud ſexennium à dicta die 11. Februarij M.DC.XXXI. inchoandum reſpectivè, ſimiliter publicandas, & duraturas conceſſas, &, ſeu

ut præfertur, extenſas, & prorogatas, quarum omnium tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus, juſtis, & gravibus cauſis adducti, motu proprio, & ex certa ſcientia, maturaque deliberatione noſtris, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ad aliud ſexennium à data præſentium etiam inchoandum extendimus, & prorogamus: nec non eidem Maieſtati tuæ, ac omnibus Chriſti fidelibus prædictis indulgentias, & gratias ſpirituales, & temporales prædictas cum omnibus, & quibuſcumque indultis, facultatibus, conceſſionibus, declarationibus, extenſionibus, conditionibus, clauſulis, & decretis in Gregorij XIV. ac Clementis, & Pauli, nec non Gregorij XV. prædeceſſorum prædictorū, quæ ultimò dictis Pauli prædeceſſoris prædicti literis non adverſantur, & ijſdem ultimò dictis Pauli prædeceſſoris prædicti, ac noſtris literis contētis, ut præfertur, ad ſexennium Apoſtolica authoritate tenore præſentium ſimiliter concedimus, & indulgemus. Quamobrem de fide, induſtria, & probitate dilecti filij Antonij de Mendoça, Canonici Doctoralis Eccleſiæ Portalegrenſis multam in Domino fiduciam habentes, eundem Antonium indulgentiarum, & gratiarum ſpiritualium, & temporalium prædictarum in Regnis, terris, & locis ſupradictis cum omnibus indultis, facultatibus, conceſſionibus, declarationibus, extenſionibus, clauſulis, & decretis in ultimò dictis Pauli Prædeceſſoris prędicti literis expreſſis Executorem, & Commiſſarium Generalem authoritate, & tenore præſentis deputamus, eidemque plenam, & liberam in præmiſſis facultatem, & authoritatem tribuimus per ſe, vel alium, ſeu alios, quos ad id idoneos duxerit ad executionem præmiſſorum, ac aliàs juxta facultates conceſſas, omni, & qnacumque appellatione poſtpoſita procedendi, aliaque faciendi, & exequendi, quæ in præmiſſis, & circa ea neceſſaria fuerint, & quomodolibet opportuna. Nonobſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non omnibus illis, quæ ijdem prædeceſſores in ſuis voluerunt, & nos in noſtris literis prædictis voluimus non obſtare, cæteriſque cōtrarijs quibuſcumque. Volumus autem, ut eleemoſynæ, quæ cauſa, & occaſione dictarum indulgentiarum, & gratiarum erogabuntur, in defenſionem, & manutentionem locorum Africæ ad Regna Portugalliæ, & Algarbiorum prædicta ſpectantium dumtaxat convertantur; & ſi quid ſupererit, ſumptibus claſſium eorundem Regnorum pro defenſione eorum marium, & non alijs uſibus applicetur; quòdque eleemoſyna juxta formam aliarum in hujuſmodi forma Brevis literarum hodie expediendarum fabricæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, & ex eleemoſynis prædictis impartienda, omnino impartiatur. Ut autem præſentes literæ ad omnium notitiam

tiam deduci poſſint, decernimus, ut earum exemplis, & impreſſis manu alicujus Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ obſignatis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romę apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris, die ultima Januarij M.DC.XXXVIII. Pōtificatus noſtri anno decimo-quarto. *M. A. Maraldus.*

BULLA CRUCIATA

INNOCENTIUS PAPA XII.

CHariſſime in Chriſto fili noſter ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem; indulgentias, & gratias illas ſpirituales, & temporales ad certum tempus publicandas, & duraturas per Sedem Apoſtolicam concedi conſuetas, omnibus, & ſingulis Chriſti fidelibus in Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis, ac eorundem Regnorum, Inſulis in Indijs Orientalibus, & Ultramarinis, Conquiſtis, Terris, & Locis eorundem Regnorum Portugalliæ, & Algarbiorum Dominio temporali ſubjectis commorantibus, & ad illa declinantibus; necnon Regnorum iſtorum ſubditis in alieno Dominio in dictis Indijs mercimonij causâ (non tamen animo in alieno Dominio hujuſmodi permanendi) degentibus, qui certa munera adimpleviſſent, à felicis recordationis Gregorio XIV. die 6. Aprilis Pontificatûs ſui anno primo; & deinde à Clemente VIII. die 9. Februarij 1592. & 16. Januarij 1598. & die 8. Octobris 1603. nec non die 23. Aprilis 1604. & poſteà à Paulo V. die 22. Junij 1605. ad triennium; & die 16. Decembris 1609. ad ſexennium, & die 23. Decembris 1615. ad aliud ſexennium; & poſtmodum à Gregorio XV. die 16. Septembris 1621. & ſubindè ab Urbano VIII. die 10. Junij 1625. ad ſexennium, & die 11. Februarij 1631. ad aliud ſexennium; ac die ultimâ Januarij 1637. ad aliud item ſexennium; necnon die 15. Januarij 1643. pariter ad ſexennium; ac ab Innocentio X. die 22. Junij 1652. etiam ad ſexennium; & ab Alexandro VII. die 20. Octobris 1660. itidèm ad ſexennium; & à Clemente IX. die 14. Auguſti 1668. ad triennium; & à Clemente X. die 10. Septembris 1671. ad ſexennium; & ab Innocentio XI. die 2. Septembris 1678. ad ſexennium, & die 26. Februarij 1684. etiam ad ſexennium; ac noviſſimè ab Alexandro VIII. Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris die primâ Octobris 1690. ſeu alijs verioribus temporibus per ſuas

in

Digitized by Google

in simili forma Brevis literas ad aliud pariter sexennium respectivè publicandas, & duraturas concessas; & seu, ut prædicitur, extensas, & prorogatas, finitasque, & terminatas; quarum omnium tenores præsentibus pro expressis haberi volumus justis, & gravibus causis adducti, ac supplicationibus pro parte Majestatis tuæ Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati. Omnibus Christi fidelibus prædictis, cum omnibus, & quibuscunque indultis, facultatibus, cõcessionibus, declarationibus, extensionibus, conditionibus, clausulis, & decretis in literis ejusdem Urbani prædecessoris contentis ad sexennium, à die, quo præsentes literæ in Civitate Ulixbonensi quoad prædicta Regna Portugalliæ, & Algarbiorum, quo verò ad loca Ultramarina præfata, à die, quo in singulis locis hujusmodi respectivè publicabuntur, computandum Apostolicâ authoritate earũdem tenore præsentium, modo, & formâ infrà scriptis de novo cõcedimus, & indulgẽmus. Ac insuper omnia, & quæcunque privilegia, & facultates quibuscunque Ecclesijs, Monasterijs, Ordinibus, Confraternitatibus, & alijs pijs locis, & personis quibuslibet, ut prætenditur, quacumque etiam forsan Apostolicâ authoritate, quãdocumque etiam per viam communicationis, ac etiam motu proprio, & aliàs quomodolibet concessa, seu ab illis prętensa prædictis indulgentijs, & gratijs, sivè spiritualibus, sivè temporalibus simùl, vel in earum defectum pro illis, & illarum vice valitura, & profutura, etiamsi speciali indigẽrent mentione, authoritate, & tenore prædictis perpetuò revocamus, cassamus, abolemus, & annullamus, neminique in posterum suffragari posse, aut debêre, decernimus. Quamobrem de Fide, industriâ, & probitate dilecti filij Laurentij Pires Carvalho Clerici Ulixbonensis, seu alterius Civitatis, vel Diœcesis, multam in Domino fiduciam habentes, eundem Laurentium indulgentiarũ, & gratiarũ spiritualium, & tẽporalium prędictarum in Regnis, terris, & locis supradictis cum omnibus, & singulis indultis, facultatibus, concessionibus, declarationibus, extensionibus, clausulis, & decretis in ultimò dictis Pauli prædecessoris prædicti literis expressis exactorem, & Commissarium Generalem authoritate, & tenore prędictis deputamus, eidemque plenam, & liberam in præmissis facultatem, & authoritatem tribuimus per se, vel alium, seu alios, quos ad id idoneos duxerit eligendos ad executionem præmissorum, & aliàs juxta facultates concessas; omni, & quacumque appellatione postpositâ procedendi, aliaque faciendi, & exequendi, quæ in præmissis, & circa ea necessaria fuerint, & quomodolibet opportuna, non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ecclesiarum, Monasteriorum, Conventuum, & Ordinum

dinum quorumcunque etiam juramento, confirmatione Apoſtolicâ, vel quâvis firmitate aliâ roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegijs quoque, indultis, indulgentijs, facultatibus, ac literis Apoſtolicis quibusvis Eccleſijs etiam Cathedralibus, & Metropolitanis, necnon Monaſterijs, & Conventibus tam virorum, quàm mulierum, etiam Mendicantium, etiam quæ mare magnum appellantur, & quorumvis Ordinum, & Militiarum, illorumque ſuperioribus, & perſonis, Univerſitatibus etiam ſtudiorum generalium, Collegijs ſæcularium, & Regularium perſonarum, Confraternitatibus, & alijs locis pijs, ſivè in cauſam, & pro expeditione contra Turcas, & alios Fidei hoſtes, necnon pro fabrica Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clauſulis, & decretis, etiam motu proprio, ac ex certâ ſcientiâ, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, & aliàs quomodolibèt conceſſis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idē importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi præſentibus pro expreſſis habentes; illis aliàs in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum, motu, ſcientiâ, & poteſtatis plenitudine paribus, præterquam quoad facultates conceſſas Mendicantium Ordinum ſuperioribus quoad ſuorum Ordinū Fratres ſpecialitèr, & expreſsè derogamus, & denique contrarijs quibuſcumque. Volumus autem, quòd eleemoſynæ, quę causâ, & occaſione dictarum Indulgentiarum, & gratiarum erogabuntur, in uſus in præcedētibus literis Apoſtolicis prædictis ordinatos dumtaxat convertantur, & non alijs uſibus applicentur, quòdque eleemoſyna ſexaginta millium ducatorum auri de camera fabricæ prædictæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe pro quolibet ſexennio hactenus ſolvi conſueta, videlicèt decem millia ducatorum hujuſmodi quolibet anno durante dicto ſexennio per præſentes conceſſo inchoando à die publicationis præſentium in Civitate Ulixbonēſi reſpectu ſolutionis integræ eleemoſynæ hujuſmodi; reſpectu verò fruitionis indulgentiarum prædictarum à die illarum publicationis, ut ſuprà dictum eſt, faciendæ; unà cum termino, & reſiduis præcedentium ſexenniorum, & triennij, ac præſertim noviſſimi ſexennij decurſu, & non ſolutis, ſiquì extent, fabricæ prædictæ, & pro ea perſonæ ad hoc à Congregatione venerabilium Fratrum noſtrorum Sacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium negotijs dictæ fabricæ prępoſitorum deputatæ, & pro tempore deputandæ omninò ſolvantur, utque pro ſolutione hujuſmodi

idem

idem Laurentius, & pro tempore exiſtens gratiarum prædictarum Executor, & Cõmiſſarius Generalis, antequàm præſentes publicentur, & ad illorum executionẽ quomodolibet procedatur, ſe ſe in ampliori forma Cameræ Apoſtolicæ in favorem fabricæ prędictę obliget. Decernentes irritum, & inane quidquid ſecùs ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quoniam verò non reperiuntur in illis partibus ducati auri de Camera hujuſmodi, quorum ſinguli conſtant ex ſcuto uno auri in auro de ſtampis æquivalente medię duplę aureæ Hiſpaniæ, ac ex uno Julio baiocchorum decem monetæ Romanę æquivalente Regali Ulixbonenſi ſecundùm pondus, & intrinſecam bonitatem antiquam. Idcirco volumus, ut pro unoquoque ducato auri de Camera hujuſmodi pro ſexennio per pręſentes conceſſo ſolvatur Fabricæ prædictæ media dupla aurea Hiſpanica, & unius Regalis Ulixbonẽſis ſecundùm pondus, & intrinſecam bonitatem antiquam, vel ſaltem vetus dictæ mediæ duplæ aureæ nunc, & pro tempore currens, & Regalis hujuſmodi valor, alioquin alitèr facta ſolutio ab obligatione non liberet, eoque caſu, ac etiam in eventum non factæ ut ſuprà per dictum Commiſſarium obligatione ante præſentium publicationem præſens conceſſio nulla ſit eo ipſo, neminique ſuffragetur; pro terminis verò, & reſiduis præcedentium ſexenniorum decurſui, & non ſolutis, ſiqui extent, ſolvantur ducati hujuſmodi ad rationem ejus valoris, ad quam hactenùs fuit conſuetum ſolvi. Utque Fabrica, ſeu illius Congregatio prædicta pro damno, quod ratione ſolutionis eleemoſynæ prędictæ in minori quantitate, quam veri valoris unius ſcuti auri, & unius Julij prędicti pro ſexennijs pręderitis factę paſſa eſt, nihil omnino petere; neque damnum hujuſmodi ſibi refici, & reſarciri prętendere nullatenùs poſſit, imponentes illi ea ſuper re perpetuum ſilentium. Demum, ut præſentes literæ ad omnium notitiam deduci poſſint, decernimus, quòd earum exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſticâ dignitate conſtitutæ munitis eadẽ prorſus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præſentibus ipſis adhiberẽtur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romę apud Sanctam Mariam Maiorem, ſub annulo Piſcatoris, die 11. Februarij 1697. Pontificatûs noſtri anno ſexto.

Cardinalis Albanus.

QUÆ-

Digitized by Google

QUÆSTIONES,

QUÆ IN HOC OPERE continentur.

QUÆSTIO I.

UTrùm Christi fideles possint intra annum pro multis defunctis tot Bullas defunctorum sumere, quot voluerint? An solùmodò duas, unam scilicèt in principio anni, & post sex menses alteram? pag. 1.

Censuræ Magistrorum ad Quæstionem. pag. 35.

Iudicium Illustriss. Episcopi Angolensis. pag. 37.

Censuræ aliæ ad eandem Quæstionem. p. 52.

Iudicium R. P. M. Fr. Andreæ à Regibus Ordinis Carmelitarum Excalceatorum. pag. 53.

Censuræ aliæ ad eandem Quæstionem. pag. 70.

Iudicium R. P. M. D. Emmanuelis Caietani à Sousa Clerici Regularis, continens 3. sectiones. pag. 72.

Sectio I.

Probatio sententiæ ab authoritate. pag. 78.

Sectio II.

Probatio assertionis à ratione. pag. 90.

Sectio III.

Probatio resolutionis ab argumentorum solutione. pag. 109.

QUÆSTIO II.

Vtrùm Commissarius Cruciatæ de facto habeat potestatem, ex speciali indulto Pontificio, præbendi facultatem, ut fideles Bullam habentes possint Oratoria erigere, ab Ordinario approbanda, eisque liceat virtute facultatis à Commissario concessæ, celebrare, & celebrari facere? pag. 128.

Censuræ Magistrorum ad Quæstionem. pag. 198.

QUÆSTIO III.

Vtrùm revocationes facultatum, quibus utebantur Ordinarij ad Oratoria erigenda, non solùm vetent, & comprehendant erectionem, sed etiam

Digitized by Google

etiam eorum approbationem, & visitationem ab ipsis Episcopis faciendam. pag. 205.

Censuræ Magistrorum ad Quæstionem. pag. 220.

QUÆSTIO IV.

Vtrùm in Oratorio erecto per Pontificiam facultatem, & ab Ordinario approbato, finito privilegio Pontificio, liceat virtute Bullæ celebrare, vel celebrari facere, existente eâdem formâ, quâ approbatum fuit? pag. 223.

Censuræ Magistrorum ad Quæstionem. pap. 251.

QUÆSTIO V.

Vtrùm approbatio, quæ in Bulla requiritur, sit facienda ab Ordinario loci; an verò sufficiat à quocunque Ordinario? pag. 255.

Pars 1.

Circa approbationes quoad Oratoria. pag. 255.

Pars 2.

Circa approbationes ad confessiones audiendas. pag. 256.

Pars 3.

An Regulares approbati ab uno Episcopo absolutè, possint avocari à successore ad examen; sintque per Cruciatam eligibiles? pag. 319.

Difficultas 1.

An Legatus Apostolicus possit dare approbationem ad confessiones excipiendas extra appellationem, ut sic approbatus possit per Bullam eligi? pag. 349.

Difficultas 2.

An limitatè approbatus sit eligibilis per Cruciatam? pag. 366.

Difficultas 3.

Vtrùm Confessarius ad tempus approbatus, eo finito, sit per Cruciatam eligibilis in ea Diœcesi, in qua habetur ad Sacerdotes indefinitè approbatus, etiamsi aliò se transferat, ubi non ita habeatur? pag. 372.

Difficultas 4.

Quodnam tempus in approbatione Confessarij requiratur, ut sit eligibilis? pag. 377.

Censura R.P. Francisci Pedroso è Congregatione Oratorij, adversus quintæ quæstionis resolutionem. pag. 380.

Responsio Authoris ad censuram dicti Patris. pag. 387.

Censuræ Magistrorum, & Parochorum ad quæstionem. pag. 429.

Iudicium P. Iacobi Tinoco in contentionibus Episcoporum circa approbationes

Digitized by Google

tiones Regularium continens quinque explorationes. pag. 438.

Exploratio 1.

Cujusnam Ordinarij approbatio requiratur ad Confessarium Bullæ Cruciatæ? pag. 439.

Exploratio 2.

An mortuo Episcopo approbante, valeant ab eo approbati per Cruciatam, in eâdem Diœcesi eligi in Confessarios? pag. 457.

Exploratio 3.

An approbati semèl ab Ordinario, possint eligi per Cruciatam, si posteà injustè reprobentur? pag. 464.

Exploratio 4.

Quid dicendum de justâ reprobatione semèl approbati ad electionẽ Cruciatæ? pag. 472.

Exploratio 5.

Quid dicendum de probabilitate opinionum in hac materia? pag. 476.

Expenditur renitentia Ordinariorum. pag. 490.

Iudicium P. Fr. Iosephi à Conceptione Ord. Doct. Max. pag. 534.

Censuræ Academiæ Conimbricensis. pag. 544.

Censura P. Fr. Iuliani ab Ascensione Ord. Carmel. Excalc. pag. 548

QUÆSTIO VI.

Vtrùm à non habente Bullam communem sumi possit Bulla compositionis, & pro defunctis? Itemque an ipsi prosint privilegia in Bullâ Cruciatæ contenta? pag. 559.

Censuræ Magistrorum ad Quæstionem. p. 566.

Appendix ad Quæstionem V. de approbatione Confessarij. à pag. 571.

QUÆSTIO VII.

Vtrùm ad Commissarium Generalem, & ad Tribunal Cruciatæ pertineant causæ ad eam, ejusque Officiales spectantes? pag. 573.

Pars I.

De officio Commissarij, ejusque authoritate, quoad jurisdictionem Ecclesiasticam. pag. 573.

De jurisdictione Ecclesiastica, quoad pœnas exigendas. pag. 575.

De jurisdictione Commissarij contra eos, qui aliquid in præjudicium Bullæ committunt. pag. 589.

De jurisdictione Commissarij erga Notarios, & Scribas. p. 590.

De jurisdictione Commissarij in causis cæptis. pag. 592.

De impedientibus Bullæ publicationem. pag. 593.

De causis ad Bullam pertinentibus. pag. 594.

Digitized by Google

De poteſtate Commiſſarij Generalis ſubdelegandi, & nominandi Officiales. pag. 597.
De nominandis Concionatoribus. pag. 606.
De interdicti ſuſpenſione. pag. 608.
De indulgentiarum ſuſpenſione, quinque diſſolvuntur difficultates. pag. 623.

1. Difficultas.

Vtrùm privilegia corpori juris inſerta à Commiſſario ſuſpendantur. pag. 627.

2. Difficultas.

Vtrùm privilegia per conſuetudinem introducta ſuſpendantur per Bullam? pag. 642.

3. Difficultas.

Vtrùm Iubilæum duplicis Hebdomadæ ſuſpendatur per Bullam Cruciatæ? pag. 650.

4. Difficultas.

An per Bullam Cruciatæ ſuſpendantur indulgentiæ Regularibus conceſſæ? pag. 656.

5. Difficultas.

Vtrùm facultates, & gratiæ Ordinum non Mendicantium per Bullam ſuſpendantur? pag. 687.
De indulgentiarum publicatione. pag. 693.
De eleemoſynis prohibendis. pag. 696.
De taxa pro Bullis aſſignanda. pag. 697.
De interpretandis, & declarandis dubijs circa Bullam emergentibus. pag. 699.
De appellatione remota. pag. 699.
De verſione Bullæ Plumbeæ ex Latino in vulgare idioma. pag. 739.

Pars II.

De poteſtate Regia, quoad Cruciatæ forum ſæculare. pag. 740.
De publicatione Bullæ. pag. 766.
De privilegijs conceſſis Miniſtris, & Officialibus Bullæ Cruciatæ. p. 781.
Vtrùm maximus Regni ſupputator de eleemoſynis pro Bulla Cruciatæ erogatis rationem exigere queat, illarumque ratiocinia ad Tribunal ſupputationum advocare? pag. 784.
Cenſuræ Magiſtrorum ad Quæſtionem. pag. 793.

QUÆSTIO VIII.

Vtrùm Bulla Cruciata temporibus his vigorem habeat in noſtro Portugalliæ Regno? pag. 797.

QUÆ-

Digitized by Google

QUÆSTIO IX.

Vtrùm Bulla Cruciatæ in hoc Lusitaniæ Regno careat effectu ; saltem quoad applicationem pœnarum ipsi Cruciatæ ab Ordinarijs faciẽdam ? pag. 818

QUÆSTIO X.

Vtrùm Commissarius Generalis pro consequendis pœnis pecuniarijs ab Ordinarijs applicandis ad Cruciatam possit ab scribis processus petere, & ad se avocare ? pag. 836.

Censura Magistrorum ad Quæstionem. pag. 854.

QUÆSTIO XI.

Vtrùm Regulares possint absolvi à reservatis suo Prælato, absque ejus consensu, virtute Bullæ Cruciatæ ; per quemcunque Confessarium ab Ordinario approbatum ? pag. 859.

Censuræ Magistrorum ad Quæstionem. pag. 907.

Censura P. Fr. Iuliani ab Ascensione. pag. 910.

Censura P. Fr. Caietani à S. Ioseph. pag. 928.

QUÆSTIO XII.

Vtrùm rescripta Apostolica ad Cruciatam quoquomodo collimãtia possint executioni mandari sine Regio consensu, & exequatur ? pag. 955.

Censura supra Quæstionem. pag. 993.

Appendix de probabilitate opinionum concilians Probabilistarum, & Antiprobabilistarum sententias in præsenti materia. pag. 996.

Digitized by Google

ERRATA
CORRIGENDA.

Plura typis irrepsêre menda, quæ tamen à Doctis primo intuitu facilè corrigentur: nonnulla, quæ ſenſum ancipitem reddunt adnota, Lector, per ſequentem tabellam.

Pag.	*col.*	*num.*	*lin.*	*errata.*	*correcta.*
20.	1.	64.	2.	oqui.	loqui.
65.	1.	20.	16.	ligat.	ligata.
88.	1.	28.	fin.	1691.	1591.
97.	2.	58.	16.	Cõmiſſarij	Cõmiſſarius.
160.	1.	fin.		differre.	deferre.
188.	2.		23.	defectu.	delectu.
246.	1.	ad fin.	6.	1617.	1671.
335.	1.		13.	ſolerti,	ſolerti.
345.	1.		32.	innuere.	inurere.
357.	2.	20.	11.	ab illa.	ad illa.
376.	1.	12.	8.	contingentię.	contingentia.
379.	1.		13.	excipêre.	exœpêre.
385.	2.	16.	9.	Alex. VIII.	Alex. VII.
386.	2.		7.	pœnæ.	penè.
395.	2.	19.	4.	conceſſiones.	conciones.
405.	1.		28.	ac traditis.	ex traditis.
406.	2.		14.	ab ipſius.	ab ipſo.
411.	2.	67.	7.	meminerit.	meminerint.
415.	1.	72.	4.	æquiparatæ.	æquiparata.
441.	2.	3.	22.	hoc.	hæc.
453.	1.	43.	14.	obligamur.	obligamus.
460.	2.		18.	cõfeſſionibus.	conceſſionibus.
483.	2.	148.	14.	nequid.	nequit.
486.	2.		1.	adverſæ.	diverſæ.
507.	2.		15.	à Sede.	à Sancta Sede.
517.	2.	52.	21.	ad hoc.	ab hoc.
524.	2.		37.	privilegio.	privilegia.
526.	2.	72.	16.	proſtibulo.	veſtibulo.
528.	2.		fin.	confirmatum.	confirmatus.
529.	2.		14.	causâ.	cauſa.
537.	1.		17.	Urbis.	Orbis.

Digitized by Google

Pag.	col.	num.	lin.	errata.	correcta.
544.		11.	14.	Universitatis.	Professor.
549.	2.		34.	adepta.	adjecta.
556.	2.		17.	authenticas.	authentica.
624.	2.	152.	9.	ad.	ac.
633.	2.	177.	8.	consuetudinis.	consuetudines.
644.	2.	222.	23.	non censetur.	censetur.
667.	1.		36.	abundationem.	abundantiorem.
672.	2.		fin.	adepta facultate.	adapta facultati.
687.	2.	293.	3.	superioris.	superiori.
730.	1.	418.	5.	Et maior.	est maior.
731.	1.		1.	contenta.	contentia.
Ibid.		422.	4.	Pontifices.	Pontificis.
739.	2.	437.	fin.	facienda.	facientia.
740.	1.		14.	in vulgari.	in vulgare.
Ibid.			16.	ad ea.	ad eam.
Ibid.			23.	declarationes.	declarationis.
Ibid.	2.		4.	in vulgari.	in vulgare.
745.			33.	auzilio.	auxilio.
785.	1.		2.	&.	ut.
Ibid.		477.	fin.	alij.	alios.
789.	1.	483.	5.	alienantus.	alienantur.
790.	1.		32.	datiorum.	dationum.
			fin.	datiorum.	dationum.
791.	1.	487.	3.	antiquior Cruciatæ.	antiquius Regimine Cruciatæ.
792.	1.	489.	2.	omnia.	omnia contraria.
795.			7.	jaceat.	jaciat.
801.		10.	pen.	Greg. XIX.	Grego. XIV.
825.	2.	25.	16.	exprimant.	exprimat.
Ibid.			18.	firmant.	firmat.
828.	1.		3.	possint.	possunt.
829.	1.	41.	12.	de alterius.	alterius.
831.	2.		1.	cointendit.	contendit.
838.	1.	3.	8.	avocario.	avocatio.
839.	1.	5.	4.	compararent.	comparérent.
846.	2.	30.	13.	quòd proximis.	quòd proximiùs.
848.	1.	33.	5.	imponendâ, seu impositâ.	imponendam, seu impositam.
Ibid.			10.	impositâ	impositam.
848.	2.	34.	6.	ur.	ut.

Digitized by Google

Pag.	*col.*	*num.*	*lin.*	*errata.*	*correcta.*
852.	2.	46.	11.	quadragenarium.	quadragenarius.
853.	2.	46.	1.	fovet.	favet.
854.	2.	50.	1.	cauſa.	caſu.
856.			6.	ſuutilitatem.	ſubtilitatem.
862.	1.	1.	27.	ſuſurris.	ſuſurrijs.
874.	2.	36.	22.	eis.	eos.
875.	2.	41.	2.	interdiceret.	expediret.
879.	1.	45.	6.	ſibi.	ſe.
880.	2.	51.	22.	præſtandum.	præſtandi.
888.	1.	76.	6.	quondo.	quando.
891.	2.	94.	10.	ſine.	cum.
897.	1.	103.	8.	ſolio.	ſolito.
905.	2.	126.	10.	ſuſurris.	ſuſurrijs.
Ibid.			18.	novum.	novo.
908.			26.	vi veteri.	in veteri.
931.	1.	4.	22.	exigerent.	exciperent.
932.	2.	9.	7.	propoſuit.	propoſui.
953.	1.	10.	19.	pravitatem.	puritatem.
958.	2.	1.	33.	ipſi.	ipſe.
Ibid.			34.	ejus.	jus.
959.	2.	3.	38.	valunt.	volunt.
971.	1.		27.	obſtreput.	obſtrepuit.
974.	1.		1.	diremptos.	diremptor.
Ibid.	2.	33.	21.	ſolus.	ſolas.
Ibid.			27.	neque idem.	nunquam id.
978.			1.	in eidem.	in eiſdem.
989.	2.		19.	Colimbricenſis.	Conimbricēſi.
992.	1.		8.	quæſtio.	quæſito.
Ibid.		56.	1.	in Crueiatæ.	in Cruciata.
Ibid.	2.		12.	affert.	afferunt.
1000.	1.	6.	10.	faſam.	falſam.
1029.	1.	58.	13.	ſuperiobus.	ſuperioribus.
Ibid.	2.		24.	& militarium.	etiã Militariũ.
1030.	2.		18.	diſcurrere.	diſcurre.
1033.	1.	66.	28.	ſubitum.	ſubditum.
Ibid.	2.	67.	4.	Probabiliorsitas.	Probabilitas.
1037.	1.		26.	ſummi.	ſummum.
Ibid.			30.	præcipit.	præcépit.
1038.			6.	orgo.	ergo.
1070.			fin.	ſeſu.	ſenſu.

Digitized by Google

Pag.	*col.*	*lin.*	*errata.*	*correcta.*
2.	1.	29.	non non poteſt	non poteſt.
Ibid.	2.	37.	acceptæ.	accepta.
Ibid.		40.	eleemoſynarum.	eleemoſynam.
7.	1.	17.	confeſſiones.	ad confeſſiones.
10.	2.	11.	approbatione.	approbationem.
11.	2.	22.	quam plurimum.	quamplurium.
13.	1.	12.	plurimum.	plurium.
14.	2.	21.	approbationes.	approbatione.
Ibid.		26.	itendit.	intendit.
17.	1.	10.	elegi.	eligi.
19.	2.	7.	Cruciatę. (nis.	virtute Cruciatæ.
20.	1.	34.	excõmunicatio-	excommunicationes
21.	1.	4.	non relinquens.	relinquens.
Ibid.		23.	liberalitatem.	liberalitati.
Ibid.		26.	annexum.	annexam.
22.	2.	23.	ave.	ad.
23.	2.	16.	aa.	ad.
31.	2.	12.	in Confeſſario.	in Confeſſarios.
32.	1.	23.	in Confeſſario.	in Confeſſarium.
36.	1.	22.	donari.	donare.
40.	1.	37.	contrariam.	contraria.
45.	2.	17.	popotiùs.	potiùs.
54.	1.	10.	ab accipientibus	ab accipientibus pro defunctis.
76.	2.	18.	confeſſarium.	Confeſſarij.
77.	1.	13.	confeſſarius.	Confeſſarij.
81.	1.	37.	Culla.	Bulla.
86.	1.	1.	diſpoſitionis.	diſpoſitiones.
101.	1.	36.	Africani.	Africanum.
120.	1.	fin.	cauſæ.	causâ.
126.	2.	19.	ect.	eſt.
133.	1.	39.	privilegio.	privilegia.

Digitized by Google

In gratiam quæſtionum de Bulla Cruciata,

Authore Illuſtriſſimo Domino

LAURENTIO PIRES CARVALHO,

P. Ludovicus Fragoſo è Societate Jeſu in Sacra Theologia Doctor, in Collegio S. Patritij ejuſdem Societatis Primarius Profeſſor, Ordinum Militarium Examinator, &c.

Cenſet, & plaudit.

OMnes, ac ſingulas quæſtiones, quas in hoc Tomo, veluti in faſciculum congeſtas venuſtiſſimum, luculenter æquè, ac eruditè ſatis, Illuſtriſſimus D. Laurentius Pires Carvalho à Cortina, & à Conſilijs Sereniſſimi Regis Luſitaniæ, necnon Bullæ Cruciatæ Commiſſarius Generalis enucleavit, attentè perlegi, & accuratè perluſtraui; eaſque non ſolùm probabiles, ac dignas, quibus tot literatorum hominum ingenia plauderent, judiciaque ſubſcriberent; ſed etiam ita probabilitatis cancellos exceſſiſſe judicaui, ut nemo Juris peritiâ, aut Theologiâ probè verſatus, eas in praxi ſequi meritò poſſit formidare. Ita cenſeo, ſalvo meliori judicio, cui me totum committo, ac ſponte ſubjicio. Ulyſſipone, in Collegio D. Patritij Hybernorum 27. Junij 1698.

Sub cenſura.

P. Doctor Ludovicus Fragoſo.

PRI-

PRIMA QUÆSTIO

VENTILANDA PETIT:

Utrùm Christi fideles possint intra annum pro multis defunctis, tot Bullas defunctorum sumere, quot voluerint? An solummodò duas: unam scilicet in principio anni; & post sex menses alteram?

SUMMARIUM.

1 *Afferuntur DD. pro negativa, & n.2. usque ad 6.*
7 *Refertur Bulla Latina, & Lusitana, & n.8. & 9.*
10 *Author affirmativam amplectitur.*
11 *Commissarius quit declarare, & interpretari dubia Bullæ, & nn. seqq.*
17 *An talis facultas subsistat.*
18 *Bulla Leonis X. concessa Regi Emmanueli non fuit revocata, & nn. seqq.*
26 *Fuit concessa toti Regno.*
27 *Explicatur Bulla Plumbea, & nn. seqq.*
31 *Dispositioni claræ nihil addi potest, & n. seq.*
33 *Nullibi disponitur, quòd nequeat dari eleemosyna pro Bulla defunctorum solum, quando datur pro vivis.*
De jure dicitur concessum, quod non prohibetur. Ibid.
Non entis, & non apparentis idem est judicium. Ibid.
34 *Bulla Latina disponit, quòd præstetur eleemosyna prò cujusque voluntate.*
35 *Privilegium favorabile debet ampliari.*
36 *Taxatio eleemosynæ facta fuit per Commissarium ex commissione Apostolica.*
37 *Nec fuit expedita per Bullam Gregor. XIV. & n. seq.*
39 *Taxa pro vivis antea erat regulata pro cujusque facultate.*
40 *Commissarius potest convertere Bullam Latinam in vulgarem.*
41 *Nequit tamen declarare ultrà verba Bullæ, & nn. seqq.*
45 *Pro amicis potest quis sumere Bullas vivorum.*
46 *Quod ex Bulla non colligitur.*
47 *Et si unus illam habeat, potest dare alteri ea indigēti, & n. seq.*

50 *Cauſa defunctorum dicitur favorabilior.*

51 *Reſellitur quædam objectio, & n. ſeq.*

53 *Pater poteſt ſumere Bullas pro filijs.*

54 *Bulla pro defunctis cõtinet privilegium.*

55 *In privilegijs locum habet præſcriptio.*

56 *Interpretationi ex conſuetudine inductæ, utî legi ſtandum eſt.*

57 *Non invenitur probibitum ſumi diverſas Bullas pro diverſis defunctis.*

58 *Alia diluitur objectio, & nn. ſeqq.*

62 *Pro uno defuncto ſumi poſſunt plures Bullæ.*

63 *Diluuntur fundamenta cõtraria, & nn. ſeqq.*

85 *DD. pro Authoris ſententia.*

1 QUæſtionem iſtam pertractat Abreu de Parocho, *lib. 10. ſect. 7 n. 1078 pag. 804.* & reſolvit, bis tantùm in anno ſumi poſſe Bullam defunctorum, & non ampliùs, per hæc verba formalia, ibi: *Igitur quò ad primam conceſſionem, qui Bullam Cruciatam accipit, poteſt bis in quolibet anno, durante Bulla, lucrari Indulgentiam pleniſſimam, pro qualibet anima in Purgatorio exiſtẽte, cui eam applicaverit, largiendo eleemoſynam aſſignatam in Bulla defunctorum per Cõmiſſarium, nempe 50. regales æreos, ſea* meyo toſtaõ: *ita enim ſunt intelligenda verba, quæ habentur in ſummario Bullæ defunctorum:* Toda a peſſoa, que der a eſmola abayxo declarada, pela alma de qualquer defunto, a que a quizer applicar, a livra das penas do Purgatorio, per modo de ſuffragio, & livrarà tantas almas, quantas vezes der a dita eſmola, & fizer a tal applicaçaõ.

Quòd autem ita intelligenda ſint hæc Cõmiſſarij verba, conſtat ex Bulla Plumbea, in qua poſtquàm Pontifex dicit, poſſe ſuſcipientem Cruciatam ſibi lucrari bis in anno Indulgentiam plenariam per modum Jubilei, ſemel in principio, càm Bullam accipit; iterùm in medio anni, ſtatim immediatè addit: Quod etiam pro cujuſcũque eleemoſynarum voluntate animabus in Purgatorio exiſtẽtibus, &c. *Ergo loquitur de duabus Indulgentijs pro defunctis lucrandis, duabus etiam vicibus in anno, quibus conceſſerat ſibi vivos lucrari eaſdem potuiſſe: igitur ita intelligẽda ſut verba ſummarij:* E livrarà tantas almas, quantas vezes der a dita eſmola, & fizer a tal applicaçaõ: *ideſt toties, quoties temporibus illis, quibus conceditur vivis poſſe lucrari ſibi Indulgentiam plenariam, poterit eandem lucrari pro defunctis: quæ tempora ſunt duo quolibet anno, ſemel in principio anni; iterùm in medio. Poterit igitur in quolibet anno duas accipere Bullas defunctorum modo prædicto, vel*

pro

pro eodem defuncto, vel pro diverso. Ita AA. qui explicant Bullam Cruciatam in explicatione Bullæ defunctorum. Conceditur igitur bis in anno, durante tempore Bullæ (quod in principio fuit triennii, hodie verò est sexennium) Indulgentia plenaria illi defuncto, pro quo vivus habens Cruciatam accipit Bullam defunctorum, dando eleemosynam à Commissario taxatam, de qua jam diximus. Neque ad has Indulgentias pro defunctis lucrandas requiritur aliud opus, quàm accipere prædictam Bullam defunctorum dando eleemosynam taxatam, & applicando illam defuncto, pro quo accipitur, &c.

2 Ita P. Abreu citans Escobar *n.* 434. & Rodericum, §. *unico*: ast non benè; quia, etsi Rodericus de Bulla defunctorum agat, de hac quæstione nil loquitur, ut ex eo videri potest. Denique idem P. Abreu sibi ipsi (ut videtur) contrarius, & incohærenter locutus addit *n.* 1087 ibi: *Istæ Indulgentiæ Stationum cõparari possunt pluriès in eodẽ die, pro eodẽ. vel pluribus defũctis, quotiès quinque Ecclesias, vel quinque altaria cujusdẽ quisquis visita verit, sicut & pro se illas lucrari poterit.*

3 Si prefatas Indulgentias Stationum potest quis pluriès, & totiès pro defunctis lucrari (ut concedit) quotiès quinque Ecclesias, vel Altaria eodem die visitaverit; cur similiter non poterit quis, eodem anno, & die, pro defunctis pluriès, & totiès Indulgẽtias Bullæ comparare, quotiès Bullas defunctorum sumpserit? En contrarietas, & incohærentia Authoris. Sed de hoc latiùs infrà, cùm sententiam nostram probaverimus.

Adverte tamen, hanc opinionem P. Abreu, dum ait posse quemlibet pluriès eodem die lucrari Indulgentias Stationum, quam etiam tenet *Galeg. cap.* 8. *clauſ.* 8. *dub.* 80. *pag.* 65. fuisse postea reprobatam per decretum Congregationis Indulgentiarũ, quod observari jussit Innoc. XI. typis datum Romæ die 7. Martij anno 1678. de quo meminit P. Nog. *de Bulla disp.* 23. *sect.* 9. *n.* 93. in fine verò ita declarat Decretum: *Semel autem dumtaxat in die plenariam Indulgentiam in certos dies Ecclesiam visitantibus concessam, vel aliud pium opus peragentibus lucrifieri.*

4 P. Nog. *de Bullâ Cruciatæ*, agens de Bullâ defunctorum *disp.* 26. *sect.* 32. *num.* 365. in eandem conspirat sententiam, subscribitque doctrinæ P. Abreu, & sic ait: *Inquires: Quot Bullas defunctorum, durante anno Bullæ, possit, qui Bullam communem vivorum jam habet, sumere? Respondeo cum Abreu* de Paroch. lib. 10. n. 573. (*mihi verò* 1077.) *& cum Expositoribus Bullæ Hispanæ, posse unam tantùm pro uno defuncto sumere: si verò accipit chirographum, de quo diximus* disp. 7. sect. 8. n. 89. *vel cum ipsa Bulla communi, vel absque illa post sex menses à publi-*

catione Bullæ, poteſt aliam Bullam defunctorum, vel pro eodem, vel pro alio accipere. Non tamen poteſt, eodem durante anno, ſumere tertiam, aut quartam, &c. Ratio eſt clara; quia in Bulla Latina, ſeu Plumbea, tot Indulgentiæ plenariæ defunctis, quot vivis conceduntur: ſed vivi, qui ſumunt tantùm Bullam communem, unâ tantùm intra annum gaudent Indulgentiâ plenariâ; & ſi accipiant chirographum, gaudent alterâ poſt ſex mẽſes à publicatione Bullæ: ergò eodem modo conceduntur defunctis, nempe una tantùm, ſi pro illo Bullam defunctorum accipiens, Bullam tantùm communem acceperat: at ſi chirographum ſex menſium etiam accipit, poteſt aliam pro eodem, vel diverſo defuncto accipere. Maior, in qua eſt tota dubitatio, oſtenditur; quia S. Pontifex poſtquam dixit, poſſe ſuſcipientem modo dicto bis in anno Indulgentiam lucrari, ſtatim addit: Quod etiam pro cujuſcumque eleemoſynarum voluntate animabus in Purgatorio exiſtentibus, quæ per charitatẽ, &c. *Quæ verba ſic vertit Cõmiſſarius in Bulla vivorũ*: Item concede, q̃ as meſmas indulgencias ſe poſſaõ tãbẽ applicar às Almas do Purgatorio, que cada hum mais tiver em ſua võtade, &c. *Ex quibus verbis cõſtat, eaſdem Indulgentias concedi defunctis, quæ vivis conceduntur, erogatâ ſemper pro utrâque Bullâ eleemoſynâ deſignatâ.*

Confirmatur ex Bulla Hiſpana, in qua etiam conceditur unam tantùm pro uno defuncto accipere Bullam illum, qui unam tantùm accipit Bullam vivorum: at ſi ſecundam vivorum ſumat (ut in Bulla Hiſpana conceditur, non tamen in noſtra) poteſt alteram Bullam intra eundem annum, pro eodem, vel altero defuncto accipere. Sic Expoſitores Hiſpani. Bard. p. 4. tract. 4. cap. 4. num. 4. *& alij communiter, & expreſsè habetur in Bulla defunctorum Hiſpana.*

Dices: Commiſſarius in Bulla defunctorum, in principio hujus Diſp. relata, his utitur verbis: Toda a peſſoa, que der a eſmola abayxo declarada, pela alma de qualquer defunto, a que a quizer applicar, a livre das penas do Purgatorio per modo de ſuffragio: & livrarà tantas almas, quantas vezes der a dita eſmola, & fizer a tal applicaçaõ: *ex quibus verbis conſtat, poſſe intra annum, non ſolùm ſemel, & iterùm, ſed ſæpiùs Bullas pro defunctis ſumi.*

Reſpondeo Commiſſarij verba intelligi debere juxta Bullam Plũbeam, nempè: totiès quis animas liberabit, quotiès pro ſe ipſo poteſt Indulgentiam plenariam lucrari. Vel ſic intellige: Tot animas liberabit, quotiès dederit dictam eleemoſynam, & talem fecerit applicationem: cùm autem non poſſit quis dare eleemoſynam pro Bulla defunctorum, niſi quotiès illam fecerit pro Bulla vivorum; ſic tot animas liberabit, quot fuerint eleemo-

eleemosynæ. Hæ tamen non possunt esse plusquam duæ. Sic Pater Nogueira.

5 Pater verò Fr. Emmanuel à Sylva, etiam de *Bulla Cruciata*, agens de Bulla defunctorum eandem tenet resolutionem, *disp. 4. art. 2. n. 14. pag. 414.* aitque: *Alia diversitas est in quæstione; Utrùm scilicet liceat in eodem anno plures Bullas defunctorum suscipere? Hæc quæstio apud Hispanos nullius difficultatis est; nam eis licet secũda Bulla ex privilegio Greg. XIII. ex quo sequitur posse duas suscipere: ita Trullench, & Tamb. Prima enim licet ratione Bullæ Plumbeæ: secunda ratione Brevis Greg. XIII.*

In nostra tamen Bulla certum est, posse Bullas mortuorum sumi bis in eodem anno; nam ista Indulgentia mortuorum est eadem, ac Indulgentia vivorum, addita tamen facultate determinandi subjectum mortuum, cui fiat applicatio: similiter est certum, talis Indulgentiæ applicationem factam bis eundem servare modum, ac Indulgentiam vivorum, semel scilicèt in primis sex mensibus, & semel in secundis; nam postquam concedit Bulla Indulgentiam vivorum, sub hâc formâ, eandem sine alteratione modi pro defũctis, dato stipendio, applicarè permittit.

Hanc resolutionem extendere videtur ad alias plures sumptiones Bullæ, compendium Commissarij, ubi ait: E livrarà tãtas almas, por quantas der a dita esmola, & fizer a tal applicaçaõ. *Sed certè respondeo, minimè sumi posse validè Bullam defunctorum tertiò in eodem anno; verba enim Commissarij solùm se habent per modum explicationis sufficientis Indulgentiæ, non verò per modum declarationis; intendit enim dicere Commissarius, concedi Indulgentiam ratione unius eleemosynæ, quæ sufficit ad liberandam animam totaliter à pœnis, ita taliter, quòd si Deus absolutè eam acceptet, nullâ aliâ indigeret: nam Bullæ textus hanc indulgentiam concedens, post concessam bis in anno Indulgẽtiam vivorum, sic ait:* Quod etiam pro cujuscumque eleemosynam largientis volũtate animabus in Purgatorio existentibus, quæ per charitatem Christo unitæ migraverunt, pro quibus juxta præmissa, collatum fuerit, ad relaxationem pœnarum, quibus secundũ Divinam Justitiam expositæ sunt, suffragetur. *Ex quo apertè constat modum hujus concessionis esse sicut præcedentis, quæ tantum bis eodem anno conceditur: excepto, si Commissarius aliquod speciale habuit Breve, de quo nullus meminit, nec notitia aliqua invenitur. Hucusque P. Sylva locis citatis.*

6 Faciuntque pro hac negativa sententiâ verba illa, *Quæ etiam*; quæ quidem relativa sunt; etenim, cùm relatum sit in referente cum omnibus suis qualitatibus, relativumque referatur ad proximiora, ex adductis à

Barb. *Axiom.* 201. & forma ſumendi Bullam à vivis (qui unam tantùm ſumere poſſunt, & poſt ſex menſes per chirographum eodē uti Jubileo) ſit proximior; benè ſequitur, non poſſe ſumi pro defunctis, niſi unam tātùm Bullam, & ſecundam poſt ſex menſes prò alio defuncto, virtute chirographi, & non ampliùs.

7 Ut vera in hac materiâ reſolutio aſſumi poſſit, traducenda hûc ſunt priùs verba Bullæ Latinæ, & poſtea Bullæ in lingua vulgari. Prioris deducta ex originali Bullæ ſic ſe habent:

Quomodo potueris, ita eſto miſericors; ſi multum tibi fuerit, abundanter tribue; ſi exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri ſtude: quanta maxima pro opibus, & facultatibus ſuis potuerint, ſubvētionis auxilia ad effectum ſubventionis manutentionis militum præfatorum contulerint, pleniſſimam omnium peccatorū ſuorum, de quibus corde contriti, & ore confeſſi, ſacrâque Cōmunione refecti fuerint; aut non valentes confiteri, neque Communione ipſâ refici, id corde optaverint, indulgentiam, & remiſſionem, quæ anno Iubilei elargiri conſuevit, ſexiès videlicèt dicto currente triennio, ita ut ſtatim poſt ſextumquēque ipſius triennij menſem Indulgentiam hujuſmodi rursùs à prædictis, & alijs eorundem Regnorum, & Dominiorum perſonis eleemoſynas de novo, ut ſuprà, conferentibus, aliaque prædicta toties cōficientibus conſequi poſſint, miſericorditer in Domino concedimus. Quæ etiam pro cujuſque eleemoſynam largiētis voluntate animabus in Purgatorio exiſtentibus, quæ per charitatem Chriſto unitæ ab hac luce migraverint, pro quibus juxta præmiſſa collatum fuerit ad relaxationem pœnarum, quibus ſecundùm Divinam Juſtitiam expoſitæ ſunt, ſuffragetur.

8 Poſterioris verò, nempe Bullæ Luſitano idiomate ita habent verba formalia:

Primeiramente, que toda a peſſoa que der a eſmola abaixo declarada pela alma de qualquer defunto, a que a quizer applicar, a livre das penas do Purgatorio per modo de ſuffragio: & livrará tantas almas, por quantas der a dita eſmola, & fizer a tal applicaçaõ.

9 His

9 His itaque sic præmissis, & prælibatis, & quòd in hac quæstione totâ dubitatio consistit, & est in interpretanda Pontificis dispositione; de ejus quippè potestate minimè dubitatur, ut unanimiter tenēt omnes DD. Catholici, qui de hac materia agunt.

10 Teneo indubitatè, & constanter defendo, posse, qui Bullam vivorum habet, non solùm unam, & alteram Bullam sumere, sed tot, quot Bullas voluerit, pro diversis defunctis.

11 Ostenditur hæc nostra sententia. Commissarius habet potestatem, & jurisdictionem à Sum. Pontifice concessam interpretandi, & declarandi dubia Bullæ juridicè, & authenticè: atquî Bullam taliter interpretatus est, illamque declaravit, ut possit quis pro diversis defunctis tot Bullas sumere, quot voluerit: ergò, &c.

12 Maior est doctrina Authorum sententiæ contrariæ; enimverò illam fatetur cum multis idem P. Nog. *disp. 1. sect. 12. à num. 81. cum seqq. pag. 14. & disp. 23. sect. 25. num. 264. pagin. 435.* Itemque P. Fr. Emmanuel à Sylva *de Bulla, disp. 1. art. 2. à n. 7. pag. 56.* ubi multa congerit ad intentum, & *disp. 3. art. 14. n. 20. pag. 390.* sic ait: *Habetque facultatem interpretandi, & explicandi Bullam, clausulasque inducētes novam formam, seu invaliditatem inducentes.*

13 Et, hos præter, idem docet Mend. *de Bulla, disp. 1. cap. 6 num. 36. & 43.* & Escob. *de Bulla Cruciatæ, tom. 1. Moral. lib. 7. sect. 1. cap. 24. n. 389.* ibi: *Cōmissarius circa executionem contentorum in Bulla Cruciatæ, & circa difficultates, quæ super clausulas Bullæ insurgunt, habet facultatem decidendi, declarandi, interpretandi quoties oportuerit: cui declarationi, & interpretationi standum est, non solùm respectu privatarū personarum, sed etiam quorūcumque Judicum, & Auditorum Curiæ Apostolicæ, & Cardinaliū S. R. E. quibus omnibus aufertur facultas aliter interpretandi, & declarandi. Perez* in *Compend. 3. Grat. lib. 2. pag. 60.*

14 Eadem maior corroboratur; quoniam Bulla Leonis X. Regi Emmanueli concessa anno 1517. die 12. Octob. Pontificatûs ejusdem Pontificis *anno* 5. de qua meminit P. Nog. *disp. 1. sect. 12 num. 83. in fine*, concedit executoribus Bullæ Cruciatæ in nostro Lusitano Regno, jurisdictionem interpretandi, & declarandi dubia emergentia circa Bullam, per verba, ibi:

Nos itaque votis ejusdem Regis annuentes, executoribus literarum Cruciatæ hujusmodi pro tēpore occurrentia juxta eorum conscientiam declarandi, & interpretandi eisdem authoritatem, tenore præsentium, licentiam

tiam concedimus , & facultatem.

15 Minor principalis oſtenditur, & manifeſtatur per declarationem, & interpretationem à Cõmiſſario factam in Bulla idiomate Luſitano tranſcripta in illis verbis, ibi:

E livrarà tãtas almas, por quãtas der a dita eſmola, & fizer a tal applicaçaõ.

16 Quæ quidem declarationis verba, ibi, *Tantas almas, & por quantas der, &c.* non limitant fidelibus numerum Bullarum pro defunctis ſumendarum, quin potiùs ad cujuſque placitum relinquit numerum illarum, ut poſſit quilibet ſumere tot, quot voluerit , uti ex ipſorum verborum ſignificatione,& ſenſu patet. Ergò.

17 Contra ſecundam probationem maioris principalis deductam ex Bulla Leonis X. Regi Emmanueli conceſſa , inſurgit P. Nog. negans talem facultatem ſubſiſtere; cenſetque illam expiraſſe cum Bulla , per quam conceſſa fuerat, quia non invenitur extenſa in alijs Bullis Cruciatæ, cùm omnes referantur ad Gregor. XIV.

18 Sed fruſtra conatur noſtram probationem elidere : primò ; quia etſi facultas præfata Bullæ Leonis non inveniatur inſerta in Bullis Cruciatæ,non proinde dici poteſt extincta cũ alijs Bullis ; quoniam ex particulari Bulla fuit, & apparet conceſſa ; quæ quidem nullibi invenitur revocata : atque ideo adhuc in ſuo vigore permanet.

19 Secundò;quia quãvis referatur ad Bullam Cruciatæ , nunquam Bulla Cruciata expiravit in hoc Regno ; ſiquidem etiam tempore , quo Hiſpani Reges hoc Regnum regebant, ſemper huic Regno ſpecialiter conceſſa fuit, & diſtincta à Bulla Hiſpana: adeoque quantùmvis in forma prædictæ Bullæ eſſent diverſæ, (de quo non conſtat) hæc Leonis X. non expiravit, cùm ſit diverſa facultas,per ſpecialem Bullam conceſſa.

20 Tertiò ; quia hoc privilegium conceſſum fuitRegi Emmanueli ; in quibus terminis non poteſt dici derogatum , niſi per derogationem expreſſam, ex dictis à Barb. *in cap.6. num.5.de Donat. & Axiom.*36. Salgad. *de Reg. protectione, p.* 3. *cap.* 10. *num.* 92. Atquî non apparet talis expreſſa derogatio : Ergò privilegium ſubſiſtit indemne.

21 Nec obſtat, quod idem P. Nog. *num.*84. addit, videlicet per ſeparationem Regni non cõmunicari huic Regno privilegiũ conceſſum Hiſpanis Regibus. Nec ,inquam, hoc obſtat ; quia tale privilegium æqualiter fuit conceſſum Regnis Hiſpaniæ, & Portugalliæ: de jure verò ſemper ad ſupplicam attenditur , ut notavimus *in lib. Enucleat. Ord. Milit.*

Digitized by

Milit. enucleat. 3. compr. 6. n. 225. pag. 591. Cùm ergò tale privilegium hoc Regnum Portugalliæ acquisivisset vi supplicæ Regis Emmanuelis, per separationem Regni non est deperditum : atque ideo eo utitur uti proprio, non verò per cõmunicationem.

22 Nec ulteriùs obstat; quoniam per unionem ad Regnum Hispaniæ, non perdidit hoc Regnum, quod antea habebat per dictam Bullam Leonis X. quæ non invenitur revocata, sed in suo persistens robore.

23 Illustratur hæc veritas exemplis : Decreta prolata à Rege Hispano hoc Regnum gubernãte, per ejus separationẽ nõ evanuêre; leges quippe ab uno Rege, seu Gubernatore prolatæ, non evanescunt, nec expirant per successionem alterius, ut notum est in legum materia, & visitur in hoc Regno; Ordinationes quippe Regni hujus inveniũtur compilatæ à Philippo Rege Gubernatore, & tamen observantur in hoc Regno tanquàm leges municipales, quibus Regnum regitur. Et Sereniss. Rex noster Joannes IV. (qui in pace quiescat) quando acclamatus fuit, omnia antea facta confirmavit. Unde omnes facultates, & indulta à Philippo cõcessa, suum sunt sortita effectum, ut omnibus est notum: Igitur Decreta, de quibus P. Nog. non expirarunt, sed in suo sunt vigore, & observantiâ.

24 Neque hoc dici potest extensio, aut communicatio privilegiorum, sed jus proprium Regi Emmanueli concessum tũc temporis gubernanti hoc Regnum, qui declarat esse concessum ad ministros hujus Regni scribens, & de jure assertioni Regis standum est in omni negotio. Aymon *cons. 75. num. 19.* Surd. *cons. 132. num. 25.* Farin. *q. 113. à num. 16.* Tondut. *de pens. ad decis. Rotæ pag. 96. num. 7.* cum alijs à nobis adductis in dicto *lib. Enucleat. Ord. Milit. enucl. 3. compr. 6 num. 227. pag. 595.*

25 Cùm igitur gratia semper ad supplicam referatur, & illius interpretatio sit facienda in favorem supplicantis, ex à nobis dictis loco citato *enucleat. 2. n. 109. pag. 115. col. 1.* & *enucleat. 3. num. 210. pag. 585. col. 1.* & idem sit Rex, qui supplicavit, & qui declarat hujusmodi privilegium cõprehẽdere nostrũ Regnũ; rectè sequitur, potiri nostrum Regnũ tali privilegio, & illud in suo vigore persistere.

26 Dices in contrarium, tale privilegium esse personale, extinctumque esse cum persona Regis supplicantis, & ad ejus validitatem requiri confirmationem : Ergò. Respondeo, tale privilegium non solum fuisse concessum personæ Regis, sed etiam toti Regno, ut ex immediatè supradictis patet; in quibus terminis privilegium est perpetuum, atq; adeò non expirat per mortem

tem Regis, nec eget confirmatione ex à nobis *dictis Enucleat.* 3. *num.*453.*pag.* 809. *col.*1. *& n.* 220.*pag.*589.*col.*1. *&* 2. *& pag.* 590. *col.*1.

27 Pater verò Nogueira ſupra relato *num.* 368. cum Patre Abreu, quem ſectatur, intendēs elidere vim probationis noſtræ ſententiæ fundatæ in verbis Cōmiſſarij explicantis Bullam,ſuadet, verba præfata Commiſſarij non eſſe intelligenda eo pacto, quo nos ea abſolutè accepimus, ſed juxta Bullam Plumbeam, verbaque ipſa vertit, & interpretatur bifariè, & primò ut hunc efficiant ſenſum: *Totiès quis animas liberabit, quotiès pro ſe ipſo poteſt Indulgentiam plenariam lucrari.* Cùm ergò non poſſit quis pro ſe ipſo prædictam Indulgentiam lucrari, niſi bis in anno, utique non niſi bis in anno eam lucrari poteſt pro defūctis: ac proinde,nec pro defunctis poteſt in anno pluſquàm duas ſumere Bullas.

28 Secundò, eadem verba ſic interpretantur, & vertunt: tot animas liberabit, quotiès dederit eleemoſynam, & talem fecerit applicationem: atquî non poteſt quis dare eleemoſynam proBullâ defunctorum,niſi quotiès illam dederit pro Bullâ vivorum: ergò ſic tot animas liberabit, quot fuerint eleemoſynæ: hæ pro vivis non poſſunt eſſe pluſquam duæ: ergò & pro defunctis duæ tantùm erunt.

29 Vellem certè ſcire ab iſtis Patribus, pro quâ potiùs verſione, & interpretationeBullæ ſit ſtandum; pro interpretatione Commiſſarij, an pro ſua? Credo certè non auſuros dicere, ſtandū eſſe potiùs pro ſuâ,quàm pro declaratione Commiſſarij, qui habet ad id muneris legitimam facultatem, & ejus interpretatio eſt plana, verbisque cōſona, in animarumque favorem, & ipſorum violentiſſima,& verbis ipſis repugnans, ut conſideranti patebit, & mox oſtendêmus. Acquieſcant igitur declarationi expreſſæ Commiſſarij, & interpretationem ſuam longè amandent. Ita in ſimili ait P. Moya *Quæſt. Moral. tract.* 2. *de Relig. diſput.*3. *quæſt.*1. §.4. *n.*16. *in* 2. *editione*; ubi varias Pontificum diſpoſitiones refert,tenetq; in verbis, ibi, de Commiſſario loquens: *Ejus aſſertio in omnibus, & per omnia ſufficere debet, ac ſi litteræ Pontificiæ id continentes adhiberentur; nec ullius Doctoris authoritas contra ejuſdem declarationem prævalere poteſt; Cōmiſſarij enim aſſertionibus omnimodam fidem præſtare debemus, captivantes intellectum in obſequium authoritatis tanti viri.* Vide, quæ P. Sylva *de Bullâ diſp.* 3. *art.*8.*n.* 17.*p.*285.*cum ſeqq.*affert.

30 Utraque interpretatio, & verſio prædicta impugnatur, & prior ſic; quoniam ſupponit contra verum ſenſum verborū, quæ quidem declarant, & important

Digitized by Google

portant absolutè, tot animas liberari, quot vicibus eleemosynam quis erogaverit, & quotiès talem fecerit applicationē, cùm enim sint verba absoluta, & regulam inducant, dilucidamque faciant dispositionem, corruit in his terminis suppositio; maximè, cùm nullatenùs adaptari possit præfata versio, & interpretatio Authorum prædictorū verbis Bullæ Lusitano idiomate transcriptæ, ut facilè visitur.

31 Impugnatur 2. quia de jure cùm dispositio est clara, nihil ei addi potest, quod illius sensum vertat, nec admittitur interpretatio, & declaratio, præsertim quando est generalis, ex Barb. *Axiom.* 73. *num.* 6. Intelligique debet prout verba diriguntur; ex eodem Barb. *n.* 17. verba quippe interpretāda sunt secundùm propriam significationem, à quâ non est recedendum; ex eodem Barb. *Axiom.* 222. *n.* 4. & 5.

32 Quando autem verba sunt clara, non admittere interpretationem, nec conjecturam, docet Barb. *num.* 32. quādo sunt generalia, generaliter esse intelligenda, docet etiam idem Barb. *num.* 36. atquî verba à Commissario transcrip ta sunt clara, & generalia; igitur minimè interpretabilia sunt, nec illorum sensus restringi potest, sed generaliter ut significant, & in eo, quem important, sensu sumi debent.

33 Declaratio, & interpretatio posterior utique impugnatur: in primis negamus minorem; nullibi enim invenitur, quòd non possit quis dare eleemosynam pro Bullâ defunctorum, nisi quotiès illam dederit pro Bullâ vivorum: & de jure concessum dicitur, quòd non invenitur prohibitum, *text. in L. Nemo*, §. *quid ejus ff. ex quibus caus. maior*, Barb. *Axiom.* 46. *n.* 1. & multi alij relati à Solorz. *de jure Ind. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 2. sicut etiam de jure est, quòd non entis, & non apparentis idem est judicium: Igitur.

34 Impugnatur rursus; quia tantùm abest, ut non inveniatur prohibitum dare eleemosynam pro Bullâ defunctorum, nisi solùm quotiès potest quis illam dare pro Bullâ vivorum, ut potiùs contrarium constet expressè ex Bulla Latina, in quâ hæc leguntur verba:

Pro cujusque eleemosynam largientis voluntate;

per quæ patet in voluntate cujusque relinqui eleemosynam erogari totiès quotiès, quis eam clargiri voluerit.

35 Accedit, quòd privilegium de jure convenit ampliare, & non restringere, ex *reg. Odia, de reg. jur. in* 6. Cùm ergò simus in materia favorabili, rectè, & clarè sequitur, quòd sumptio Bullæ defunctorum non sit restringenda, & regulanda per formam sumptionis Bullæ vivorum,

sed

ſed maneat in arbitrio, & volũtate cujuſque tot Bullas defunctorum ſumere pro pluribus defunctis, quot voluerit.

36 Neque dicas, verba prædicta intelligenda eſſe de quantitate eleemoſynæ regulãda per voluntatem, & arbitrium erogantis illam: non hoc dicas, quia falſum eſt; enimverò taxa hæc fuit facta à Commiſſario per cõmiſſionem Apoſtolicam, ut refert P. Nog. *diſp.* 5. *num.* 1. *pag.* 45. & *diſp.* 23. *ſect.* 13. *num.* 144. & *ſect.* 25. *num.* 261. & P. Sylva *diſp.* 1. *art.* 2. *num.* 6. & *diſp.* 3. *art.* 14. *num.* 20. *pag.* 390. unde non per Bullam Cruciatam.

37 Replicabis tamen, taxam fuiſſe expeditam virtute Bullæ Greg. XIV. ad Card. Albertum directæ die 28. Auguſti anni 1591. poſt primam Bullam Cruciatæ priùs expeditam ſextâ die Aprilis ejuſdem anni; ut patet ex Bullâ tranſcriptâ ab eodẽ P. Sylva: ergò verba Bullæ non ſunt referenda ad arbitrium pro eleemoſynis erogandis, quotiès quis voluerit, ſed pro taxa voluntariè aſſignanda.

38 Sed reſpondeo, ante commiſſionem Apoſtolicam ad taxas deſignandas, non fuiſſe in arbitrio ſumentis Bullam, ſed fuiſſe præſtandam eleemoſynam ſecundùm cujuſcumque quantitatem poſſeſſionum ſuarum, ut tenet idem Sylva *loco citato num.* 1. inſinuantque verba Bullæ inſcripta à P. Nog. *ſuprà num.* 1. ibi:

Quomodo potueris, ita eſto miſericors; ſi multum tibi fuerit, abundanter tribue; ſi exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri ſtude: quanta maxima pro opibus, & facultatibus ſuis potuerint ſubventionis auxilia, ad effectum ſubventionis manutentionis militum præfatorum contulerint.

Ubi expreſsè diſponitur, quòd unuſquiſque ſecundùm facultates ſuas eleemoſynam præſtet: ergò cùm eleemoſynæ erogandæ quantitas ſit regulanda ſecũdùm cujuſque facultates, evidẽter patet, prædicta verba non eſſe intelligenda (dum cujuſque arbitrio, & voluntati relinquitur pro defunctis eleemoſynam præſtare) de taxa, & quantitate eleemoſynæ, ſed de voluntate pro pluribus vicibus eleemoſynam erogandi: atquî, ut ex adverſo fatetur prædictus Author, totiès animas liberabit, quotiès eleemoſynas dederit; ergò non ſolùm unam, ſed plurimas poterit animas liberare, pro quibus eleemoſynas præſtiterit; ac per conſequens, non ſolùm primã, & ſecundam Bullam, ſed pluriès pro defunctis, quis in anno ſumere poteſt.

39 Si tamen aſſumptum tibi demus; non proinde ſequitur eſſe regulandam formam

Bulla-

Digitized by Google

Bullarum defunctorum à forma Bullarum pro vivis (quod eſt totale partis adverſę fundamentum) ut patet evidenter ; nam taxa pro vivorum Bullâ, quamvis à principio certa non eſſet, tamen non libero arbitrio , & voluntati cujuſque relinquebatur, ſed regulari debebat ſecundùm cujuſque facultates ; quia qui abundanter ſibi habuiſſent, tenerentur abundāter ; qui verò exiguū, exiguū tribuere, ut expreſsè declarāt verba ſuprà trāſcripta : atquî (ſuppoſitâ doctrinâ replicæ) verba illa : *Pro cujuſque eleemoſynam largientis voluntate*, referuntur ad taxam, ut tenet Nog. *diſp.* 26. *ſect.* 33. *n.* 374. Ergò diverſimodè proceditur in Bulla circa formam Bullæ vivorum, atque defunctorum: ac per conſequens , vel verba ſunt intelligenda de Bullis, eleemoſyniſque præſtandis pro cujuſque voluntate, non primâ, & ſecundâ tātùm vice, ſed pro tot, quot voluerit quis eleemoſynam erogare ; vel diverſimodè diſponitur, quò ad vivorum, atque defunctorum Bullam, & non benè ſtat contrarium fundamētum, dùm ſtabilitur in æqualitate, & diſpoſitione obſervanda in Bulla defunctorum, atqué vivorum.

40 Confirmatur ſupradictum fundamentum ex doctrinâ ejuſdem P. Nog. aſſerentis *diſp.* 23. *ſect.* 25. *num.* 262. Commiſſarium Generalem habere facultatem convertendi Bullam Latinam in vulgare idioma: tenet etiam Mend. de Bulla *diſput.* 37. *cap.* 13. *num.* 100. *pag.* 471. Eſcobar *tom.* 1. *Moral. lib.* 7. *ſect.* 1. *de Bullâ Cruciatâ, cap.* 24. *num.* 390. Atquî Commiſſarius ita Latinam Bullam in Luſitanum idioma convertit: ergò pro illa ſtandum eſt, dùm ait , tot liberari animas, pro quibus eleemoſynam quis dederit : ergò non ſolùm ſemèl, & bis, ſed pluriès, & plurimas pro pluribus defunctis donare quis poterit : ac per conſequens tot ſumere Bullas , quot voluerit, pro defunctis.

41 Argues rurſus cum eodem Nog. & Sylva *locis citatis* : Commiſſarius , quamvis Bullam declarare , & interpretari poſſit, eamque in Luſitanum, & vulgare idioma convertere , tenetur tamen non excedere contenta in ipſamet Bulla, quia declaratio, & interpretatio de jure ſolūmodò eſt verba obſcura explanare abſque addito , ex Menoch. *de Arb. lib.* 1. *q.* 73. & eſt *Ord. lib.* 3. *tit.* 65. §. 6. Salg. *de Reg. protect. p.* 4. *cap.* 12. & *de ſupplicat. ad Sāct. p.* 2. *cap.* 30. §. 5. Joſeph Vela *diſſert.* 26. *num.* 29. & *diſſert.* 19. *n.* 53. & 54. & *diſſert.* 34. *num.* 53. Alberic. *de Symb. contract. num.* 1. *cap.* 10. Atquî verba Bullæ Latinæ ſunt clara, neque indigent interpretatione; quia relativum, *quæ etiam*, continet qualitates , & circunſtantias relati, refertur- que ad proximiora : ergò eodem

Digitized by Google

modo, quo pro vivis, unam tantùm Bullam accipere quis poteſt, & virtute chirographi poſt ſex menſes ſecundam lucrari indulgentiam, ita etiam pro defũctis unam tantùm Bullam quis ſumere poterit, & poſt ſex menſes alteram virtute chirographi, & non ampliùs, alitèr enim verba Bullæ ampliarentur, & declararèntur ultra contenta in dictâ Bullâ Latinâ, quod Commiſſario non conceditur, ut patet ex eodem Mend. & ſuprà relatis.

42 Sed reſpondeo, declarationem à Cõmiſſario factam non eſſe ultra verba Bullæ; relativum namque, *quæ etiam*, non refertur ad formam, ſed ad ſubſtantiam, nempe ad Indulgentiam; ita ut ſit ſenſus, quòd indulgentiæ Bullæ Cruciatæ poſſint pro defũctis applicari, non verò, quòd obſervari debeant circunſtãtiæ requiſitæ pro ſumentibus vivorũ Bullas.

43 Patet hoc evidenter; quia in Bullâ pro vivis requiritur eleemoſynam erogare, peccata confiteri, Sacramentum Euchariſtiæ ſumere, & alia in dictâ Bullâ declarata, quæ non requiruntur in Bullâ pro defunctis, ut tenèt Abreu in verbis in principio tranſcriptis.

44 Deinde, ut ſuprà diximus, eleemoſyna pro vivis eſt eroganda ſecũdùm cujuſque facultates (in opinione afferentium, verba pro defunctis appoſita taxam importare): pro defunctis verò ſecũdùm cujuſque voluntatem: ergo diverſimodè ſe habent Bullæ pro vivis, & Bullæ pro defunctis: ulteriùs, ut ſuprà diximus, poſt aſſignata, quæ pro ſumentibus Bullam fieri debent, alia aſſignatur forma, & diſpoſitio pro ſumentibus Bullas pro defunctis totaliter dependens à ſumentium voluntate, ut inſinuant verba ſuprà conſiderata: ergò non benè ſtat ſupradictum argumentum, dùm arguit de Bullâ pro vivis, ad Bullam pro defunctis.

45 Præterea, quia Bulla non prohibet vivis, ut unus pro multis poſſit Bullas ſumere, immò potiùs pro amicis poteſt quilibet plures Bullas vivorum ſumere, ut expreſsè tenet Card. Lugo *de Pœnit. diſp. 27. ſect. 6. n. 87.* ibi: *Difficultas eſſe poteſt circa hoc, quando aliquis ſumit Bullam Cruciatæ pro alio amico, cui illam dat, quomodo iſte, cui datur Bulla, obtineat indulgentias, cùm ipſe nullo modo det illam eleemoſynam, quod eſt opus injunctum ad illam indulgentiam? Reſpondetur, illum, qui Bullã pro me inſcio accepit, dediſſe eleemoſynam meo nomine, quaſi utilem negotij mei geſtorem; quod ego poſtea ratum habeo, & debitor ſio illius eleemoſynæ meo nomine datæ, quod debitum ille benevolentiæ cauſâ mihi remittit: atque ideo jam ego cenſeor illam eleemoſynam dediſſe.*

46 Idem tenet Nog. *diſp. 6. ſect. 5.* & tamen in Bulla nullibi

invenitur posse quemlibet pro amico, seu pro alio eleemosynam erogare, neque Bullam sumere, immò potiùs jubetur, ut quis per se ipsum eleemosynam præstet, ut patet ex ejus contextu: ergò sicut extenditur regula, ut quis pro alio eleemosynam præstet, & Bullam sumat, eo insciente, sic etiam poterit quis pro defunctis plurimas Bullas sumere, cùm expressè Pontifex pro defunctis Bullas sumere concedat.

47 Comprobatur hoc ex traditis à Nog. *disp.6. sect.3 num.* 20. *pag.*60. ibi: *Ex hac doctrinâ sequitur, posse quemlibet plures sumere Bullas animo eas huic, illi, vel pauperibus distribuendi, quia in sumptione Bullæ non requiritur acceptio personalis; & si in sumptione Bullæ determinet personam, & hæc illam nolit acceptare, eò quòd aliam jam habeat, poterit illam alteri donare, qui illâ indigeat.*

48 Quam doctrinam ait esse desumptam ex Trullench. *lib.* 1. §. 1. *dub.*3. *num.* 1. Bard. *p.* 1. *tract.*2. *cap.*3. *à num.*11. Tamb. *cap.*15. §. 3. *num.* 15. & Escobar *in Theolog.moral.tom.*1. *lib.*7. *n.*14. Lezan. *tom.*3. *qq.regul.verb.Bulla Cruciatæ, num.* 7. P. Henriq. *lib.* 7. *de indulg. cap.* 20. *num.* 6. idemque tenet Mend. *de Bulla disp.*21. *cap.*2. *num.*15. ibi: *Potest quis erogatâ eleemosynâ plures sumere Bullas, animo eas pauperibus distribuendi, licèt non determinaverit, cùm accipit, personas quibus est donaturus illas: quòd si determinet personam, pro qua Bullam accipit, & ea aut nolit acceptare, aut non indigeat hujusmodi Bullâ, eò quòd aliam jam habeat, poterit is, pro quo Bulla ab alio est acceptata, eam alijs concedere, ut possit ejus privilegijs potiri: & hoc verum est.*

49 Atquî totale, & unicum fundamentum partis adversæ in eo consistit, quòd in Bullis pro defunctis idem servari debet, quòd in Bullis pro vivis, ex vi relativi, *Quæ etiam*, ut patet ex Abreu, Nogueir. & Sylva suprà transcriptis: ergò ex eodem fũdamento eluceſcit, quòd sicut pro vivis plurimas Bullas quis sumere potest, utique etiam pro plurimis defũctis plusquàm duas accipere poterit; nulla namque assignari potest differentiæ ratio, ut pro plurimis vivis possit quis non solùm duas, sed quot voluerit Bullas sumere, & non possit eas pro plurimis defunctis sumere.

50 Deinde, ut ait Nog. & suprà retulimus, potest quis tot animas liberare, pro quibus eleemosynas præstiterit: atquî potest unusquisque plurimas eleemosynas pro vivis erogare, ut aiunt dicti DD. ergò etiam pro plurimis defunctis poterit plurimas eleemosynas elargiri, & tot animas à Purgatorio liberare, pro quibus eleemosynas dederit: ac per consequens non so-

lùm primam, & ſecundam, ſed quot voluerit valet pro defũctis ſumere Bullas, cùm defũctorum cauſa favorabilior ſit.

51. Argues iterùm cum eodem Nogueir. ſic: Ad gratiam conſequendam requiritur acceptatio perſonæ, cui Bulla cõfertur: ideo poteſt ſumi Bulla pro diverſis vivis, qui eam acceptare poſſunt, quod eſt requiſitum neceſſarium, ut Bulla prodeſſe poſſit, ſicut tenet cum multis idem Nog. *loco citato.*

52 Sed reſpondeo, diverſimodè procedi in Bullâ pro vivis, atque in Bullâ pro defunctis, ut jam monuimus; nam pro vivis neceſſariò requiritur acceptatio ex parte accipientis Bullam, & non ſolùm acceptatio Bullæ, ſed ſatisfactio eorum, quæ in Bullâ continentur, aliter gratiæ non conferuntur; quia eſt onus injũctum ad Indulgentiam conſequẽdam: at verò in Bullâ pro defũctis nihil aliud requiritur, niſi eleemoſynam elargiri, & applicationem facere, ut tenet idem Nog. *diſp.* 26. *ſect.* 33. *& ſeqq.* & Abreu in verbis ſuprà tranſcriptis *num.* 2. alias verò circunſtãtias, ad quas vivi tenentur, ſupplet Pontifex, concedendo defunctis, ut pro illis Bullæ ſumantur abſque aliâ circunſtantiâ, niſi tantùm eleemoſynam largiendo, & applicationem faciendo: ergò in hoc diverſificatur Bullâ pro defunctis, à Bullâ pro vivis; & per conſequens ſequitur non præſcribi eadem requiſita in una, atque in alia Bullâ, quod eſt partis contrariæ totale fundamentum; ac per conſequens corruit argumentum.

53 Corroboratur ſupradicta ſententia, ex adductis ab eodem Nog. *dicta diſp.* 6. *ſect.* 5. *à n.* 28. & *ſect.* 6. *à num.* 33. firmante, poſſe patrem pro filijs Bullas ſumere, & quemlibet duas ſumere Bullas, vel qui duas acceptaverit, unam alteri elargiri, ac etiam poſt ſcriptum nomen, valet in alium transferre; & tamen hæc facultas expreſſa non invenitur in Bullâ Latinâ: ergò ſi idem obſervandum eſt in Bullâ defũctorum, atque in Bullâ vivorum, & unuſquiſque pro ſua familia, & pro amicis plures Bullas ſumere poteſt, eaſque diſtribuere: quare non poterit pro defũctis idem facere, (præſuppoſitâ Pontificis facultate applicandi per modum ſuffragij defũctis prædictas Indulgentias,) quando favorabilis eſt defunctorum cauſa?

54 Fulcitur noſtra concluſio: quia certum omninò eſt, Bullam pro defunctis privilegium continere: atquî Bullæ Cruciatæ privilegia ſunt ampliſſimè interpretanda, ut cum multis tenet Mend. *de Bull. diſp.* 1. *cap.* 6. *num.* 46. & Nog. qui plurimos refert, *diſp.* 1. *ſect.* 10. *num.* 67. ubi argumentis pro contraria ſatis ſuperque reſpondit; præcipuè cùm tale privilegium in præjudicium tertij non vergat, ut latiſſimè diximus

ximus in *tom. Enucleat. Ord. Milit. enucl. 3. compr. 6. num. 197. pag.* 544. Ergò adhuc, casu dubio, semper in favorem defūctorum tale privilegium debemus interpretari, ampliare, & extendere, non verò restringere, ex vulgari juris reg. *Odia, de reg. juris in* 6. aliter enim contra bonū animarum in Purgatorio existētium, privilegium interpretaremur in nullius utilitatē; quod jus non patitur.

55 Stabilitur etiam nostra sententia ex eo, quòd in privilegiorum materia datur præscriptio; quia de jure, consuetudine introduci potest quidquid per privilegium concedi potest, Oldrad. *cons.* 172. *in princip. &* 146. *in fin.* & 254. *num.* 8. *vers. opponitur*, Anchar. *cons.* 50. Bald. *cons.* 49. *lib.* 1. & *cons.* 289. *in princip. lib.* 4. Barb. *axiom.* 56. *n.* 7. & nos *Enucleat. Ord. Milit. enucl.* 2. *cōpr.* 5. *num.* 86. *pag.* 101. consuetudoque privilegium declarare potest, ex trad. à Solorz. *de jur. Ind. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 14. *&* 15. *tom.* 1. & privilegiorum est interpretativa, ex Ansald. *cons.* 14. *num.* 49. Molin. *de Primog. lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 57. Gutierr. *pract. lib.* 3. *q.* 62. *n.* 26. altero Molin. *de Just. tom.* 3. *disp.* 59. *conject.* 9.

56 Taliter hoc procedit, ut etiam si interpretatio inducta ex consuetudine videatur contra verba fori, standum sit ipsi interpretationi inductæ ex consuetudine, ac si in ipsis verbis fori fuisset scriptum id, quod consuetudine est introductum, & per ipsam declaratum; quæ quidem interpretatio non diversa, sed eadem dicitur dispositio, eandemque cum privilegio vim habet, ut ex Deciano, & multis alijs notavimus loco citato *n.* 87. interpretatio namque in cōsuetudine fundata, ut lex approbatur, text. *in L. si de interpretatione ff. de legib.* nefasque est recedere ab interpretatione consuetudine approbata, *Cap. cùm venissent, de just. cap. cum dilect de consuetudine*, cum multis Larrea *in dec. Granat. disp.* 45. *num.* 23 *post principium*, & per decem annos continuata, cùm sit declarativa, ut lex servari debet, ex eodem Larrea, Solorz. *de jur. Ind. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 14. *&* 15. *tom.* 1. Bonac. *disp.* 1. *q.* 1. *punct. ultim.* §. 3. *num.* 31. Soar. *de legib. lib.* 7. *cap.* 8. *num.* 7. *& cap.* 15. *num.* 5. & *cap.* 18. *num.* 12. Emmanuele Saa *verbo Consuetudo num.* 30. Pal. *de legib. tract.* 3. *disp.* 3. *punct.* 2. §. 2. *num.* 5. Ergò cùm prædicta interpretatio sit facta ab exordio Bullæ, elapsis tot annis à 1584. in quo Bulla pro Redemptione Captivorum jam hoc modo trāsumpta invenitur cum eisdem verbis, ut patet ex Bullæ archivo; bene sequitur à tali interpretatione non esse recedendum, præcipuè cùm in tertij præjudicium non vergat, immò potiùs cōtrarium erit in tot animarum præjudicium, & subsidij, quod

fuit cauſa finalis, ut Pontifices has concederent gratias, nempè ad bellum contra Fidei hoſtes, & Fidei exaltationem.

57 Ultimo tandem loco, traductio à Commiſſario facta, non eſt contra literam Bullæ Latinæ (adhuc in ſenſu, de quo pro parte contraria), quia ſi, ut eadem contraria pars aſſerit, verba Latina ita intelliguntur, ut poſſit quis unam tantùm Bullam ſumere pro qualibet perſona, & poſt ſex menſes, virtute chirographi, ſecundam accipere Bullam; hoc idem ſervatur pro defunctis, ſecundùm noſtram opinionem, quia non dicimus poſſe ſumi plures Bullas pro uno defuncto, ſed poſſe ſumi unam pro uno defũcto, verbi gratiâ, Petro, & aliam pro alio defuncto Paulo, aliam pro Franciſco, & ſic de cæteris: unde non exceditur forma deſtinata pro vivis; immò potiùs ex cõtraria ſequeretur non ſervari pro defunctis eandem formam, ſicut pro vivis; quia ſi, ut adverſarij fatentur, pro diverſis vivis plures Bullæ ſumi poſſunt, utique etiam pro diverſis defunctis plurimæ Bullæ accipi poſſunt, nullibi enim invenitur prohibitum, quòd pro diverſis perſonis diverſæ Bullæ ſumi poſſint; ſolummodò exprimitur à quolibet unam tantùm Indulgentiam acquiri per Bullam, & ſecundam per chirographum: hoc idem ſervatur, quia una tantùm Indulgentia per modum ſuffragij applicatur pro uno defuncto, aliæ verò pro diverſis; ſicque datur perſonarum diſtinctio.

58 Neque dicas, non dari diſtinctionem in perſona ſumente Bullam, & applicante Indulgentiam per modum ſuffragij; dari tamen quãdo ſumitur pro vivis, nam quilibet pro ſe ipſo Bullam accipit; pro defunctis verò, cùm ſit eadem perſona, qui Bullas accipit, & applicationem facit, jam datur multiplicatio Indulgentiarum in eâdem perſonâ, quamvis detur diverſitas in perſonis, quibus applicatur Indulgentia, quod eſt contra diſpoſitionem Bullæ Latinæ.

59 Ne, inquam, hoc dicas; quia Bulla Latina, quando loquitur de ſumente Bullas, & applicante, loquitur in ſingulari, nempè: *Cujuſque voluntate*; quãdò verò loquitur de modo applicandi, loquitur in plurali, nẽpe: *Animabus, pro quibus*: benè ergò ſequitur, velle Pontificem eſſe unam tãtùm perſonam, quæ ſumat Bullas; at verò quòd pro pluribus poſſit fieri applicatio, ut pluribus animabus in Purgatorio commorantibus ſuccurri poſſit, in quarum favorem, per modum ſuffragij, Indulgentiam concedit. Cùm ergò in privilegijs non ſolùm quælibet verba, ſed quælibet ſyllaba attendi debeant, ut notum eſt, & notat Nog. tenent *Gloſ. verbo Tãquam, in cap. ſolitæ, de maiorit. & obedient.*

dicut. Simon de Præt. *de interpret. ult. volunt. lib. 2. dub. 2. solut. 5.* Sanch. *lib. 3. de matrim. disp. 26. num. 6.* & in Pontificis locutione detur diversitas, non est contra ejus mentem nostra resolutio, dum ait, posse unumquemque plures pro pluribus defunctis Bullas sumere, sicut pro diversis vivis eas sumere potest. Idem etiam apparet ex verbis: *Eleemosynam largientis voluntate*; quæ verba sunt in singulari: ergò cùm semper quãdo agit de sumente Bullam, & eleemosynam erogante, utatur Pontifex singulari numero, & plurali quãdo loquitur de defunctis; benè infertur, quamvis unus sit, qui eleemosynam præstet, posse tamen illam pluriès pro multis animabus elargiri.

60 Neque argues cum verbis paulò infra relatis, ibi: *Juxta præmissa*; quia intelliguntur retento eodem themate, idest, datâ eleemosynâ, & factâ applicatione, quia aliter non conceditur gratia, verificaturque ex verbis immediatè sequentibus: *Collatũ fuerit*; unde præmissa ad eleemosynam, & applicationem referuntur, quæ est clausula immediata antecedenter, cui relatum refertur, ut est vulgare axioma in jure.

61 Deinde, si ex parte accipientis Bullam esset Jubileum lucrari, ut defuncto applicaretur, aut si teneretur iste aliqua ex sua parte operari, ut accidit quando communio, aut Missa ab aliquo Sacerdote dicenda, applicatur, tunc dicerem non posse nisi unam tantùm gratiam applicari, quia aliqua fieri præscribuntur ex parte applicantis, ut est Communionem sumere, & Missam celebrare; sed in nostro casu, neque Jubileum aliquid tribuit sumenti Bullam pro defunctis, neque illi aliquid cõmunicatur, neque ex parte operantis aliquid fit, nisi eleemosynam elargiri, & applicationẽ facere, ut tenet Abreu *in principio transcriptus*: ergò nullum datur inconveniens, quòd plures possint sumi Bullæ, sicut accidit in illo, qui plures Missas pro pluribus defũctis applicare facit, elargiendo eleemosynam, & applicando suffragia: ut item accidit in sumẽte plures Bullas absque alia operatione ex parte applicantis.

62 Confirmatur: si à quolibet una tantùm Bulla sumi posset; pro eodem defuncto non sumi possent plures Bullæ; atquî omnes unanimiter conveniunt posse pro eodem defuncto plures Bullas sumi: ut tenet Mend. *de Bull. disp. 36. cap. 1. n. 4.* Tamb. *de Sacram. tract. de Bull. cap. 17. difficult. 6. num. 10.* Pal. *de Bull. tract. 25. disp. unic. punct. 12. num. 4.* (in quo maior posset esse dubitatio), ergò sequitur non regulari Bullam pro defunctis, eodem modo, quo Bulla pro vivis; & sicut multiplicari possunt

poſſunt Bullæ pro uno defũcto, etiam diſtribui poſſunt pro diverſis, in quibus non datur reiteratio Indulgentiarum in eodem ſubjecto, quod Bulla prohibet; ſed in diverſis animabus.

Diluuntur fundamenta contraria.

63 Ad primum negativæ ſententiæ fundamentum, de quo P. Abreu, dùm vertit verba à Commiſſario tranſcripta, jam patet ſolutio ex dictis *num.* 30. *cum ſeqq.* Verba autem, quæ dictus P. Abreu tranſcribit ex Bullâ Latinâ, non ſunt, quæ in originali inveniuntur, ut patet ex à Nobis tranſcriptis *num.* 7. idemque accidit in verbis tranſcriptis à P. Nog. qui ea accépit à Patre Abreu; itemque P. Sylva tranſcribit, *quod etiam*; cùm in trãſũpto ab eodem in principio ſui operis *pag.* 3. inveniatur, *quæ etiam*; DD. verò ab Abreu citati, de hac non agunt quæſtione, quia Rodericus nihil ad intentũ affert; Eſcobar verò *num.* 434. citatus à P. Abreu, ſic ait: *Poteſt hæc Bulla bis in anno ſumi, & bis defuncto ipſi, quem vivens elegit, applicari. Patet ex particulari indulto, quod Greg. XIII. anno* 1573. *conceſſit, & Bullæ Latinæ, quæ habetur in calce.*

64 Ex quibus verbis patet, oqui ſtantùm de eodem defuncto, non verò de diverſis, de quibus noſtra quæſtio eſt. Et non benè infertur ex prædictis verbis, dùm ait *poſſe bis in anno ſumi pro eodem defuncto*, quòd non poſſit pro alijs ultra pluriès ſumi, quia benè compatitur, quòd bis pro uno ſumi poſſit, ex eo quòd unicuique tantùm bis Jubilæum conceditur, & quòd pro diverſis poſſint plures Bullæ ſumi, ſicut per diverſas perſonas plures ſumuntur Bullæ; quilibet namque ſuam Bullam accipit, & & ſecundum lucratur Jubilæum virtute chirographi.

65 Ad argumentum verò, de quo P. Nog. *num.* 4. dùm ait eodem modo concedi Indulgẽtiam pro vivis, atque pro defũctis, jam patet dari maximam differentiam ex dictis *num.* 42. diverſamque eſſe formam; quia vivi tenentur peccata confiteri, Euchariſtiam ſumere, &c. Pro defunctis verò ſolummodò tenetur, qui Bullam ſumit, eleemoſynam erogare, & applicationẽ facere, ut expreſsè Abreu in verbis tranſcriptis, ibi: *Neque ad has Indulgentias pro defunctis lucrandas requiritur aliud opus, quàm accipere prædictam Bullam defunctorum, dando eleemoſynam taxatam, & applicando illam defuncto, pro quo accipitur.* Ergò non æqualiter in forma procedunt Bullæ pro defunctis, atque pro vivis, immò potiùs Pontifex, quando loquitur de defunctis, diverſimodè loquitur, ut jam notavimus.

66 Ad maiorem verò ſyllogiſmi,

gisini, dùm ait, tot Indulgentiæ plenariæ defunctis, quot vivis conceduntur; distingo; tot Indulgentiæ pro uno defuncto, quot pro uno vivo concedũtur, concedo; tot pro pluribus defunctis, quot pro uno vivo conceduntur, nego. Ratio est: quia ex dicta maiori patet, tot concedi Indulgentias defunctis, quot vivis: atquî cuilibet vivo conceditur una Indulgentia, quæ multiplicatur pro distinctione personarum: ergò cuilibet defuncto una conceditur Indulgẽtia, & pro multis diversæ conceduntur Indulgentiæ; aliter enim non daretur æqualitas considerata in dicta maiori; quia quot Indulgẽtiæ vivis omnibus, & cuilibet conceditur in Bulla, uni tantùm defuncto concederentur, quod in maximum defunctorum præjudicium resultaret, cùm tamen semper PP. tendant ad animas in Purgatorio juvandas, & solũmodo prohibeatur pro una eâdemque personâ duplicem assumi Bullam; quod non datur in applicatione pro diversis defunctis, quamvis eadem sit persona, quæ diversas sumit Bullas; quia Indulgentia non acquiritur sumẽti Bullam, sed immediatè animæ, cui applicatur, medio opere; ex Moya *tom.* 1. *tract.* 1. *de Jubileo dub.* 14. *num.* 3. sicut accidit, quãdo à fidelibus plures dantur eleemosynæ pro Missis celebrandis pro defunctis: idem namque accidit pro sumentibus Bullas pro defunctis, in quibus casibus eadem viget ratio, quia in utroque datur, & eleemosyna, & applicatio per modum suffragij.

67 Ad confirmationem maioris, de quâ idem P. Nog. & habetur *num.* 4. respõdeo cum jam dictis, videlicet, dicta verba *Quòd etiam*, non esse fideliter transcripta, quia sũt, *Quæ etiam*; neque illa, *Pro cujuscumque eleemosynarũ*, quia inveniuntur, *Pro cujuscumque eleemosynam largiẽtis voluntate*, ita ut sit sensus, pro voluntate cujusque elargiẽtis eleemosynam pro animabus, pro quibus collata fuerit. Dùm verò conclu dit ista confirmatio eâsdem Indulgentias cõcedi, defunctis, quæ vivis conceduntur, sic infero: ergò si una, eademq; persona potest pro multis vivis diversas sumere Bullas, ut idem Nog. asserit: cur pro multis defunctis eas assumere non poterit? Differentiæ rationem non capio.

68 Ad confirmationem verò, de quâ idem Nog. deductam ex Bulla Hispana, idem fatetur, tam in eodem loco, quàm in multis locis sui operis, diversimodè se habere Bullam Hispanam, & Bullam Lusitanam, & patet in nostro casu, ex verbis Hispanæ Bullæ transcriptis à Mend. *de Bulla pag.* 3. ibi: *Ac, uti idem, omnes Christi fideles, non tantùm semel, sed bis singulo quoque anno, quo idem summarium*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

rium ſumpſerit, tam pro ſe, quàm per modum ſuffragij, pro animabus in Purgatorio detentis, Indulgentias, conceſſiones, gratias, & indulta prædicta conſequi, eiſque infra eundem annum, bis, ut præfertur, uti, & potiri, gaudere, ac dictorum bonorum ſpiritualium participes fieri valeant, in Domino miſericorditer concedimus, & elargimur. Bard. verò *de Bulla p.4. tract.4. cap.4. ſect.* 1. ſic tranſcribit: *Ac uti, etiam omnes Chriſti fideles, non tantùm ſemel, ſed bis ſingulo quoque anno, prædictis quatuor, & ſex annis reſpectivè durantibus, ſervatis formâ, & tenore prædictis, quibus eodem anno idem ſummarium ſumpſerint, tam pro ſe, quàm per modum ſuffragij pro animabus in Purgatorio detẽtis, Indulgentias, conceſſiones, gratias, & indulta prædicta conſequi, eaſque infra eundem annum (ut præfertur) uti, potiri, & gaudere, ac dictorum bonorum ſpiritualium participes fieri valeant, in Domino miſericorditer concedimus, & elargimur.*

69 Jam ex dictis verbis apparet, quàm diverſimodè procedat hæc Bulla Hiſpana, ubi dupliciter invenitur particula illa *bis*, quod non invenitur in noſtra Luſitanâ Bullâ: ergò non benè arguitur de una ad aliam Bullam, cùm quælibet ſuam contineat diverſam diſpoſitionem, & à diverſis non fiat illatio, ut notum eſt apud Scriptores: AA. verò, qui de Bullâ Hiſpanâ loquuntur, noſtram quæſtionem non pertractant, ſed ſolummodò agunt reſpectu ejuſdem defuncti, non verò reſpectu diverſorum, ut patet ex Pal. *de Bull. tract. 24. diſp.unic. p. 12. num.* 3. agente de Bulla pro defunctis, ibi: *Sed an ſumptâ unâ Bullâ expediat alias pro eodem defuncto ſumere?* Et *num.* 4. tenet poſſe, in verbis, ibi: *Nihilominus, omninò tenendum eſt, plures pro uno defuncto Bullas ſumi poſſe, & expedire.* Quod multis AA. & rationibus confirmat Mend. *de Bull. diſp.* 36. *cap.* 1. *num.* 4. ibi: *Hic adverte, piiſſimam eſſe uſum fidelium ſumentium plures Bullas, vel uno, vel pluribus annis pro eâdem anima.* Eſcobar *de Bullâ lib. 7. ſect.* 1. *cap.*26. *num.*434. ibi: *Poteſt hæc Bulla bis in anno ſumi, & bis defuncto ipſi, quem vivens elegit, applicari.* Tamburin. *de Bull. cap.* 17. *difficult.* 6. *num.* 10. agens de Bulla pro defunctis, ibi: *An hæc Indulgentia poſſit acquiri pluriès pro defuncto? Reſpondetur ſolùm ſemel cum unâ Bullâ, & iterum cum alia, ſed tertiò cum tertia.*

70 Ratio autem manifeſta eſt: quia ſi per unicam Bullam, ſemel habitâ Indulgentiâ, Deus liberat animam, jam non eſt opus ſecundâ, multò magis tertiâ; unde de eodem defuncto loquitur, nos verò loquimur de diverſis defunctis. Bard. verò *de Bullâ p.4. tract.4. cap.4. ſect.* 1. *n.*4 ſic habet: *Dicendum eſt ſecundò,*

In-

indulgentia plenaria pro mortuis, quæ conceditur independenter à ſtationibus, ut eſt ea, quæ habetur erogando eleemoſynam, poteſt bis eodem anno pro defunctis applicari aliam eleemoſynam ſolvendo, & aliam accipiendo Bullam mortuorum, ut patet ex literis extentionis Gregor. XIII. quas ſuprà retulimus. Qui loquitur de eodem defuncto, quia *ſect. 2. num. 9.* diſputat, an eadem Bulla multis proſit, in verbis, ibi: *Dico 4. Bulla iſta pro uno tantùm defuncto applicari poteſt, & non pro duobus, aut pluribus; ſic Trullench. loco citato; probatur ex ipſo textu, ubi de una tantùm perſona ſingulari eſt ſermo: eſt etiam alia efficax ratio: quia ſi una, eademque Bulla pro pluribus defunctis poſſit applicari, impediretur ſubſidium pro bello contra infideles: ſi enim quis intentionem haberet Indulgẽtiam hujus Bullæ applicare, verbi gratiâ, pro tribus defunctis, unam pro illis ſumendo Bullam, diminueretur ſubſidium illud, quod reportaret Cruciata, ſi pro unoquoque diſtinctam ſumeret Bullam plures ſolvendo ſtipes.*

71 Si ergò ratione ſubſidij non debet eadem Bulla applicari pro multis defunctis, etiam pro multis defunctis ſumi pluresBullæ debent; ex contrario enim ſequeretur ſubſidij præjudicium; Bullæ namque privilegium debemus latiſſimè interpretari, ex adductis à Bened. Per. *de Bull. tract. 41. q. 2.* cum Roderic. *tom. 1. quæſt. regul. q. 11. art. 9.* Henriq. *lib. 7. de Indulg. cap. 30. n. 10.* Suar. *de Relig. tom. 2. lib. 6. cap. 16. num. 3.* Villal. *tom. 1. tract. 27. num. 7.* Trullench. verò *lib. 4. dub. 9. n. 7.* ſic ait: *Ergò comparatâ unâ Indulgentiâ plenariâ pro uno defuncto, fruſtra aliæ pro eo lucrantur, & alia ſuffragia fiunt, cùm jam ſit liber à Purgatorio per plenam Indulgẽtiam: ſicque ſumptâ unâ Bullâ pro defuncto, non eſt cur alia accipiatur.* Et *dub. 11. n. 4.* quãvis loquatur de pluribus defunctis, loquitur de eâdem Bulla pluribus applicanda, ſicut ſuprà vidimus in Bard. & ita habet: *Unde uni applicata, alteri jam applicari non poterit, ut dictũ eſt: quartò, quòd hæc Bulla ſolùm pro uno defũcto, & non pro duobus, aut pluribus accipiatur: Pontifex enim non concedit, niſi unius defuncti favore, ut exprimit Commiſſarius in Bullâ defunctorum, ibi:* Por quanto vós diſteis dós reales por el alma de, &c. Deinde lege attẽtè verba ejuſdem Trullench. *num. 5. in fine, ibi: Unde Italus in Hiſpania repertus, ſicut pro ſe, ita pro ſuis defũctis Bullam accipere poteſt.* Ergò pro pluribus defunctis Bullæ accipi poſſunt. Eodem etiam modo procedunt noſtri Luſitani AA. nempe Bened. Per. *tom. 1. Theolog. Moral. tract. 40. de Pœnit. q. 6. n. 1389. §. fin.* ibi: *Difficultas eſt; An ſumptâ unâ Bullâ pro defuncto, expediat alias pro eodem ſumere?* Tenetque poſſe ſumi plu-

res

res pro eodem defuncto; Sebaſt. à Coſta *in expoſitione Bullæ Cruciatæ, q.* 22. ſic ait: *Utrùm conveniens ſit plures Bullas Cruciatæ pro eâdem animâ ſuſcipere* ? Cõcluditq; poſſe; unde concluditur nunquàm agentibus de Bulla controverſum eſſe, plures Bullas pro pluribus defunctis ſumi poſſe, vel non; tota enim diſceptatio eorum fuit, an plures pro uno, eodemque defuncto ſumi, & applicari poſſent, aut una, eademque Bulla pro pluribus defunctis applicari, ut vidimus: ſignum me herculè eſt, quòd indubitatum ſemper viſum fuit, poſſe pro pluribus defunctis diverſas ſumi Bullas.

72 Ita declarant verba Commiſſarij: ita tenet uſus cõmunis totius populi: ita obſervat Eccleſia abſque ulla agitatione. Solummodò noviter PP. Abreu, Nogueira, & Sylva hãc quæſtionem moverunt abſque alia nova, & diverſa ratione, niſi tantùm ſubnixi fundamento Patris Abreu. Quarè in unum tãtùm authorem reſumuntur, ſicut accidit in teſtibus, qui eſtò ſint numero plures, ad unum tãtùm teſtem, & teſtimonium reducuntur, ut eſt tritum in jure. Igitur non ſubſiſtit fundamentum, de quo P. Nog. dùm arguit ex Bullâ Hiſpanâ illius expoſitores ſecutus, ſiquidem, ut vidimus, ne verbo quidem noſtram quæſtionem attingũt, quoad diverſos defunctos.

73 Dices, nos perperam improbare contrariam ſententiam, ex eo, quòd etſi tres habeat DD. reducuntur tamen ad unum; potiùſque improbandam eſſe noſtram, cùm pro illa nullus citetur. Reſp. noſtram ſententiam probari ex Tamb. ſuprà alleg. *cap.* 17. *diff.* 6. *num.* 10. ibi: *An hæc Indulgentia poſſit acquiri pluriès pro defuncto* ? *Reſpondeo, ſolùm ſemèl cum unâ Bullâ, & iterùm cum aliâ, ſed tertiò cum tertia.* Eſt etiam authoritas Trullench. *lib.* 4. *dub.* 11. *num.* 5. ſuprà citat. ibi: *Unde Italus in Hiſpania repertus, ſicut pro ſe, ita pro ſuis defunctis Bullam accipere poteſt.* Clarè enim de pluribus defũctis loquitur, & expreſsè Mẽdo *de Bullâ in append. diſp.* 4. *cap.* 10. *num.* 70. ibi: *Ratio, quæ dicitur à P. Bardi efficax, nullam vim mihi ingerit; quippè accipiens unam Bullam pro pluribus, agnoſcit, aut agnoſcere debet omnes illas non liberandas fore à Purgatorio per eam ſolam Bullam;* (*hanc enim cognitionem vel ruſticus habebit*, cùm videat plures Bullas pro pluribus defunctis accipi: *quòd ſi per unam Bullam plures animæ liberarentur à Purgatorio, una pro omnibus ſufficeret*) *ſed quia non habet, unde* plures Bullas *accipiat, vel non vult accipere, & ex alio capite optat* pluribus defunctis *benefacere, hinc ſumit unam Bullam pro illis, ut ſinguli aliquod levamen pœnarum participent. Quarè non minuitur ſuffi-*

dium

dium Cruciatæ : nam, ut singuli defuncti à Purgatorio liberarētur, plures Bullas *acciperet : & statuto apud se unam dumtaxat accipere, quod subsidium minuitur in eo, quòd illam pluribus applicet ? Minuitur quidem respectu singulorū, pro quibus Bulla applicatur, ejus effectus; sed hoc ab intentione applicantis dependet, qui ut liberè potest nullam Bullam defunctorum,* & plures accipere; *sic valet suffragium inter plures distribuere. Quarè laudaverim pauperes, qui non possunt erogare* pro pluribus Bullis *eleemosynam, & pluribus sunt defunctis conjuncti nexibus consanguinitatis, gratitudinis, aut amicitiæ, si eis applicent Bullam, quam accipiunt. Et fortassis crescet subsidium Cruciatæ, si hujus doctrinæ sint conscij, cùm possit sæpè contingere, plures nullam Bullam defunctorum accipere, cùm possent aliquam, ex eo quòd non valeant* plures sumere, *& plures sint defuncti, ad quorum levamen conandum æquè tenentur, atque adeò ne unum alteri præferant, nullam Bullam accipiunt.* Ex quibus verbis dilucidè constat supponere indubitātèr posse plures Bullas pro pluribus defunctis sumi, quin contrarium in dubium veniat, nec illi, nec Hispanis AA. quam etiam doctrinam cōfirmat Dian. Coordinatus *tom.* 4. *tract.* 3. *resol.* 177. *num.* 4. *in mijcell.* verò *tom.* 1. *tract.* 11. *resol.* 11. quamvis improbet posse pro multis defunctis unam tantùm sumi Bullam.

74. In materia autem opinionis probabilis, unus Doctor tantùm non facit opinionē probabilem, nisi in benigniorem partem, ut tenet Moya *in appēd. opin. probab. ad q.* 7. §. 1. *num.* 9. Cùm ergò nostra opinio benignior sit in defunctorum favorē, probabilior manet : præcipuè cùm sit tot rationibus fundata, nam fundamenta, & rationes dant probabilitatem, ex eodem Moya, ubi latissimè de hac materia cum multis ab eo traditis *num.* 10. ubi cum Dian. & Vasquez, cujus verba refert, ibi : *Si oppinio unius tantùm Doctoris, & singularis, ex proprijs fundamentis considerata, mihi non probatur, sed opposita, & eam video tantùm niti authoritate unius Doctoris, non censetur mihi censenda probabilis ad hunc effectum, ut secundum illam prudenter possim operari contra propriam, & communem omnium sententiam.* Refertq; Araujo *in Decis. Moral. disp.* 9. *de statu civili assert.* 1. *num.* 4. vide eundem Moyā *tom.* 1. *tract.* 1. *de opin. probabili q.* 4. §. 3. ubi multa congerit.

75 Ad argumentum verò, cui respondet P. Nog. Dico 1. Verba ab eo transcripta non esse in Bullâ defunctorum, sicut ipse P. transcribit, qui sic ait : *E livrará tantas almas, quantas vezes der a dita esmola.* : in originali verò Bullâ sic habetur : *E livrará tantas almas, por quantas der a dita es-*

eſmola: ergò ſi pro pluribus animabus eleemoſynã dederit, plures liberabit animas ; ad prædictam verò reſponſionem jam diximus *num.* 30. *cum ſeqq.* ubi ſecundæ interpretationi etiam ſatisfit ; at verò dùm ait Commiſſarij verba intelligi debere juxta Bullã Plumbeam, jam diximus *n.* 42. *cum ſeqq.* non eſſe ultra ejus verba , & Cõmiſſarium poſſe interpretari , & declarare dubia emergentia circa Bullæ privilegia, ut tenet idem Nog. deducẽs hanc facultatem ex verbis ejuſdem Bullæ ab eo trãſcriptis *diſp.* 1. *ſect.* 12. §. 1. *num.* 89. *& diſp.* 23 *ſect.* 25. *n.* 262.

76 Minus ergò benè arguit idem P. Nog. dùm ait, Bullam Leonis X. non contineri in Bullâ Cruciatâ, dùm facultatem præbet Commiſſario interpretandi Bullam Cruciatam, ſiquidem fatetur in ipſamet Cruciata comprehendi talem conceſſionem ; deinde ex verbis ab eodem Nog. tranſcriptis hoc evidenter patet, quæ ſic ſe habent, ibi :

Commiſſario Generali nuper deputato plenam , & liberam in præmiſſis facultatem , & authoritatem tribuimus per ſe, vel per alium, ſeu alios , quos ad id idoneos duxerit ad executionẽ præmiſſorum , & aliorum juxta facultates conceſſas.

Ergò quanvis non expreſſo nomine, omnes antea conceſſæ facultates revalidentur ; ſequitur deinde facultatem à Leone conceſſam, eſſe revalidatam, & confirmatam incidenter, & virtualiter adhuc caſu, quo neceſſarium eſſet. Quod minimè dicendum eſt ex jam reſolutis.

77 Ad fundamentum verò, de quo P. Sylva , dùm eandem formam eſſe ſervandam ait in Bullâ pro vivis, atque pro defunctis, jam multotiès reſpondimus, aſſignando diverſitates inter unam, & aliam ; deinde eadem forma obſervatur, quia ſicut una Bulla ſumitur pro uno vivo , & plures pro multis vivis, ita etiam poſſunt ſumi una pro uno defũcto , & plures pro multis defunctis, quanvis enim ſit eadem perſona, quæ plures accipit Bullas, etiam unus vivus ſumit plures Bullas pro multis vivis , ut multotiès dictum extat.

78 Ad intelligentiam verò præſtitam ad verba Commiſſarij , reſpondeo , eſſe contra verum verborum ſenſum, quia ex verbis à dicto Patre tranſcriptis, nihil aliud ait Commiſſarius, quàm quòd tot animæ à pœnis liberentur , quot eleemoſynæ præſtentur ; unde non poſſunt ſumi per modum explicationis ſufficientis Indulgentiæ , ut ait prædictus Magiſter , ſed de vicibus, pro quibus animæ liberantur ; quia aliter ſi una tantùm Bulla ſumi poſſet, diceret una eleemoſynâ tantummodò animas li-

Digitized by Google

liberari, non verò cõputãdo liberationẽ animarũ, pro elargitione eleemosynarum, loquendo de eleemosynis in plurali, ex quo sequitur loqui de multis eleemosynis, quod minimè adaptari potest ad unam tantùm Bullam, pro qua una tantùm datur eleemosyna, non verò plures.

79 Fortiùs hoc procedit, quia Commissarius loquens de sumente Bullam, & elargiente eleemosynam, utitur singulari, ut patet, ibi: *E livrará*; & ibi, *por quantas der*; & ibi, *& fizer a tal applicaçaõ*: at verò quando loquitur de animabus liberandis, utitur plurali; ut patet ibi, *tantas almas*, loquendo eodem modo, quo supra *num.* 59. notavimus de Pontifice in Bullâ Latinâ: ergò benè sequitur, quòd una persona potest plures pro diversis defunctis sumere Bullas; ac per consequens, non posse intelligi Commissarij verba, nisi de pluritate Bullarum pro diversis defunctis; nam particula illa, *por quantas der*, denotat numerum, non verò valorem Indulgentiæ.

80 Denique verba transcripta ex Bullâ Latinâ nostræ sententiæ non repugnant, quia ut patet ex transcriptis ab eodem P. Sylva, ita se habent:

Quòd etiam pro cujusque eleemosynam largientis voluntate animabus in Purgatorio existẽtibus, quæ per charitatem Christo unitæ, pro quibus, juxta præmissa, collatum fuerit, ad relaxationem pœnarum, quibus, secundum Divinam Iustitiam expositæ sunt, suffragetur.

In primis, non invenitur in eâdem Bullâ transcripta ab eodem P. in principio *fol.* 3. particula *quod*; sed particula *quæ*: secundò, prædicta verba hunc faciunt sensum: *Quæ etiam* (idest Indulgentiæ, sicut una pro uno vivo, & pro singulis in primis sex mẽsibus, & secunda in sequentibus, ita etiam pro uno defuncto, & pro singulis) *secundum voluntatem cujusque largientis eleemosynam, animabus in Purgatorio existentibus, quæ per charitatem unitæ, pro quibus, juxta præmissa, collatum fuerit* (idest juxta voluntatem largientis eleemosynam *collatum fuerit*;) quòd est præmissum antecedenter immediatum ad relaxationem, &c. Hic namque est verus, & literalis verborum sensus: ergò cùm qui dat eleemosynam, & applicat, sit una persona, ut denotãt verba singularis, & applicatio fiat pro plurimis defunctis, ut denotant verba pluralis, & una Indulgẽtia sit solùm pro una anima, corruit supradictum fundamentum.

81 Ad ultimum tandem fundamentum de relativis, respondeo, ut jam notavimus *n.* 67. Relativum, *quæ etiam*, referri ad Indulgentiam, non verò ad for-

mam; deinde relatio non comprehendit omnia ſuperiùs expreſſa, quando reſultat aliquod incompatibile, vel quando ſequitur effectus contrarius intẽtionis diſponentis, ex Rota *deciſ.* 238. *n.* 5. apud Farin. *p.* 3. *recentior*, tenet Barbo. *axiom.* 201. *num.* 1. *in fine*: atquî incompatibile eſt, quòd defunctus poſſit confiteri, & Euchariſtiæ Sacramentum ſumere, vel preces, de quibus ibi ſermo eſt, fundere, ad quod tenentur vivi, qui Bullam aſſumũt: ergò non poteſt referri particula, ſeu relativum, *quæ etiam*, ad formam in Bullâ pro vivis determinatam.

82 Deinde intentio Pontificis diſponentis eſt, quòd ſolũmodò cum eleemoſyna erogata, & applicatione facta pro largiẽtis voluntate ex parte ſumentis Bullam pro defunctis, eorum animæ hac Indulgentia fruantur, quin aliquid præſtetur ex parte defuncti; quod non accidit ex parte ſumentis Bullam vivorum, qui ad operandum per ſe tenetur: ergò regula relativorum caſui noſtro adaptari non poteſt, neque relativum poteſt referri ad formam, ſed tantum ad Indulgentiam, ideſt, quòd una Indulgentia acquiratur, & ſumatur una Bulla pro uno defuncto, & aliæ pro alijs, ideſt, una pro qualibet anima, ſicut una accipitur pro quolibet vivente; ac per conſequens corruit argumentũ.

83 Denique ſi omnes Expoſitores Bullæ, etſi doceant unam tantùm Bullam ſufficere pro unaquâque anima liberanda à pœnis, in eo conveniunt, quòd poſſunt (immò convenit) plures ſumi Bullæ, eâ ducti ratione, quia talis Indulgentia pendet ab acceptatione Divinâ (conſentiente P. Sylva); & caſu, quo Deus unam non acceptet ob aliquem obicem, ſumptâ aliâ, vel alijs Bullis, poterit illarum aliquam acceptare: & ratione dubietatis prædictæ acceptationis, teneat ſanctius eſſe plures ſumere Bullas: cur pro pluribus defunctis non licebit plures ſimiliter Bullas ſumere ob eandem dubietatem Divinæ acceptationis; maximè cùm hoc cedat in favorem animarum, quæ non ſunt privãdæ tali ſuffragio? Certè non capio cur non: utrobique enim par militat ratio.

84 Ex quibus omnibus cõvincitur, veram eſſe noſtram reſolutionem, dùm ait plures Bullas ſumi poſſe pro diverſis defũctis, atque adeo verba à Cõmiſſario tranſcripta vulgari lingua, eſſe ſecundùm verba Bullæ Latinæ, ſeu Plumbeæ, eundemque cum illis efficere ſenſum. Hoc tamẽ totum ſubjicimus ſapientũ cenſũræ, & correctioni Sanctæ Matris Eccleſiæ.

85 Poſt hæc ſcripta vidimus Fr. Didacum Ramos, ex Familia Carmelitana, *in tract. de Bulla*, *qui cap.* 15. *n.* 3. *pag.* 184. ſic ait:

Tercera concluſion. Dós Bulas

en

Digitized by Google

en cada un año puede cada uno de los Fieles tomar por los difuntos. De manera que puede tomarſe dós vezes en cada un año la Bula de los vivos. Es comun: como ſe puede ver en Tamborino de Bulla, §. 2. num. 2. *y Trullench.* lib. 4. dub. 11. n. 5. *y la razon es: porque la Bula de difuntos es parte de la Bula de los vivos, y aſſi como eſta por eſpecial conceſſion de Gregor. XIII. ſe puede tomar dós vezes en un año: tambien ſe puede tomar dós vezes la Bula de los difũtos. Y no ſe podrá tomar más vezes, aunque ſea para diverſos difuntos; porque no ay conceſſion para eſſo: aſsi me parece lo dan a entender los DD. citados. Y ſi alguno replicare, que ſupueſto que eſta Bula eſtá concedida a favor de los difuntos, que por cada difunto podrá tomar dós Bulas qualquier vivo: y que aſsi el privilegio de tomar ſolas dós Bulas, ſe ha de entender ſolo reſpeto de un difunto.* Però no quita eſſa limitacion, que no pueda el miſmo que yá tomó dós Bulas por un difunto, tomar otras dós por otro, y otras dós por otro. *Y ſi eſto ſe pudieſſe, ſeria más conforme al aumento de la limoſna, que ſe congrega para la expedicion de la Cruzada; y yo me perſuado, que muchos platican eſſo. Porque he viſto que una perſona tomava una Bula por el alma de ſu padre, otra por el alma de ſu madre, y otra por el alma de ſu abuelo, y otra por la de ſu abuela: y ſe confirma; porque ſi muchas perſonas antes que murieſſen, obligaſſen a una miſma perſona que las tomaſſe por un año, ó muchos, Bula de difũtos deſpues que fuerẽ muertos; parece cierto, que la tal perſona, no ſolo podrá, ſinó que debria tomar a cada una de las perſonas dichas una Bula.* Luego una miſma perſona puede en un miſmo año tomar muchas Bulas para diverſos difuntos, *aunque no ſea por obligacion.*

Yo quiſiera, que los Expoſitores de la Bula huvieran tratado más difuſamente la dificultad preſente; porque no hazen más que ſuponer, que ſolas dós vezes puede una perſona viva tomar la Bula por los difuntos. Aora quiero poner aqui la conceſsion de Gregorio XIII. hecha para que ſe pueda tomar ſegũda

Bulla : porque de ella ſe ha de tomar la reſolucion de la dificultad ; y la dicha conceſsion la trahe en Latin Trullench. lib. 1. §. 8. num. 1. *del qual la tomó Tamburin.* cap. 16. *la qual traducida en romance , dize :* Concedemos, que los fieles de Chriſto , no ſolo una vez , ſino dós en cada un año , que tomaren el dicho ſumario , tanto por ſi, como por las almas del Purgatorio, por modo de ſufragio , gozen de las indulgencias , y gracias ſobredichas , guardando el tenor , y forma predichas. *Eſtas ultimas palabras no las refiere en la conceſsion Trullench : emperò ſi Tamburino tranſcribiendo la dicha conceſsion de Gallego ; y de la dicha cõceſsiõ parece q̃ conſta , que aviendoſe hecho a los fieles vivos de la ſuerte, que para ſy miſmos no pueden tomar más de dós Bulas de las que ſe llaman de vivos : tampoco pueden tomar más que dós Bulas en un año para los difuntos, porq̃ la cõceſsiõ aun para los difũtos no cõcede a cada uno de los vivos más facultad, q̃ para tomar dós Bulas en cada un año ; y aſsi lo ſupone Tamburin.* citado §. 1. num. 2. in fin. *y Trullench.* lib. 4. dub. 11. n. 5. *con lo qual parece que queda reſuelta por dichos Authores la parte negativa en la dificultad propueſta : y que ſe ha de affirmar que el Chriſtiano vivo no puede tomar ſino dós Bulas cada año por los difuntos, aunque ſean diverſos, ó diſtintos.*

Emperó yo me holgára , que reſpondieran dichos Doctores a las razones pueſtas a favor de la parte afirmativa ; a las quales ſe añade, que los privilegios de la Bula ſe han de interpretar latamente, como ſe dixo al principio deſte tratado , y ſe puede ver en Tamburino de Bulla cap. 1. §. 3. *y quanto a los privilegios que no ſe oponen al derecho comun , es más cierto. Luego el privilegio concedido a los fieles para tomar ſegunda Bula por las almas del Purgatorio , aunque queda excluida la facultad para tomar tercera Bula , emperò interpretãdola latamẽte, parece ſe puede dezir, que ſe entiende en orden a un miſmo difunto : però que no exçluye el poder tomar una perſona viva, tercera , quarta, y otras muchas Bulas, ſi ſe tomaren para diverſos difuntos. Confirmaſe mas eficazmẽte*

lo

lo dicho , porque en el ſumario de la lengua Caſtellana , que refiere Caſtro Palao, pũcto 12. num. 1. *ſe dize aſsi* : Nueſtro muy Santo Padre Paulo V. de felic. record. concedió pleniſſima indulgẽcia , y la mandó publicar nueſtro muy Santo Padre Urbano VIII. com que podamos ſacar las animas de los que acá quiſimos bien , de aquellas penas del Purgatorio , y ponerlas en la gloria ; dãdo por eſta Bula para la defenſa de la Igleſia , y reſcate de nueſtros difuntos , y en acreſcẽtamiento de nueſtros meritos la limoſna taſſada por vós , nueſtro Comiſſario Apoſtolico General de la Santa Cruzada ; y por quãto vós N. diſteis dós reales de plata en favor del anima de N. y recibiſteis en vos eſta Bula, le es otorgada la Indulgencia ſobredicha. *Y yo diſcurro aora aſsi : En la dicha clauſula ſe ſupone , que los fieles vivos pueden favorecer cõ la Indulgencia de la Bula a todos los diſuntos , a los quales acá quiſieron bien ; y ſi no pudieſſen tomar más que dós Bulas , lo dicho no ſeria verdadero ; porque ſolamente podria un vivo favorecer a dós almas de Purgatorio, de los que acá quiſo bien ; por quanto no puede tomar más que dós Bulas : las quales ſe han de aplicar determinadamente por difuntos, como deſpues veremos : luego ſi ſe han de verificar las dichas palabras del ſumario de la Bula, es preciſo conceder, que una perſona viva puede en un año tomar tãtas Bulas de difuntos , quantos fueron los amigos , ó perſonas a quienes quiſo bien , que preſume eſtan en el Purgatorio : luego la facultad para tomar en un año ſegunda Bula de difuntos, no excluye el poder tomar aquel año otras muchas, ſi ſe tomaren para diverſas almas del Purgatorio ; y ſi eſto fueſſe verdad , ſe favoreceria la platica arriba dicha de algunas perſonas que toman muchas Bulas de muertos en un miſmo año para diverſos difuntos ; y el ſocorro de las animas del Purgatorio ſeria más copioſo , y el ſubſidio de la Cruzada tendria mucho aumento ; y confieſſo, que me admira el ver , que los Expoſitores de la Bula ayan tratado*

tan aprisa la presente difficultad, siendo tan grave, y tan pratica. Emperó por esso mismo, no obstãte lo dicho, yo no me atrevo a afirmar, que una persona viva puede en un mismo año tomar más de dós Bulas de difuntos, aunque me inclino a ello: lo qual procede quando las quisiere tomar en su proprio nombre, y movida de sy misma, que se lo hiziesse como mandatario de muchos, que antes de morir le encomendaron las tomassen, podria tomarlas, aunque passassen de dós; porque entonces las tomaria nó en nombre proprio, sinó de los mandantes; y quiçá se podrá dezir lo mismo en caso que a muchos, antes de morir, espontaneamente les uviesse prometido tomarles por uno, ó muchos años Bulas de difuntos; porque tambien entonces parece que obra en nombre de los dichos, y nó en el suyo proprio: y dixe, que quiçá esto es verdadero; porque assentado que una persona viva no puede en un año tomar más que dós Bulas de difuntos, tiene esso su dificultad; por quanto no pudo prometer lo que nó podia cumplir, y assentado lo dicho, nó pudo prometer más que a dós, que en un mismo año les tomaria Bulas de difuntos; y assi aviendo tomado dós Bulas por difuntos, avrá de dilatarse el tomar las otras para los años siguientes, tomando solas dós cada un año; y lo mismo avrá de hazerse, si alguno en su testamento mandasse a su heredero, que el primer año despues de su muerte les tomasse diez Bulas, ò veinte Bulas de difuntos por su alma, y otras tantas por las almas de su mayor obligacion, ó por las mas necessitadas: esto es, que el tal heredero no podrá tomar más que dós Bulas de difuntos cada un año: assentado la doctrina comun arriba referida, de que solamente dós de dichas Bulas solamente se pueden tomar por los difuntos en un mismo año, y de ninguno destos casos hazen mencion los Expositores, que he visto de la Bula. Es verdad que en el caso puesto del heredero, si a personas que no suelen tomar Bulas de difũtos les encargasse a cada una limosna para tomar dós Bulas, para que en nombre de ellos mismos las tomassen, y aplicassen por el difunto, parece que podrian hazerlo. Por quanto a cada uno de

de los fieles le concede la Bula facultad para tomar por difuntos dós Bulas cada un año, y aplicarlas por las almas que quisiere.

Et in advertentijs *pag.* 303. *advert.* 8. *n.* 114. ita habet.

En el Capitulo ultimo del Tratado de Bulla num. 3. pag. 184 *dixe, que se pueden tomar dós Bulas de difuntos, a la manera que se pueden tomar dós Bulas de vivos, por una concesion, que alli se trae de Gregor. XIII. para entrãbas Bulas de vivos, y de difũtos. Ya adverti que los Doctores no dizen claramente que un vivo puede tomar para diversos difuntos muchas Bulas, despues que ya tomó dós. Yo emperò hize alli algunas razones para provar que un vivo para diversos difuntos, en fuerça de dicha concesion, puede tomar muchas Bulas para diversas almas de Purgatorio, y alegué la costumbre, que ay entre los fieles de tomarlas; y despues que escrevi aquello sin resolver la dificultad, he visto los fragmentos de Araña, y en el fragmento de la Bula de la Cruzada prueba con muchas razones, y con la praxe, que un vivo puede tomar quantas Bulas de difuntos quisiere tomar, por diversas almas del Purgatorio. Yo me conformo con su sentir, mientras no declaren otra cosa el Sumo Pontifice, ó el Comissario de la Cruzada; y advierte, y bien el Padre Araña, que en la Bula Latina está la cõcesion de las dós Bulas de vivos, y difuntos. Porque al principio la dicha concesion de Gregorio XIII. estuvo separada de la Bula, porque se hizo por particular Breve: como lo notó Trullench.* lib. 1. §. 8. num. 1. *emperò despues la dicha concesion se puso en la Bula Latina, como advierte el mismo Trullench. citado.*

Ergo jam habemus extrinsecam probationem, & non solùm unũ, sed tres Authores pro nostra sẽtentia, videlicèt, Mend. qui ut suprà vidimus *num.* 71. nostram supponit sententiam; Araña, quem refert Ramos; & idem Ramos; qui cum probatione intrinseca probabiliorem faciunt resolutionem; & comprobant nostram doctrinam Gabriel, & Alexander de Ales, & Villalob. relati à Fr. Philippo de la Cruz in *Thesauro Ecclesiarum tract. 2. de Purgator. n. 4. pag. 281. vers. in fine,*

fine, quẽ refert Illuſtr. Epiſcop. Angolen. in ſua doctiſſima Cenſura. At verò Fr. Juan Anaſtaſio de Araña, *in frag. de Bulla Cruciatæ num.* 263. *q.* 24 *pag.* 377 ſic ait:

N. 263. *Ya que aqui tratamos de la Indulgencia por las almas, examinarémos en breve una dificultad de la Bula de difuntos; y es: Si puede un vivo tomar más de dós Bulas de difũtos? Por una miſma alma, es corriente, que nó. Algunos Doctores dizen, que ni por diferentes almas; de ſuerte, que el vivo, que ya tomó dós eſte año, aũque ſe le mueran la muger, hijos, y todo ſu linage, no puede el tomar una por ninguno dellos, porque ya tomó dós* pro animabus, *y no ay conceſsion para más. Y todo el fundamento ſon las palabras de la Bula Plumbea en el Cap. de la conceſsion de tomar dós Bulas, donde habla de dós ſumarios, no ſolo de vivos, ſinó tambien de difuntos; y dize aſsi:* Ac etiam omnes Chriſti fideles non tantùm ſemel, ſed bis ſingulo quoque anno, ſervatis tenore, & formâ prædictis, qui bis eodẽ anno idem ſummarium ſumpſerint, tam pro ſe, quàm per modum ſuffragij pro animabus in Purgatorio detentis, Indulgentias, conceſsiones, gratias, & indulta prædicta lucrari, uti, & potiri, & gaudere, ac dictorum bonorum ſpiritualiũ participes fieri valeãt, in Domino miſericorditer concedimus, & elargimur.

Habla pues en eſtas palabras del ſumario de vivos, y tambien del de difuntos, para los quales ſe toma per modũ ſuffragij, &c. *y aſsi conſta, que ſolo pueden tomarlo dós vezes hablando,* tam pro ſe, quàm pro animabus (*no dize* pro anima) Purgatorij.

N. 264. *No me puedo perſuadir, que ſea eſſa la mente del Pontifice. Es poſsible, que un Padre puede tomar cien, y millares de Bulas de vivos para ſus hijos, y para los pobres; y no podrá para los más pobres, que ſon las almas? Digo pues a la queſtion, que puede tomar quantas quiſiere por diferentes almas, como por una miſma no tome más que dós; y eſſa es la pratica de los fieles, que ay algunos que la to-*

man

man por cada uña de ſus conocidos, que mueren: ni ſe ha de coartar la piedad de los fieles, ni de eſto ay prohibicion en eſſa clauſula. Lo 1. *porque eſta clauſula quiçá ſolo habla de la Bula de vivos, y ſu tenor, y lectura no es,* ſũmarium ſumpſerit pro ſe, & pro animabus, &c. *juntando el* ſummarium *con el* pro ſe, *y* pro animabus; *ſinó los que* ſũmariũ ſũpſerint, *que tendran?* Concedimus, & elargimur, tã pro ſe, quã pro animabus Purgatorij, *que goſen las* Indulgentias, conceſſiones, & gratias, & indulta prædicta, &c. *y eſto lo dize por las Indulgencias, que ay en la Bula de vivos, para ſacar almas, y para aplicarles las Indulgencias; y aſsi no habla de la Bula de difuntos.*

Num. 265. *Reſpondo lo* 2. *Que aunque hablaſſe de la Bula de difuntos, y de ſu ſumario, la conceſsion es, que tome dós Bulas, y no más, de vivos,* pro ſe; *eſto es, para ſi miſmo. Y eſſo no quita que tome ciento para otros; tambien dós* pro animabus Purgatorij, *eſto es, dós por cada alma; y aquella palabra,* pro animabus, *pues no pretende que ſea por todas* collective, *admite la explicacion de* pro ſingula quoque anima; *y lo demás ſeria contra la praxi, contra la devocion de las almas, y contra la expedicion de la miſma Bula, pues es quitar a las almas, contra infieles, un gran ſubſidio, limitando la facultad de tomar un piedoſo muchas Bulas por muchas almas.*

Cenſura RR. PP. MM. Societatis Ieſu.

NOs infra ſcripti Societatis Jeſu Theologiæ quondam profeſſores attentè legimus, ac expẽdimus opinionem Illuſtriſſimi D. Laurentij Pires Carvalho, Sereniſſimo Regi à Conſilijs, Sacrâque Cortinâ, & Sanctæ Cruciatæ Commiſſarij Apoſtolici, ſtatuentem poſſe eum, qui Bullam habet vivorum, non duas tantùm, ſed plures Bullas ſumere pluribus defunctis profuturas; illamque probabiliſſimam cenſemus, ut potè ſolidis admodum fundamentis non minus à jure, quàm à ratione deductis innixam, doctorum Virorum authoritate ſuffultam, defunctorum animabus, & Cruciatæ ſubſidio utiliſſimam. Ulyſſipone, in D. Rochi Profeſſa Domo 8. Auguſti 1695

Sub Cenſura *Franciſcus à Cruce. Joaõ de Alvreyda. Alphonſus da Sylveira. Andreas Vaz. Dominicus Leytaõ.*

Cen-

Cenſura R. P. Fr. Pauli à Voragine Capuccini.

HUjuſmodi opinionem teneo tanquàm probabiliorem ex fundamentis deductis à Doctoribus ſuprà ſcriptis. Ulyſſipone die 10. Auguſti 1695.

Fr. Paulus à Voragine Capuccinus, Procurator Generalis Miſſionariorum Capuccinorum Italorum.

Cenſura RR. PP. MM. Ordinis Prædicatorum.

QUæſtionem ſuprà poſitam, & ab Illuſtriſſimo Domino Laurẽtio Pirez Carvalho, Regis à Conſilijs, & Cortina, Commiſſarioque Apoſtolico Bullæ Cruciatæ dilucidatam, vidimus, & accuratè legimus: & quamquam utraque pars ſua probabilitate nitatur; affirmativam probabiliſſimam agnoſcimus, & tutè ſequẽdam tenemus, ob fundamenta, & rationes ſolidas, & eruditiſſimè adductas à ſupradicto Illuſtriſſimo Domino; & maximè ob declarationem illius circa hoc, quatenus Commiſſarij Apoſtolici, quâ ſolâ declaratione, tollitur omne dubium; eſtque conſona veræ intelligentiæ Bullæ. Ita Magiſtri in ſacra Theologia, in Sancti Dominici Lisbonienſi Conventu, die 18. Auguſti, anno 1695.

Fr. Emmanuel Leitaõ. *Fr. Antonius Pacheco.*

Fr. Emmanuel ab Incarnatione. *Fr. Manoel de Santo Agoſtinho*

Fr. Dominicus ab Incarnatione.

Censura R. D. Fr. Josephi ab Oliva, olim in Conimbricensi Academia S. Theologiæ Professoris, Episcopi Angolensis.

SUMMARIUM.

1 *Exordium Judicij.*
2 *Nullum censor vidit Authorem, pro sententia Authoris.*
3 *Recensentur AA. contrarij, & seqq. usque ad n.* 12.
13 *Apponuntur verba Bullæ Hispanæ erga defunctos.*
14 *Parum discrepant Hispana, & Lusitana concessiones erga defũctos, usque ad n.* 16.
17 *Apponitur textus Bullæ Lusitanæ.*
18 *Premuntur verba,* quæ etiam.
19 *Particula* quæ *est relativa.*
20 *Premuntur alia verba ejusdẽ concessionis Lusitanæ.*
21 *Ad quid referatur particula* quæ etiam, *usque ad n.*24.
25 *Ulteriùs premuntur verba concessionis.*
26 *Commissarius potest interpretari dubia Bullæ, & n.*27.
28 *Rationes ex congruentijs, & n.*29.
30 *Papa non potest de plenitudine potestatis vacuare Purgatoriũ.*
31 *In resurrectione Christus non evacuavit Purgatorium.*
32 *Sententia affirmativa argueret illiberalitatis Pontifices prædecessores.*
33 *Apponitur fundamentum partis affirmativæ, & n.*34.
35 *In dubijs potest Commissarius declarare.*
36 *Ostenditur prudẽtia interpretationis Commissarij.*
37 *De consonantia interpretationis cum verbis Bullæ, & n.*38.
39 *De dubio interpretationis particulæ,* quæ etiam.
40 *Apponuntur verba declarationis Commissarij.*
41 *Aequiparãtia Bullæ vivorum, & defunctorum.*
42 *Assignantur nonnullæ discrepantiæ, & n.*43.44. & 45.
46 *Ex dictis arguitur ad præsentem casum.*
47 *Quid de praxi intelligat censor?*
48 *Consuetudo est optima legum interpres.*
Consuetudo est interpres privilegiorũ per decennium. Ibi.
Consuetudine potest introduci, quidquid per privilegium concedi. Ibi.
49 *Privilegia Bullæ sunt ampliè interpretanda.*
50 *Privilegia in favorẽ fidei sunt latè interpretanda.*
51 *Privilegium concessum Communitati, est latè interpretandum. Idem de concesso in favorẽ personarum miserabilium.* Ibi.
52 *Privilegium indulgentiarũ est favorabile.*

53 *Prima ratio pro affirmãte ſententia ex non repugnantijs. Poteſt ſumi una Bulla pro pluribus defunctis.* Ibi.

54 *Item plures pro uno.*

55 *Idem poteſt ſumere plures Bullas vivorum pro diverſis vivis.*

56 *Poſſunt ſumi plures Bullæ cõpoſitionis ab eãdem perſona.*

57 *Pontifex non eſt minus miſericors erga defunctos, quàm erga vivos.*

58 *Probabilitas extrinſeca partis affirmantis inducitur à cenſore.*

59 *AA. quos cenſor allegat pro hac parte, uſque ad n.* 62.

63 *Reprehendenda avaritia erga animas in non applicãdis indulgentijs.*

64 *Quid cenſeat cẽſor de evacuatione Purgatorij?*

65 *Sufficiens cauſa ad evacuandũ Purgatorium eſt nèceſſitas Eccleſiæ. Mens cenſoris circa liberationem animarum in reſurrectione Chriſti.* Ibi.

66 *Non evacuatio Purgatorij procedit ex avaritia fidelium.*

67 *Pars affirmans à Cenſore judicatur probabiliſſima, & pijſſima.*

SUmma cum attentione, & animi oblectamento, ſemèl, atque iterùm legi quæſtionem hanc luculenter agitatam, & exactiſſimè diſcuſſam ab Illuſtriſſimo, pariterque ſapientiſſimo, ac acutiſſimo Domino Laurentio Pirez Carvalho, Commiſſario Generali Bullæ Cruciatæ pro Regnis Portugalliæ : in qua inquirit, utrùm Chriſti fideles poſſint intra annum pro multis defunctis tot Bullas defunctorum ſumere, quot voluerint : an ſolùm duas ; unam ſcilicet in principio anni, & poſt ſex menſes alteram ? Reſolvitque Illuſtriſſimus Dominus, quemlibet fidelem intra annum non ſolùm poſſe ſumere duas Bullas modo explicato, ſed pro multis defunctis poſſe accipere tot, quot voluerit. Nullum fundamentum pro hac ſententia, aut pro oppoſita excogitari poteſt, quod hîc non adducat Illuſtriſſimus Dominus, ſumma claritate, ac formalitate. Liceat tamèn mihi pro una, & altera parte aliqua librare rationum pondera, ut poſtea meum judicium proferam.

2 Sit primum fundamentum pro parte negativa : quia nullum vidimus Authorem, qui ſua typis mandaſſet, nec aliquem in manuſcriptis, qui teneat ſententiam Illuſtriſſimi Conſulẽtis : immò ex his, quos vidi, ſtant pro contraria ſententia expreſsè P. Abreu *de Parocho lib.* 10. *ſect.* 7. *n.* 1077. P. Nogueira *de Bulla Cruciatæ diſp.* 26. *ſect.* 32. *n.* 365. P. Emmanuel à Sylva *de Bulla Cruciatæ*, agens de Bulla defunctorum, *diſp.* 4. *art.* 2. *n.* 54. Alij Authores, licèt de hoc quæſtionem non faciant, in eandem tamen videntur conſpirare ſententiam,

Digitized by Google

tiam, quos recenſere libet.

3 Pater Ludovicus à Cruce, natione Luſitanus *diſput. 2. in proœmio*, ita ait, ibi: *Concedit Summus Pontifex, ut bis quolibet anno in ſpirituale defunctorum beneficium, dicta Bulla ſumi, & applicari valeat.*

4 Emmanuel Rodriguez, *Obras Morales, tom. 2. §. unico in fine, na explicaçam da Bulla dos defuntos*, ibi: *Concede Su Santidad, que dós vezes en el año ſe puedan tomar eſtas Bulas por los defuntos, aſſi como concede a los vivos.* En Author iſte comparat conceſſionem factam defunctis, quoad numerum Bullarum, cum conceſſione facta vivis; atquî vivis ſolùm conceditur ſumere duas Bullas in eodem anno pro ſe: ergò ſimiliter dicendum de Bullis pro defunctis.

5 Carrilho de Bulla Cruciatæ *p. 2. cap. 9.* ibi: *Puedeſe tomar dós vezes en el año la Bulla de defuntos.*

6 Trullench. *tract. de Bulla Cruciatæ lib. 4. dub 11. §. 1.* ibi: *Poteſt hæc Bulla bis in anno ſumi, & bis applicari defuncto.* Neque dicas Authorem iſtum ſolùm velle, quòd pro uno defuncto non poſſit applicari Bulla, niſi bis in anno; loquitur enim de defuncto in ſingulari; non autē negare, quòd pro pluribus poſſint in anno plures Bullæ applicari. Non, inquam, hoc, dicas; quiâ licèt loquatur de defuncto in ſingulari, non eſt illius ſenſus, quòd bis in anno applicetur Bulla pro uno tantùm defuncto, ſed quòd applicetur bis in anno pro defuncto, hoc eſt, ſemel pro uno, & ſemel pro alio.

7 Non inficior, quòd bis in anno poſſit ſumi Bulla pro eodē defuncto, ut tenet Caſtr. Pal. *de Bulla Cruciat. diſp. unic. punct. 12.* Buſembaum *de Bulla defunctorum, cap. 3. dub. 1.* A Coſta *q. 22.* Tamburin. Villalob. & alij permulti. Sed de hoc non curabat in præſenti Trullench, ut in ipſo videri poteſt.

8 Et quòd non loquatur de uno, eodemque defuncto, colligitur ex eodem Authore, eodē §. ibi: *Unde Italus in Hiſpania repertus, ſicut pro ſe, ita pro ſuis defunctis Bullam accipere poteſt.* En loquitur de pluribus defunctis: cùm ergò ſuprà verbis relatis dixerit, quòd bis in anno poſſit ſumi Bulla, hoc de pluribus defunctis intelligendum eſt. Et cōfirmatur efficaciter ex illis verbis, ibi: *Sicut pro ſe, ita pro ſuis defunctis Bullam accipere poteſt.* Illud *ſicut* eſt comparativum, & conjunctivum: atquî pro ſe tantùm duas accipere poteſt: ergò pro pluribus defunctis tantùm duas poterit accipere.

9 Eſcobar *lib. 7. ſect. 1. cap. 26. §. 434.* ibi: *Poteſt hæc Bulla bis in anno ſumi, & bis defuncto ipſi, quem vivens eligit applicari.* Si dicas, loqui de uno tantùm defuncto; reſpondeo ut ſuprà.

10 Tamburin. *tr. de Bullæ Cruciatæ cap. 17. §. 2.* ibi: *Quoniam hæc defunctorum Bulla eſt*

Digitized by Google

pars Bullæ vivorum, ideo bis poteſt ſumi.

11 Scio Tamburinum *eod. cap.17. diffic.6. num.* 10. inquirere, an hæc Indulgentia poſſit acquiri pluriès pro defuncto ; & ita reſpondere: *Solùm ſemèl cum una Bulla, & iterùm cum alia, & tertiò cum tertia, &c.* Nec ex hoc inferas: ergò jam pro defũctis poteſt ſumi Bulla pluriès, quàm bis. Non,inquam,hoc inferas. Nam in primis ibi loquitur Author de uno defuncto, & non de pluribus. Deinde vel loquatur de uno defuncto, vel de pluribus , mens illius non eſt, quòd ultra duas Bullas accipiatur tertia Bulla in eodem anno pro uno, vel pluribus defunctis; ſed quòd duæ accipiantur intra eundem annum, tertia in altero anno. Conſtat hoc ex *num.ſeq.* 11. ubi ita habet : *Illud occaſione hac poteſt inquiri , cur bis in anno poteſt ſumi utiliter hæc Bulla, immò cur fructuoſum eſt alio, & altero anno pro eodem defuncto ſubinde Bullam ſumere ? &c.* Ex quibus cõſtat non loqui de ſumptione tertiæ Bullæ intra eundẽ annum.

12 Alij Authores, quos vidi , agentes de Bulla Cruciatæ, hoc punctum ſilentio prætereũt. Cùm ergò hæc ſententia negativa tot habeat Patronos, videtur ſatis probabilis : & contraria cùm omnino ſit Authore deſtituta, videtur carere probabilitate, ſaltem extrinſeca.

13 Dices: Authores ſuprà allegati loquuntur ſecundũ Bullam Hiſpanam , & non ſecũdùm Bullam Luſitanam ; quod etiam de Ludovico à Cruce verum eſt, licet enim ſit natione Luſitanus, attamen ſuum opus de Bulla Cruciatæ in lucem edidit , cùm Romæ moraretur : & cùm fueris Romæ , Romano vivito more: diverſo autem modo loquitur Bulla Hiſpana quoad defunctos, ac Bulla Luſitana,ut videre eſt in una,& altera. Appono tantummodò verba Bullæ Hiſpanæ tranſcriptæ à Mend. *de Bulla pag.*3. ibi : *Ac uti idem omnes Chriſti fideles , non tantùm ſemel, ſed bis ſingulo quoque anno, quo idem ſummarium ſumpſerint, tam pro ſe, quàm per modum ſuffragij pro animabus in Purgatorio detentis, indulgentias, conceſſiones, gratias, & indulta prædicta conſequi, eiſque infra eundem annum bis, ut præfertur, uti , & potiri , gaudere,ac dictorũ bonorum ſpiritualium participes fieri valeãt ,in Domino cõcedimus , & elargimur.*

14 Ex quibus verbis manifeſtè colligitur,quòd bis tantùm in anno poſſit applicari Bulla pro animabus Purgatorij. Aliter verò ſe res habet in Bulla Luſitana,ut colligitur ex illius cõtextu de quo infrà. Sed contra. Dato, quòd prędicti Authores loquãtur ſolùm de Bulla Hiſpana ,non apparet maior ratio , cur Summus Pontifex in Bulla pro Hiſpania bis tantùm velit applicari ipſam Bullam

Digitized by Google

Bullam pro defunctis intra annum, & non ita disposuerit in Bulla pro Lusitania, & hoc vel esset idem Sūmus Pontifex, vel alter.

15 Respōdebis forsan, quòd hîc sit pro ratione volūtas. Cùm enim concessio gratiarum depēdeat ex mera voluntate, & beneplacito Summi Pontificis, potuit in Bulla pro Lusitania esse magis liberalis erga animas Purgatorij, quàm in Bulla pro Hispania. Textus enim Bullæ pro Lusitania præbet ansam, ut intelligamus hanc fuisse voluntatem Summi Pontificis, & ita eam interpretatur Commissarius in Bulla vulgari, de quo postea.

16 Sed contra. Nam licèt Summus Pontifex sit dispensator Thesaurorum Ecclesiæ pro suo libito, non tamen videtur congruum, & rationabile, quòd tanta inæqualitate hos Thesauros aperiret defunctis, pro quibus applicatur Bulla in Lusitania, & defunctis, pro quibus applicatur Bulla in Hispania, ut cōcederet vivis facultatem applicandi solùm bis in anno indulgentiam Bullæ pro his; pro illis verò facultatem applicādi talem indulgentiam plusquam bis, immò milliès, decem milliès, & pluriès: eò vel maximè, cùm in utriusque Bullæ concessione, eadem sit causa finalis, seu motivum, nempè subsidium ad bellum contra infideles. Et ubi par intercedit causa, & motivum, non debet esse tam inæqualis gratiarum concessio.

17 Secundum fundamentum pro parte negativa deducitur ex visceribus textûs ipsius Bullæ Plumbeæ pro Lusitania, ibi: *Plenissimam omnium peccatorum suorum, de quibus corde contriti, & ore confessi, sacraque Communione refecti fuerint, aut non valentes confiteri, neque Communione ipsa refici, id corde optaverint, indulgentiam, & remissionem, quæ anno Jubilæi elargiri consuevit, sexiès videlicèt dicto currente triennio, ita ut statim post sextum quemque ipsius triennij mensem, indulgentiam hujusmodi rursus à prædictis, & alijs eorundem Regnorum, & dominiorum personis, eleemosynas de novo, ut suprà, conferentibus; aliaque prædicta totiès conficientibus, consequi possint, misericorditer in Domino concedimus.* Quæ etiam pro cujuscumque eleemosynam largientis voluntate, animabus in Purgatorio existentibus, quæ per charitatem Christo unitæ ab hac luce migraverint, pro quibus juxta præmissa collatum fuerit, ad relaxationem pœnarum, quibus secundum Divinam Justitiam expositæ sunt, suffragetur.

18 Ex verbis hujus Bullæ videtur clarè colligi non concedere Summum Pontificem pro defunctis, nisi illam indulgentiam, quam concedit pro vivis:

Digitized by Google

atquî vivis concedit, quòd bis tantùm in anno poſſint lucrari indulgentiam, ſcilicèt ſemel in principio, & ſemel poſt ſex menſes: ergò idem de defunctis ſentiendum eſt. Maior oſtenditur premendo illa verba, *quæ etiam*: in quibus Pontifex incipit loqui de defunctis, & in quibus vertitur cardo rei.

19 Particula *quæ* eſt relativa, & refertur ad conceſſionem antecedentem pro vivis: & particula *etiam* eſt conjunctiva, & annectit ſenſum præſentem de defunctis cum ſenſu antecedẽte de vivis: item æquè proximè, & immediatè loquitur Summus Pontifex de indulgentia vivorum, ac de numero binario illius: ergò eadem debet eſſe illius mens in verbis ſubſequentibus de defũctis; quòd ſcilicèt ſolùm bis in anno poſſit quiſque eis applicare indulgentiam Bullæ.

20 Premenda etiam ſunt illa verba ſubſequentia: *Pro quibus juxta præmiſſa collatum fuerit*; concedit Summus Pontifex quòd quiſpiam pro ſuo libito poſſit applicare Bullam pro defunctis, præſtãdo eleemoſynam, & declarat, quòd hujuſmodi eleemoſynam, & applicationem faciat juxta præmiſſa, hoc eſt antecedenter dicta: atquî hoc non poteſt referri, niſi ad faciẽdam talem applicationem bis in anno, ſcilicèt ſemel in principio, & iterum poſt ſex menſes: ergò &c. Probatur minor; quia illa verba non poſſunt referri ad eleemoſynam dandam; cùm hoc in ipſiſmet verbis contineatur: *juxta præmiſſa collatum fuerit.* Deinde illa verba: *Pro cujuſcũque eleemoſynam largientis voluntate*; quaſi efficiunt eandem rationem, & eundem ſenſum cũ verbis: *juxta præmiſſa collatum fuerit*: undè hæc ad illa referri non poſſunt. Item illa verba non referuntur ad confeſſionem, cõtritionem, aut Communionem, ut per ſe patet: ergò ſolùm reſtat quòd referantur ad antecedenter dicta de indulgentia conceſſa vivis ſemel in principio anni, & iterum poſt ſex menſes; ac per conſequens idem ſentiendum de defunctis.

21 Dices 1. particulas, *quæ etiam*, in Bulla referri tantùm ad indulgentiam, non verò ad circunſtantias; quod exinde patet; nam illud, *quæ*, eſt in numero ſingulari, ut colligitur ex verbo *ſuffragetur*, quod ipſum nominativum regit: cùm ergò ſit in ſingulari, ſolùm ad unam rem refertur, nempè, indulgentiam.

22 Sed contra 1. Particulæ illæ non referuntur ad indulgentiam, ut ſic, & indeterminatè, ſed ut talem, & talitet à Summo Pontifice conceſſam vivis: atquî fuit conceſſa vivis bis tantùm in anno: ergò idem cenſendum de conceſſione quoad defunctos.

23 Contra 2. De rigore particulæ relativæ eſt, quòd referat ſenſum verborum antecedentiũ, non

non ſolùm quoad ſubſtantiam, ſed etiam quoad illas circunſtãtias non repugnantes ſubjecto, de quo agitur, (idem dicendum de particula conjunctiva quoad munus conjungendi) : atquî licèt defunctis repugnent aliæ circunſtantiæ, nempè confeſſionis, Communionis, & elargiendi eleemoſynam, illis tamen non repugnat, quòd bis tantùm in anno pro eis applicetur indulgentia Bullæ : ergò illæ particulæ, *quæ etiam*, non ſolùm referũtur ad indulgentiam, ſed etiam ad hanc circunſtantiam numeri binarij.

24 Minor conſtat : maior inductione patet, & confirmatur ; quia cùm in Bulla concedatur vivis indulgentia plenaria quoad culpam, & quoad pœnam, particulæ *quæ etiam* non referuntur ad remiſſionem quoad culpam ; hæc enim repugnat animabus Purgatorij ratione ſtatûs ; ſed ſolũ ad remiſſionẽ quoad pœnam, ut colligitur ex illis verbis : *Ad relaxationem pœnarum*: quia hæc illis non repugnat: ergò particulæ *quæ etiam* non ſolùm referuntur ad indulgentiam, ſed ad circunſtantias illius, quæ non repugnant defunctis.

25 Dices 2. ex illis verbis, ibi : *Pro cujuſcumque eleemoſynam elargientis voluntate* : benè colligi, in voluntate largientis eleemoſynam eſſe, applicare pro defunctis Bullas totiès, quotiès voluerit ; hoc enim in Bulla relinquitur illius arbitrio ; ſed cõtra; quia ex illis verbis hoc non infertur, ſed ſolùm, quòd quicumq; pro ſuo libito poteſt applicare Bullam, & dare eleemoſynam pro defunctis ; attamen hujuſmodi applicatio regulari debet per formam antecedentem quoad vivos, bis ſcilicèt in anno tantùm juxta tenorem illorum verborum : *quæ etiam*, & aliorum, *juxta præmiſſa.*

26 Replicabis, Commiſſarium, qui habet juriſdictionem interpretandi, & declarandi dubia Bullæ juridicè, & authenticè, ita declaraſſe in Bulla, idiomate Luſitano tranſcripta: quod ſcilicèt poſſet quis pro diverſis defunctis tot Bullas ſumere, quot voluerit, ibi : *E livrará tantas almas, por quantas der a dita eſmola, & fizer a tal applicaçam.*

27 Sed contra : quia dato, quòd Commiſſarius habeat juriſdictionem interpretandi, & declarandi, hoc ſolùm eſt in caſu dubij : cùm autem ſenſus Bullæ, quoad numerum indulgentiæ pro defunctis conceſſæ, ſit adeò perſpicuus, ut conſtat ex ſupradictis, non videtur habere locum interpretatio Commiſſarij, neque hæc eſt tenori ipſius Bullæ conſona : unde pro illa ſtandum non eſt.

28 Tertium fundamentum debebat eſſe ex ratione; ſed cùm punctum hoc merè dependeat ex voluntate Summi Pontificis,

Digitized by Google

& interpretatione illius mentis, nulla ſolida ratio hîc adinveniri poteſt, ſed tantùm aliqua congruentiæ, ſeu inconvenientis.

29 Rationem congruentiæ jam ſupra tetigimus: illam nempè de inæqualitate inter Bullam Hiſpanam, & Luſitanã; & quòd Summi Pontifices tam larga manu aperirent Theſauros Bullæ defunctis, quibus applicatur ipſa Bulla in Luſitania, non item defunctis, quibus applicatur ipſa Bulla in Hiſpania; & hæc ratio non videtur levis momenti, præcipuè interveniente in utrâque Bullâ eâdem cauſâ finali, nempè ſubſidio ad bellum cõtrà infideles.

30 Ratio ab inconvenienti deducta ſic habet. Si quiſpiam poſſet applicare pro diverſis defunctis tot Bullas, quot ſibi placuerit, & tot animas liberare, quot eleemoſynas præſtiterit, poſſet Petrus, v.g. applicare mille Bullas pro mille defunctis, immò & plures; cùm non detur maior ratio, cur poſſit eas applicare in minori numero, & non in maiori: item Paulus poſſet idem facere, & ſic de cæteris: ac proindè evacuaretur ſingulis annis totum Purgatorium, cùm numerus animarum ibi degentium ſit finitus: ſed hoc videtur condemnatum in Academia Pariſienſi, & eſt contra graviſſimos Authores tenentes, Papam non poſſe etiam de plenitudine poteſtatis evacuare totum Purgatorium. D. Thom. *diſtinct.* 45. D. Bonaventura 4. *diſt.* 20. *art.* 5. Navar. *de Indulgentijs notab.* 31. *num.* 48. Henriq. *lib.* 7. *cap.* 4. §. 1.

31 Fundantur hi Authores 1. Quia omnis indulgentia requirit rationabilem cauſam; atquî nulla rationabilis cauſa aſſignari poteſt ad evacuandum totum Purgatorium: ergò, &c. Minor probatur: quia nec ipſa Reſurrectio Chriſti Domini fuit ſufficiens cauſa, ut in gratiam illius evacuaretur totum Purgatorium, quando Chriſtus Dominus ad inferos deſcendit, ut tenet Viguer. *in inſtitut. cap.* 16. §. 4. *verſ.* 3. Suar. *p.* 3. *q.* 12. *art.* 8. *diſp.* 33. *ſect.* 3. Ergò minùs ſufficiens erit quælibet alia cauſa.

32. 2. Quia ſi Summus Pontifex poſſet evacuare totum Purgatorium, parùm liberales uſque adhuc exiſterent Summi Pontifices nunquam exercendo hanc poteſtatem, quod in tantum bonum cederet animarũ Purgatorij: ne ergò hoc dicatur, potiùs ſtandum eſt pro ſententia negante eis hanc poteſtatem; ac per conſequens pro ſententia aſſerente non poſſe quemlibet tot animas Purgatorij liberare, quot eleemoſynas præſtiterit, ſeu Bullas acceperit. Hæc ſunt potiora fundamenta, quæ pro hac ſententia negativa afferri poſſunt.

33 Sententia affirmativa, quæ ſtatuit poſſe, qui Bullam vivorum habet, non ſolùm unã, & alteram Bullam ſumere, ſed

tto,

Digitized by Google

tot, quot Bullas voluerit pro diversis defunctis, defenditur, & stabilitur ab Illustrissimo, ac Sapientissimo Domino.

34 Capitale istius sententiæ fundamentum existimo illud de interpretatione Commissarij in Bulla Lusitano idiomate traducta, quæ sic habet : *Primeiramente, que toda a pessoa que der a esmola abaixo declarada, pela alma de qualquer defunto, a que a quizer applicar, a livre das penas do Purgatorio per modo de suffragio: & livrará tantas almas, por quantas der a dita esmola, & fizer a tal applicaçam.* Quæ quidem verba adeò sunt perspicua, & clara, ut nullum locum relinquãt interpretationi, & minimè sustinere possint, quas adducunt PP. Abreu, Nogueira, & Sylva. Et claris standum est, ut tenet Barb. *in axiom. jur.* Ant. Monach. Lucens. *dec.* 55. *n.* 16.

35 Quòd verò Commissarius habeat facultatem declarãdi, & interpretandi dubia Bullæ, quod quidẽ non facit nisi habito priùs cõsilio doctis à viris, & prudentibus, non denegant Authores cõtrariæ sententiæ, optimèq; probat Sapientissimus Cõsulens, & tenet expresse Henriq. *lib.* 7. *c.* 29. §. 3. ibi: *In dubijs circa Bullam Cruciatæ concedit Pontifex Commissario Generali, tanquam Judici delegato, ut, præmissa sapientum consultatione, ea interpretetur : cui standum est. Et hinc vox Bulla secundum quosdã derivatur à Bulli, idest, consilio; quia ut cum magno consilio conceditur à Pontifice, ita non sine tali est interpretanda.* Accedunt permulti alij Authores.

36 Quòd autem hæc interpretatio Cõmissarij sit prudens, & consentanea, exinde ostenditur; quia una ex præcipuis conditionibus, ut interpretatio talis sit, est, quòd conducat ad finem Bullæ. Ita Emman. à Sylva *disp.* 1. *art.* 2. *num.* 10. Atquì interpretatio hæc maximè conducit ad finem Bullæ, nempe ad augmentum subsidij, & ad bonum animarum in Purgatorio existentium, ut per se patet: ergò, &c.

37 Dices interpretationem Commissarij non esse consonam sensui Bullæ, ut patet ex illis verbis: *quæ etiam*: quæ quidem secundùm suum rigorem referuntur ad antecedẽter dicta de Bullæ quoad vivos. Tunc sic. Eodem modo sentiendum est de concessione Bullæ defũctorũ, ac de cõcessione Bullæ vivorũ: atquì vivis solùm conceditur, quòd possint bis in anno lucrari indulgẽtiam: ergò etiam pro defunctis solùm duas Bullas in anno accipere poterunt. Et confirmatur: nam Bulla defunctorum est pars Bullæ vivorum: ergo eadem debet esse dispositio in una, atque alia.

38 Respondeo in primis, particulas, *quæ etiam*, non referri ad circunstãtias, sed solùm ad in-

indulgentiam, non tamen ut ſic, & indeterminatè, ſed ut talem, hoc eſt, ut plenariam, & ob talem cauſam, & motivum conceſſam. Et ratio eſt, quia particula *quæ* eſt in numero ſingulari, ut conſtat ex verbo *ſuffragetur*: ſi autem non ſolùm referretur ad indulgentiam plenariam, ſed ad alia, eſſet in numero plurali, vel uteretur Summus Pontifex particulâ *quod* neutrali; hæc enim interdum æquivalet plurali: & ita legunt aliqui Authores oppoſitæ ſententiæ: *quod etiam*: ſed non conformitèr ad textum Bullæ Plumbeæ.

39 *Et* dato, quòd particulæ *quæ etiam* poſſent referri non ſolùm ad indulgentiam vivorũ, ſed etiam ad formam, & circunſtantias illius quoad numerum binariũ; hoc non eſt adeò certũ, ut non veniat in controverſiam, & grave dubium. Quoties autem inſurgit grave dubium in materia Bullæ, relinquitur arbitrio Commiſſarij uti facultate, quam habet ad interpretandum, & declarandum: unde cùm hoc fecerit modo ſupradicto; pro illius interpretatione ſtandum eſt.

40 Deindè ad ſyllogiſmum in forma, reſpondeo 1. Eodem modo ſentiendum eſt de conceſſione Bullæ defunctorum, ac de conceſſione Bullæ vivorum; ſi alitèr Commiſſarius non declaret, tranſeat; ſi alitèr declaret, nego maiorem. Et hæc eſt doctrina P. Emmanuelis à Sylva, qui tenet ſententiam contrariam, nam agens de Bulla mortuorum *art.* 2. §. 12. ita ait: *Pro quo advertendum eſt, Bullam defunctorum ſubjacere omnibus clauſulis, quibus generaliter ſubjacet Bulla vivorũ, ijs exceptis, in quibus ſpecialem declarationem fecit Commiſſarius.* Atquî in Bulla defunctorum Cõmiſſarius ſpecialiter declaravit, quemlibet poſſe accipere pro diverſis defunctis tot, quot Bullas voluerit, & illis lucrari indulgentiam, ibi: *E livrará tantas almas, por quantas der a dita eſmola.* Ergò pro illius declaratione ſtandum eſt.

41 Reſpondeo 2. diſtinguendo illam maiorem, eodem modo ſentiendum eſt de conceſſione Bullæ defunctorum, ac de conceſſione Bullæ vivorũ, quoad ſubſtantiam indulgentiæ plenariæ, concedo maiorem; quoad alia, nego maiorem. De indulgentia namque expreſsè loquutus eſt Summus Pontifex, ut colligitur ex particulis *quæ etiam*: & ex particulis, *ad remiſſionem pœnarum*: at verò de numero talis indulgentiæ quoad defunctos nil determinavit.

42 Nec in omnibus currit à pari Bulla defunctorum cum Bulla vivorum. Comprobatur hoc varijs exemplis: vivis conceditur in Bulla indulgentia plenaria quoad culpam, & quoad pœnam: mortuis verò ſolùm quoad pœnam; non enim indigent remiſſione quoad culpam ſaltem

Digitized by Google

saltem lethalem.

43 Item eleemosyna præstanda à vivis, regulatur pro cujuscumque facultatibus: at verò eleemosyna pro defunctis est æqualis quoad omnes, scilicet *de meyo tostaõ*.

44 Vivus recipiens Bullam, debet esse in Regno, ubi Bulla promulgatur, ut illî prosit: defũctus verò, cui applicatur indulgẽtia, non est necessũ quòd sit ejusdem Regni. Ita Ludovic. à Cruce in proœmio relatus à Tãburin. *cap.* 18. *diffic.* 5. *num.* 9. ibi: *Concedit Summus Pontifex, ut qui hanc defunctorum Bullam sumpserit, possit cuicumque animæ in Purgatorio existenti applicare, dummodò duos argenteos in subsidium contra infideles solvat.* Nota illud *cuicumque animæ*: vel sit ejusdem Regni, vel alterius.

45 Bulla pro vivis, ut ipsis prodesse possit, debet retineri, & conservari, non item Bulla pro defunctis conservari debet: ita P. Nogueira *disp.* 26. *sect.* 33. *n.* 378. Et ratio, in qua fundatur, est; quia Cõmissarius in Bulla idiomate Lusitano transcripta ita habet: *As pessoas que tomarem as Bullas, levallas-haõ para suas casas, & guardallas-haõ.* Ait igitur Nogueira: quia Commissarius in Bulla vivorum expressit, quòd ipsa Bulla conservetur, non autem hoc expressit in Bulla pro defunctis, ideo non est necessum, quòd cõservetur hæc, licèt oporteat conservari illam.

46 Nunc infero: Ergò si in hoc standum est pro explicatione Commissarij, cur non standũ est in nostro casu? Item: ideo non est necessum, quòd conservetur Bulla defunctorum, quia hoc non expressit Commissarius in tali Bulla, sicut expressit in Bulla vivorum: atquî etiam in Bulla defunctorum non expressit Commissarius quòd duæ tantùm sumerentur Bullæ pro illis, immò contrarium statuit.: *E livrará tantas almas, por quantas der a dita esmola, &c.* Ergò etiam de hoc aliter sentiendum est in Bulla defunctorum, atque in Bulla vivorum. Vellem ergò assignari maiorem rationem: his, & alijs exemplis fit clarum non currere in omnibus à pari Bullam defunctorum cum Bulla vivorum, præcipuè in his, in quibus Commissarius specialem fecit declarationem; hinc patet solutio ad confirmationem.

47 Standum igitur est pro interpretatione Cõmissarij. Immò si non daretur talis interpretatio, adhùc firma staret hæc sẽtentia. Nam, ut audivi à personis fidedignis, hæc est praxis introducta inter plurimos fideles, ut pro diversis defunctis accipiant plures, quàm duas Bullas in eodem anno. Et hujusmodi praxis rationabiliter est introducta, utpotè tantùm conducens ad finẽ Bullæ, & tacitè approbata.

48 Quòd verò hæc praxis, & consuetudo decursu tot annorum

rum ſit ſufficiens interpretatio Bullæ, ſuadent quàmplurima juris axiomata. Conſuetudo eſt optima legum interpres, *cap. cùm dilectus de conſuet. leg. minimè ff. de legib.* Conſuetudo eſt interpres privilegiorum, ac ſcripturarum, quæ ex decennij lapſu interpretātur. Molin. *de privil. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 57. Gut. *pract. lib.* 3. *q.* 62. Conſuetudine poteſt introduci quidquid poteſt per privilegiū concedi. Card. Tuſch. *tom.* 2. *lit. T. concl.* 808. Quælibet diſpoſitio accepit interpretationem à conſuetudine. Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.* 66. *n.* 4.

49 Secūdum fundamentum pro hac ſententia non minùs efficax eſt illud de privilegio, quod Bulla continet : nam privilegia Bullæ amplè ſunt interpretanda. Ita docet Azor. *lib.* 5. *cap.* 23. *q.* 2. Suar. *d.* 56. *ſect.* 2. Mend. 11 *elucid. Bull. Cruciat. à num.* 26. & rurſus contra Bard. *in append. d.* 1. *c.* 1. ſatis probabile judicat, Tamburin. *de Bull. Cruciat. cap.* 1. §. 3. *per totum.*

50 Et probatur: quia privilegia, & beneficia conceſſa à Sūmo Pontifice in favorem Fidei, & Religionis amplè ſunt interpretanda, quanvis exorbitent à jure : atquî omnia privilegia Bullæ ſunt conceſſa in favorem Fidei, & Religionis; concedūntur enim, ut Fideles excitentur, vel ad pugnandum, vel ad orandum, vel ad porrigendam eleemoſynam contra infideles : ergò amplè ſunt interpretanda. Maior eſt doctrina Azor. citati, Suar. & aliorum, & patet; quia debemus quantum poſſumus favere Fidei, & judicare Pontificem idem ampliſſimè facere voluiſſe.

51 Confirmatur: quia eſt probabilis opinio, quam tenet Henriq. *lib.* 7. *de indul. cap.* 22. §. 11. *& cap.* 24. §. 5. Sanch. *lib.* 8. *de matrim. diſp.* 2. *num.* 13. Salas *tr.* 14. *d.* 17. *ſect.* 6. quòd privilegia conceſſa Communitatibus Religionum in perpetuum, latè ſunt interpretanda : item probabile eſt idem ſentiendum eſſe de privilegijs conceſſis in favorē cauſæ piæ. Unde Azor id extendit ad cōceſſa in favorem perſonarum miſerabilium : atquî privilegia Bullæ ſunt conceſſa Communitati Fidelium exiſtētium ſub dominio Regis, & in favorem Fidei, quæ eſt omnium cauſarum piarum pijſſima : item in favorē perſonarum miſerabilium, quales ſunt defuncti Purgatorij, de quibus ait Gobat. *de Bull. Cruciat. tract.* 3. eſſe inter perſonas miſerabiles miſerabiliores : ergò hæc privilegia latè ſunt interpretanda, eò vel maximè cùm non cedant in præjudicium alicujus.

52 Dices. Privilegia Bullæ ſunt odioſa, cùm vulnerent jus commune; ergò ſtrictè ſunt interpretanda. Reſpondeo privilegia Bullæ non eſſe odioſa, neq; contra jus, vel eſto ſint contra jus, non tamen ſunt vocanda odioſa,

Digitized by Google

odiosa, quia vincit favor Fidei, & causæ piæ. Et licèt daremus aliqua privilegia Bullæ esse odiosa, & strictè interpretanda, hoc tamen negandum de indulgentijs, & alijs hujusmodi; hæc enim neq; sunt odiosa, neque contra jus commune, neque cedunt in præjudicium tertij: unde latè sùt interpretanda, immò latissimè, ut ait Gobat. citatus, & permulti Authores.

53 Tertium fundamentum desumptũ ab aliquibus rationibus non mihi videtur minoris momenti: prima ratio, quâ stabilitur hæc sententia, ita habet. Quòd pro diversis defunctis sumantur plures Bullæ, quàm duæ in eodem anno, non repugnat quantùm ex vi Bullæ, neque ex parte animarum, neque ex parte sumentium, neque ex parte causæ finalis: ergò quantùm ex vi Bullæ possunt sumi: probatur antecedens: non repugnat ex vi Bullæ ex parte animarum; quia supponamus animas Purgatorij esse, v. g. mille, pro mille animabus possunt sumere mille homines vivi mille Bullas, quisque suam pro unoquoque, & hoc ex vi ipsius Bullæ. Item potest idẽ homo sumere unam Bullam pro pluribus defunctis, ut tenet Torrecill. *tom.* 2. *das summas tract.* 4. *disp.* 4. *cap.* 2. *num.* 44. Ergò non repugnat ex parte animarum.

54 Deinde non repugnat ex parte sumentium, quantùm ex vi Bullæ; quia non est contra Bullam, quòd idem homo possit accipere plures Bullas pro eodem defuncto. Ita Castro Pal. *disp. unic. punct.* 12. & alij permulti: ergò ex parte sumentis non repugnat sumere plures Bullas: non repũgnat hoc etiam ex parte causæ finalis, ob quam cõceditur Bulla, quæ est subsidium ad bellum contra infideles, immò magis conducit ad augmentum talis subsidij, quòd pro diversis defunctis accipiantur plures Bullæ, quàm duæ tantùm: ergò, &c.

55 Cõfirmatur 1. hujusmodi ratio: quia non est contra Bullam, quòd quis possit accipere plures Bullas, quàm duas pro diversis vivis, amicis, seu pauperibus. Ita Mend. *de Bull. disp.* 21. *cap.* 2. *num.* 15. Henriq. *lib.* 7. *de indulg. cap.* 20. Lugo *de pœnit. disp.* 27. *sect.* 6. *n.* 87. ergò etiam non erit contra Bullam, quòd quis possit accipere plures Bullas, quàm duas pro diversis defunctis. Consequentia patet à paritate rationis: quia sicut qui sumit plures Bullas pro diversis vivis, non lucratur sibi indulgentiam per tales Bullas, sed alijs: ita qui accipit plures Bullas, quàm duas pro diversis defunctis, non lucratur sibi indulgentias, sed defunctis ipsis: ergò sicut potest accipere plures Bullas, quàm duas pro diversis vivis; ita poterit accipere plures Bullas, quàm duas pro diversis defunctis: & in hoc currit à pari Bulla defunctorum cum Bulla vivorum.

56 Confirmatur 2. Quia

Digitized by Google

possunt sumi plures Bullæ Compositionis, quàm duæ ad solvenda debita: cur ergò ad solvenda debita pœnarum non poterunt sumi pluresBullæ,quàm duæ pro diversis animabus Purgatorij?

57 Secunda ratio sic formari potest. Summus Pontifex non est minùs misericors erga defũctos, qui sunt in Purgatorio, quàm esset erga ipsos, si adhuc viverent in mundo: atquî omnes defũcti,qui sũt inPurgatorio, si viverent in mũdo, possent pro se lucrari indulgentiam plenariam Bullæ: ergò in Purgatorio non debent esse deterioris conditionis; sed ut omnes possent in Purgatorio lucrari indulgentiam plenariam Bullæ, necessum est, quòd quisque vivus illis applicare possit plusquàm duasBullas. Probo hoc; nam credibile est numerum animarum existentium in Purgatorio esse longè maiorem,quàm numerum vivorum sumentium Bullas: unde si quisque vivus duas tantùm sumeretBullas pro animabus,multæ manerent destitutæ tali suffragio: ne ergò hoc sequatur, censendum est mentem Summi Pontificis in Bulla esse,quòd pro diversis defunctis possint applicari plures Bullæ, quàm duæ.

58 Hæc sunt fundamenta à quibus hæc sententia affirmativa habet probabilitatem intrinsecam. Nec ei deest probabilitas extrinseca, tùm ab authoritate Commissarij taliter Bullam interpretantis, tùm ab authoritate tanti Viri Illustrissimi Consulentis, qui pluribus æquivalet, tùm ab Authoribus non vulgaris notæ,qui sua opera typis mãdarunt.

59 Philippus à Cruce in suo tractatu, qui inscribitur, *Tesoro de la Iglesia*, acriter stat pro hac sententia, ut illius verba indicant, *tract.*2. §.9. *num.*5. ibi: *Peró en quanto a tomar muchas Bulas por los Fieles difuntos, no ay numero determinado, sino que se puedẽ tomar tantas, quantas se quisieren tomar: en esto no ay limite, ni fin: y dezir lo contrario, y impedirlo,es poca cordura; y assi se pueden conceder infinitas vezes, y tomarlas por ellas.*

60 Et in fine hujus numeri, ibi: *Y si reparára en esto Rodrigues, y Garnica, no limitáran el que no se tome la Bula de los difuntos más que dós vezes en el año; y no viniera tanpoco en ello el Doctor Martin Carrillo,que su piedad se detuvo en esta parte.* Videatur totus numerus. Et allegat pro hac sententia Gabrielem,Alexãdrum de Ales, Villalobos.

61 Ludovicus à Cruce de expositione Bullæ defunctorum *disp.*2. *dub.* 2. *num.* 7. etiam hoc expressè tenet, dùm probat evacuari posse Purgatorium, ibi: *De facto cõceditSũmusPõtifex inBulla defunctorũ,ut defũctus,pro quo illa Bulla fuerit accepta, consequatur indulgentiã plenariã: ergò si de facto sumerentur tot Bullæ, quot sunt animæ Purgatorij, quod fieri non repugnat,ut de se constat,evacua-*

Digitized by Google

cuaretur Purgatorium. Nota illa verba: *Quod fieri non repugnat, ut de fe conſtat* : in quibus apertè fatetur iſte Author, quantùm ex vi Bullæ non repugnare de facto Fideles ſumere tot Bullas, quot ſunt animæ Purgatorij.

62 Item idem Author *n.* 10. §. *ad tertium*, ſic reſpondet argumento in contrarium: *Reſpondeo Sacros Pontifices liberaliter id feciſſe ſemper quantùm eſt ex parte ſua, concedendi ſingulis annis prædictas Bullas defunctorum: quare avaritia ſolùm ſe tenet ex parte Fidelium, qui parùm dant operã pro applicandis indulgentijs conceſſis animabus Purgatorij.* In quibus verbis clarè condẽnat Author avaritiam Fidelium in eo, quòd parùm curent de applicãdis indulgentijs pro animabus; cùm enim poſſint plures applicare, ſolùm ad plurimum applicant duas in anno.

63 Nec obſtat, quòd idem Author *diſp.* 2. *in proœm.* allegatus pro contraria ſentẽtia dicat, Summum Pontificem concedere quòd bis in anno applicari poſſit Bulla pro defunctis: locutus eſt namque ibi de eo, quod Fideles vulgariter facere ſolent, non autem de eo, quòd facere poterant; ideo namque ſuprà reprehendit illorum avaritiam erga animas, in non applicandis pluribus indulgentijs pro eis.

64 Non etiã obſtat illud, quod pro contraria ſententia affertur de evacuando Purgatorio: reſpõdeo namque cum eodem Ludovico à Cruce, Papam poſſe evacuare totum Purgatorium. Ita Gabriel *in Canon. lect.* 57. *S. Antonin. d.p. Summ. tit.* 22. *cap.* 5. Corduba *lib.* 5. *quæſt.* 18. quos ſequitur Ludovicus à Cruce *citat. num.* 6. & allegat pro hæc ſententia D. Thom. Nec Pariſienſes cenſurâ hanc ſententiã affecerunt, ſed opinionem illorum, qui aſſerebant animas Purgatorij eſſe de juriſdictione Papæ. Et hæc cenſura ſic abſolutè prolata adhuc eſt rigida, ut fatetur idem Ludovic. à Cruce.

65 Ad primum fundamentum reſpondeo, negando minorem: nam ſufficiens cauſa eſt nẽceſſitas Eccleſiæ, & ſubſidium ad bellum contra infideles. Et falſum apud me eſt quod additur, nimirùm Chriſtum Dominum non eripuiſſe omnes animas Purgatorij cùm ad inferos deſcẽdit, ut conſtat ex illo Iſai. 40. *Dices his, qui vincti ſunt, exite, & his, qui in tenebris ſunt, revelamini.* Et eſt expreſſa mens magni P. Aug. *ſerm.* 137. *de tempore*, ibi: *De electis ſuis nullum apud inferos reliquit, omnia abſtulit.* Accedit D. Gregor. *lib.* 13. *Moralium.*

66 Ad ſecundum fundamentum jam ſuprà reſpõſum eſt ex doctrina Ludovici à Cruce, quòd ſcilicet ſi non evacuâtur Purgatorium, non eſt defectu liberalitatis ex parte Pontificum, hi enim Theſauros Eccleſiæ liberaliſſimè aperiunt, ſed ex avari-

Digitized by Google

tia Fidelium, qui pro animabus non applicant tot indulgentias, quot possunt.

En fundamenta utriusque sententiæ. Restat nunc, ut de una, & altera judicium meum proferam.

67 Prima sententia negativa, probabilitate non caret; sed est parùm pia. Secundam sentẽtiam affirmativam, quam tenet Illustr. Consulens, judico non solùm probabilem, sed probabilissimam, & valdè conformem pietati erga animas Purgatorij, multùmque conducentem ad causam finalem concessionis Bullæ, quæ est subsidium ad bellum contra infideles: unde ad praxim tutò reduci potest. Hæc est mea mens, salvo meliori judicio. Fundamenta sententiæ negativæ, ex dictis facillimo negotio solvi queunt. Ulyssipone, in Cœnobio Deiparæ Gratiarum Matris, 19. Julij 1695.

Fr. Josephus, Episcopus Angolẽsis.

Censura RR. PP. MM. Congregationis Oratorij.

ET nos infrà scribendi sacræ Theologiæ professores è Congregatione Oratorij post sedulam momentorum utriusque partis expensionem animo quàm libentissimo calculos adjicimus Assertivæ, non solùm ut penitiùs ingressæ pietatis fines, sed etiam ut multis partibus probabiliori; per Illustremque multimodis, & impensè literatum Dominum Laurentium Pires Carvalho, Serenissimo Regi à Consilijs, & à Cadurco, ac Sanctæ Cruciatæ Cõmissarium Apostolicum Generalem, dignum planè censemus, cui & omnes in hoc studio feliciùs præcurrenti secundis vocibus acclament, & umbræ piæ, quæ Purgatorio igne æternùm illuminandæ purificantur, pro pijssimè susceptо communis causæ suæ patrocinio æternam obtineant requiem. Ulyssipone, in hac Congregationis Oratorij Domo Sancto Spiritui dicatâ, die 27. Augusti 1695.

Didacus Curado, Sacræ Theologiæ Professor Primarius.
Antonius Carvalho, Sacræ Theologiæ Professor.
Franciscus Pedroso, Sacræ Theologiæ Professor, ac Studiorum Regens.
Antonius de Faria, Sacræ Theologiæ Professor Vesperarius.

Censura

Digitized by Google

Censura R. P. M. Fr. Thomæ à Conceptione, Ordinis Carmelitarum, & Sanctæ Inquisitionis Deputati.

PErillustrissimi, ac Sapientissimi Domini Laurentij Pires Carvalho, Commissarij Generalis Apostolici Bullæ Cruciatæ in Portugalliæ Regnis sententiam circa quæstionem, Utrùm Christi fideles possint intra annum pro multis defunctis tot Bullas sumere, quot voluerint; an duas tantùm, unam scilicèt in principio anni, & alteram post sex menses; attentâ cõsideratione legi, & perlegi; fateorq; quòd priusquàm formarem, & firmarem judicium, libros Authorũ de hac materia scribentium evolvi, conferensque, ac trutinans pondera rationum, quibus tam negativa, quàm affirmativa opinio stabilitur, efficaciora, urgentioraque inveni fundamenta, quibus Illustrissimus, ac Sapientissimus Dominus Commissarius suam firmat resolutionem, adjunctâ insuper suâ interpretatione, quæ non solùm doctrinalis, sed juridica est, utpotè radicata in facultate illi concessa ad similes casus dubios Bullæ judicandos: quare libenter subscribo, immò adhæreo resolutioni Litteratissimi, ac Illustrissimi Domini Commissarij. Ulyssipone, in Conventu Dominæ nostræ de Mõte Carmelo, die 22. Novembris 1695.

Fr. Thomas à Conceptione.

Censura R. P. M. Fr. Andreæ à Regibus Ex-Provincialis Carmelitarum Excalceatorum.

SUMMARIUM.

1 *Quæstio proponitur.*
2 *Laudatur Author.*
3 *Multoties quod uni est opinio, alteri est scientia.*
4 *Proponuntur fundamenta Authoris.*
5 *De jure divino, solus Summus Pontifex potest cõcedere indulgentias.*
Hanc facultatem limitatè communicat Episcopis, & alijs Prælatis, poteratque etiam laicis. Ibid.
6 *Explicatur triplex interpretationis species.*
7 *Pontifex concedit Commissario potestatem legaliter interpretãdi Bullam.*
8 *Privilegium personale extinguitur morte privilegiati, non verò reale.*
9 *Beneficium Principis debet esse per-*

permanens.
Cui aliquid conceditur, omnia ad illud neceſſaria concedũtur. Ibid.

10 *Multiplex diverſitas Bullæ Luſitanæ, & Hiſpanæ.*

11 *Luſitani fuerunt primi perſecutores Maurorum in Africa poſt illorum ab Hiſpania ejectionem.*

12 *Plura de conſuetudine expenduntur.*

13 *Sola conſuetudine poteſt introduci indulgentia.*
Ita Cardinales indulgentias cõcedunt. Ibid.

14 *Traditur origo indulgentiæ anni Sancti.*

15 *Referuntur verba Theatri vitæ humanæ.*

16 *Interpretans authoritativè legem, vel privilegium, facit legem, vel privilegium.*

17 *Nemo poteſt dubitare de interpretatione Pontificis, nec ejus authoritatem habentis.*

18 *Interpretans tenetur ſe accõmodare ſenſui verborum.*

19 *Expenditur de interpretãte doctrinaliter.*

20 *Diſcutitur de interpretatione legali.*

21 *Ventilatur relatio facta in Bulla pro defunctis ad vivos.*

22 *Conſuetudo habet vim privilegij.*
Ita introductum ſumi plures Bullas defunctorum. Ibid.

23 *Duplex exceptio inducitur de conſuetudine.*

24 *De conſuetudine ſumendi plures Bullas teſtantur Theſaurarij Bullæ, & n.* 25.

26 *Ea conſuetudo eſt pia, & honeſta.*

27 *Introducta fuit titulo honeſto interpretationis Commiſſarij.*

28 *Adjungitur error communis.*
Eccleſia ſupplet juriſdictionem in errore communi. Ibid.

29 *Additur etiã præſcriptio diuturna.*

30 *Ne abſurdum ſequatur, quandoque verba legis impropriauda ſunt.*

31 *Tenenda eſt traditio ſeniorum, & evitanda novitas.*

1 TOtâ, quâ potui, attentione, æquoque judicij pondere, nec minori animi oblectamento legi quæſtionem excitatam, & acuratiſſimè deciſam ab Illuſtriſſimo, pariterque Sapientiſſimo Domino Laurentio Pires Carvalho, integerrimo Sereniſſimi Regis noſtri Petri II. Conſiliario, meritiſſimo Regiæ Cortinæ cuſtode, & Sacroſanctæ Cruciatę Bullę digniſſimo Generali Commiſſario: quâ quęrit, Utrùm liceat, immo validè poſſint fideles in hoc Luſitanię Regno, & ejus ditionibus degentes, plures Bullas Cruciatas pro ſuo libito, intra ejuſdem anni curriculum pro mortuis accipere; an ſolummodò duas, alteram anni principio, alteram anni medio, ſicut ipſi vivi pro ſe accipere valent.

2 Quam quidem quæſtionem Sapientiſſimus Dominus

ita

ita dilucidè, nervosè, tutè, irrefragabiliter, & concludenter resolvit; sicque affirmativam partem strenuè probat, talibusque, tamque firmis, solidis, & inconcussis fundamentis suam stabilit sententiam, sicque contrarias, assertas, & putatas opiniones dissipat, & à cœtu opinionum probabilium exterminat, ut ob ubertatem nihil addendum, & ob cōprehēsionem nihil adimendum relinquat; quare supervacaneū puto in hac quæstione, ulteriorem approbationem aut quærere, aut dare: cùm sat, suptaque sit videre ibi subscriptum nomen Authoris; tum quia ob sapientiam, quæstionem plenè resolvit; tum quia ob generalem commissionem ejusdem Bullæ rem authoritativè exponit, contra cujus resolutionem nemo probabiliter oblatrare potest.

3 At, quia jussus sum meum hîc apponere sensum, ejus loco admirationem ponam, nihil denuò ultrà addens, sed præcisè ponderationem rationum sapiētissimi Consulentis; quibus visis, & rectè expensis, puto sapientissimum Dominum, ipsis non solùm constituere opinionem probabilem, probabiliorem, & probabilissimam, immò plenissimè tutam, sed sententiam unicè certam, & indubitatam, excedentem totius probabilitatis limites, & pertingentem usque ad evidentiæ scientificæ metas, nam ut rectè inquiunt nostri Coīplutenses *in Logic. disp. 20. q. 3. n. 23.* multotiès quod uni opinio, alteri est scientia, ex penetratione, vel non penetratione præmissarum; sicque concludit: unde si quis penetraverit dictam connexionem terminorum, cognoveritque necessitatem talium propositionū, acquiret veram scientiam illarum, & ex consequenti poterit contingere, & persæpè contingit, ut de propositione, de qua alter habet tantummodò opinionem, alius habeat scientiam. Quod ego indubiè, hìc in præsenti resolutione doctissimi Domini Consulentis, ejus visis, & penetratis rationibus, puto accidere.

4 Duo ergò sunt principia, quibus Doctissimus Consulens utitur, ad concludendam suam affirmativam decisionem. Primum interpretatio Commissarij Generalis Bullæ: secundum cōsuetudo, & praxis fidelium, qui bona fide plures Bullas intra annum à tempore immemoriali pro mortuis semper acceperunt, & modò accipiunt. Quæ principia, si rectè expendantur, & debitè penetrentur, influunt in scientificam, indubitabilem, & evidentem consequentiam. Quæ ut probem, aliqua ut certa prælibo.

5 Primò ergò suppono, de jure Divino solùm Sūmum Pontificem posse concedere indulgentias, quia de jure Divino so-

Digitized by Google

lùm Summus Pōtifex eſt Clavicularius Regni cæleſtis, juxta illud Matth. *cap.* 16. *verſ.* 19. *Tibi dabo claves Regni cæleſtis*, & uti talis, habensque clavem theſauri Eccleſiæ conſtituti ex meritis, & ſatisfactione Chriſti Domini, poteſt illud aperire, ut paſcat fideles, juxta illud Joan. 21. *verſ.* 15. *Paſce oves meas.* Hanc tamen facultatem, quam de jure Divino habet, concedit de facto limitatè Epiſcopis, & aliquibus alijs Eccleſiæ Prælatis: ita omnes Theologi, & Canoniſtæ cum D. Thom. *in Addition. quæſt.* 26. *art.* 3. immò eandem facultatem cōcedendi indulgentias poteſt cōmunicare cuicumque voluerit, etiam laico: ita cōmuniter DD. apud Baſſeum *tom.* 1. *verb. indulg.* 1. *num.* 4. eſtque hoc ſuppoſitū indubitatum.

6 Secundò ſuppono, triplicem eſſe interpretationē cujuſcumque legis, vel privilegij; primam legalem, ſeu authoritativam; ſecundam judicialem; tertiam doctrinalem, de quibus Gloſ. *in cap. Sicut enim* 30. 11. *q.* 1. cum qua omnes ferè DD. Inter has autem interpretationes ea eſt differētia, quòd prima, nempè legalis, ſeu authoritativa, eſt propria ipſius conſtituentis legem, vel concedentis privilegium; quia ejus eſt interpretari, cujus eſt condere: *L. cùm de novo*: & hæc eſt communis abſque dubio aliquo, ut videre eſt apud Barb. *axiom. lit. I, num.* 98. immò eſt formaliter ipſa lex, & privilegium; quia ipſâ interpretatione conditur, & conceditur. Decius *in cap. ad hæc., de poſtul. Prælat. num.* 61. *L. final. Cod. de leg.* Secunda, & judicialis interpretatio eſt propriè habentis juriſdictionem ad ferendam ſentētiam in aliqua cauſa, & hæc etſi non faciat legem, vel concedat privilegium, attamèn juxta legem, ſecundùm quam fert ſententiam, facit rem certam, & indubitatam. Res enim judicata pro veritate habetur, facitque rem notoriam, & facit jus quoad omnes, vimque conſuetudinis, & legis habet. Barb. *axiom. lit. R, num.* 87. Et hæc eſt jam ſententia per ſe nota apud omnes AA. Tertia tādèm interpretatio doctrinalis eſt Doctorum, qui ſciētiâ, & prudentiâ præditi juxta verba legis ſenſum ejus latentem aperiūnt, tenenturque ſe verbis legis accōmodare: etenim ea interpretatio doctrinalis facienda eſt, cui verba reſpondeant, *L. non aliter ff. de leg.* 3. *L.* 3. §. *Toties ff. de damno infecto*: unde hæc ultima interpretatio nihil ponit in re, ſed ſolùm actionem juxta eam elicitam, prudentialem, & licitam, cum formidine tamen alterius partis facit.

7 Tertiò ſuppono, Sūmum Pontificem concedere executoribus, & Commiſſarijs Bullæ in hoc Regno duas priores facultates interpretandi Bullam illis commiſſam, ſcilicèt legaliter, & judi-

Digitized by Google

judicialitèr. Hoc ſuppoſitum mihi eſt indubitatum, & per ſe notum. Nam inſpicienti diploma Pontificium per ſe notum eſt, quòd Pontifex illo aliquam ſpecialem facultatem conceſſit Cōmiſſarijs Generalibus ; ſed non conceſſit facultatem interpretādi doctrinaliter , quia hanc habebant Commiſſarij Generales quatenùs erant viri docti, & eſſet illuſoria commiſſio committere eis id, quod ipſi abſque ſpeciali commiſſione ex ſe habebāt; ergò conceſſit illis illas duas facultates interpretandi , tùm legalitèr, tùm judicialitèr, tāquàm perſonis conſtitutis in ſuprema dignitate circa executionē Bullæ, & tanquàm facultates neceſſarias pro recta executione ipſius Bullę, ad diſſolvenda dubia circa illam orta. Hoc ſuppoſitum omnibus debet eſſe per ſe notum, & certum, quia omnibus inſpicientibus primam Bullam, evidentèr conſtat Sūmum Pontificem concedere executoribus Bullæ aliquam ſpecialem facultatē, quam ipſi non habebant , præciſâ novâ, & ſpeciali conceſſione Pontificis; ſed eſt evidens non apparere aliam facultatem interpretandi Bullam , quam viri docti non haberent ſine nova, & ſpeciali conceſſione Pontificis , niſi & legalem, & judicialem : ergò has illis ſuo diplomate cōceſſit.

8 Neque audiendi ſunt, qui velint reſpondêre dictam commiſſionem interpretandi Bullam tùm legalitèr , tùm judicialitèr , expiraſſe cum Bulla ipſius Pontificis Leonis X. quæ reſponſio ſi eſſet vera, omninò enervaret vim argumenti ; nam lex , vel privilegium extinctum nullum jus tribuit (at reſponſio eſt omninò libera , & orta ex inadvertentia, ne dicam ignorantia) diſtinctionis inter privilegium reale, & perſonale inventæ ; quam jam evidentèr , & ſub evidentiſſimis ſignis talis diſtinctionis agnoſcunt omnes ferè DD. quòd ſcilicet privilegium perſonale extinguitur morte privilegiati , reale verò, quia non conceditur perſonæ , ſed loco , muneri , & officio, ipſis durantibus perdurat , & conſervatur. Ita Suar. *de leg. lib.* 8. *cap.* 1. Layman *lib.* 1. *tr.* 4. *cap.* 23. Azor 1. *p. lib.* 5. *cap.* 22. Bonac. *tom.* 2. *diſp.* 1. *q.* 3. *p.* 1. *n.* 6. Rodrig. *tom.* 1. *qq. Regularium q.* 7. *art.* 1. *&* 2. Portel *dub. Reg. verb. privileg. num.* 1. *&* 4. Donel. *lib.* 21. *Cōment. jur. civil. cap.* 14. *à princip.* Tiraq. *tract. de jure primogen. q.* 59. *cap.* 3. eſtque hoc aſſertum commune , & indubitatum apud omnes ; evidens autem eſt inſpicientibus Bullam , concedi hanc facultatem non Regi Emmanueli , quia ipſe non erat conſtitutus interpres Bullæ, ſed ad ejus inſtantiam concedi executoribus Bullæ : ergò eſt privilegium reale conceſſum muneri, & officio : ergò durantibus in hoc Regno executoribus , & generalibus Commiſſarijs

rijs Bullæ, ut ſemper continuò perdurârũt,& modo perdurãt; perdurat etiam dicta facultas interpretandi Bullam.

9 Neque etiam obſtat,quòd ſubſequentes Põtifices poſt Leonem X.in ſuis Bullis non expreſſerunt dictam conceſſionem interpretandi Bullam.Non obſtat, inquam; tùm quia ſufficit, quòd ſemel fuerit conceſſa dicta facultas, & non videatur revocata, nam beneficia Principum permanentia, ac perpetua eſſe debent, Barb. *axiom. lit.B, num.* 19. immò cenſetur approbata dicta facultas, & conceſſa à ſubſequẽtibus Pontificibus; quia omnes conſervârunt in hoc Regno executores, & generales Commiſſarios pro ipſius Bullæ rectâ executione ſemèl à Leone X. ſuâ Bullâ inſtitutos: ergò conſervarunt omnia requiſita ad rectam executionem ſui muneris: at Summus Pontifex Leo X. prudenter judicavit illam facultatem interpretandi Bullam tùm legalitèr, tùm judicialitèr eſſe neceſſariam ad rectam ejus executionem, & ideo eam conceſſit executoribus Commiſſarijs Generalibus: ergò dùm Pontifices ejus ſucceſſores conſervârunt in hoc Regno Bullam ſemèl à Leone X. conceſſam, & pro ejus rectâ executione conſervarunt, & conſervant Commiſſarios Generales, conſervant etiam conceſſam ipſis facultatem interpretandi Bullam tùm legalitèr, tùm judicialitèr; aliàs diceretur ſubſequẽtesPõtifices deficere in neceſſarijs,cùm prudẽtèr judicatũ ſit à Leone X. illam facultatẽ eſſe neceſſariam pro recta executione Bullæ, & præſumeretur ſubſequentes Pontifices operatos fuiſſe contra regulam, *Neceſſaria omnia ad unum conceduntur illi, cui conceditur illud unum.* Barb. *axiom. lit. N. num.* 14. ex pluribus Juribus, & AA. quod non eſt præſumendum de Summis Pontificibus rectè omnia, & ſuavitèr diſponentibus.

10 Quartò ſuppono, Bullam Luſitanam eſſe omninò diſtinctam à Bulla Hiſpana. Ita noſter Sylvèir. *opuſc. var. opuſc.* 2. *quæſt.* 3. & hoc ſuppoſitum eſt evidens inſpicientibus utrãque Bullam.Nam primò diſtinguuntur ratione Principum poſtulãtium ipſas Bullas; nam pro Regnis Caſtellæ poſtulat ipſius Rex, & pro Regno Luſitaniæ noſtri Sereniſſimi Reges, & hoc adeò verum eſt, quòd adhuc tempore unionis Regnorũ, Reges Caſtellæ non poſtulabant Bullam pro Regno Luſitano, ut formalitèr erant Reges Caſtellæ, ſed ut Reges erant Luſitaniæ. Secũdò diſtinguuntur etiam ex commiſſione, nam pro cæteris Regnis Hiſpaniæ, unus tantùm dabatur Commiſſarius Bullæ, & pro Regno Luſitaniæ ſemper fuit omnimodè diverſus Bullæ Commiſſarius. Tertiò etiam diſtinguuntur ex forma; quia

Bulla

Bulla Hiſpana habet clauſulam reſtrictivam, quòd tempore interdicti non poſſint fideles audire Miſſam, Divina Officia celebrare, & ſepelire mortuos ex privilegio Bullæ, niſi ubi interdicto durante quomodolibet celebrare permiſſum fuerit, quod intelligitur præcisè de interdicto generali, quam clauſulam reſtrictivam non continet Bulla Luſitana, ut probat noſter Sylveira, *loco citato* cum conſilio hominum doctiſſimorum. Item Bulla Caſtellæ non concedit Eccleſiaſticis privilegium comedēdi ova, & lacticinia tēpore Quadrageſimæ, quod indubiè concedit Bulla Luſitana: ergò evidenter ex omni latere dictæ Bullæ ſunt diſtinctæ.

11 Et ſi quæratur, cur Bulla Luſitana ſic diſtincta ſit à Bulla Caſtellæ: prima reſpōſionis ratio eſt Sūmi Pontificis voluntas; ſed non deſunt talis diſtinctionis cōgruentiæ; tùm quia Luſitani fuerunt primi, qui poſt ejectos Mauros à Luſitaniæ limitibus, eos perſecuti ſunt adhuc in ipſa ſua Africa, & ad maiorem Hiſpaniæ ſecuritatem, civitatem Ceptam ab eis, aliaque loca vi armorum ceperunt, quare maiori favore, & uberioribus privilegijs fuerūt ab Eccleſiâ fovendi. Tùm etiam; quia cùm intentio Summi Pontificis ſit ultra bonum animarū eleemoſynam à fidelibus colligere pro ſuſtentatione militum in eis Africę locis degentium: quia Regna Caſtellæ ſunt ampliora, & maiori numero fidelium referta, non fuit neceſſarium tot privilegijs eos inducere ad receptionē Bullæ. At cùm Regna Luſitana ſint breviora, & minorem numerum fidelium complectantur, adfuit ratio, ut maioribus privilegijs fideles Luſitanos Pontifices excitarent, ut plures numero Bullas ſumerent, ut ſic ſumma eleemoſynarū pro ſuſtentatione militum eſſet uberior: ſed quæ ſit, vel non ſit ratio diſtinctæ conceſſionis, evidens eſt dictas Bullas eſſe diverſas ex ſupplica, ex commiſſione, & ex forma.

12 Quintò ſuppono, mira, & certiſſima eſſe, quæ AA. communiter, & citrà omnem opinabilem dubitationem afferunt de virtute, & juriſdictione conſuetudinis. Eſſe nempe alteram naturam. Habere parem vim cum lege. Eſſe optimam legum interpretatricem. Poſſe illâ introduci quidquid poteſt per privilegium concedi, ut videre eſt apud Barb. *lit. C. num.* 160. & apud Dian. *coordinatum tom.* 6. *tract.* 2. *de cōſuet.* fusè per totum, & ſpecialitèr poteſtas juriſdictionis poteſt conſuetudine acquiri. Bordon. *tom.* 1. *cap.* 2. *q.* 46. *ex cap. duo* 9. *cap. irrefragab.* 13. *de offic. ordin. cap. fin. de offic. Archid. cap. cùm contingat* 13. *de for. compet. cap. cùm auditis* 15. *cap. cùm olim* 18. *de præſcriptionibus.* Eſtque hoc aſſertum indubitatum apud omnes

nes ſine contraria opinione ; & ſolùm diverſificantur Doctores in aſſignandis conditionibus, quas conſuetudo debeat habere, ut talem vim , nempe antiquam legem abrogandi , novam introducendi, & concedendi privilegium habeat : alij nempe requirūt ſolos aliquos repetitos actus publicos; & alij,quòd tales actus ſint juridici ; alij ad minus 10. annos ; alij adverſus Legem Eccleſiaſticā quadraginta annos;alij ſcientiam Principis ſaltem tacitam ; alij ſpecialem nullam , ſed jam conceſſam *in cap. fin. de conſuet.* & *in L. de quibus ff. de leg.* ſed quia non licet tot allegationibus libellum hūc brevē onerare, legantur Suar. *de legib. lib.* 7. *cap.* 12. Sanch. *de Matrim. lib.* 1. *diſp.*4. *num.* 11. *&* 14. Salas *de legib. diſp.* 19. *ſect.* 3. *num.*20. Dian. *tom.* 6. *tract.* 2. Baſſeus *verb. conſuet.* quòd autē ſpecialitèr poſſit per conſuetudinem introduci poteſtas concedendi indulgētias, tenent omnes cum Abbat. *cap. accedentibus* 12. *de exceſſibus Prælat.* junctâ *Gloſ. fin.* ex quo evidentèr ſequitur, quòd ſi cōſuetudo habeat omnes conditiones, quas DD. requirunt, nempe repetitos actus publicos, qui poſſint Principi innoteſcere, tēpus ſufficiens , maximè immemoriale, & materia ſit licita , & honeſta, poſſit conſuetudine introduci quidquid lege , & privilegio induci poteſt, ac per conſequens poteſtas concedendi indulgentias.

13. Immò ſextò ſuppono, non ſolùm poſſe veluti in actu primo in Eccleſia introduci cōſuetudine poteſtas concedendi indulgentias ; ſed dari de facto in actu ſecundo, & practico indulgentias conceſſas ſolâ cōſuetudine introductas. Patet hoc: quia de facto evidenter practicè Eminentiſſimi Cardinales concedunt indulgentias: at nullus eſt in jure Canon , aut expreſſa Summi Pontificis conceſſio facta Cardinalibus: ergò ſequitur, quòd dé facto ipſi Cardinales practicè ſolâ cōſuetudine indulgentias concedant : ita tenent Paludan. *in* 4 *diſt.*20. *quæſt.*4.*art.* 4. Navarr.*de Jub.notab.*31. *num.* 17. & quanvis Dian.*tom.*9.*coord. tract.* 7. *reſolut.* 46. conetur reſpondêre Cardinales non concedere Indulgentias præcisè ex conſuetudine, ſed ex tacitâ permiſſione Pontificis videntis , & conſentientis ; tandèm confitetur ex duobus titulis, nempè ex conſuetudine , & ex tacito conſenſuPōtificis illas concedere:ergò ſequitur evidenter, quòd in Eccleſiâ dantur indulgentiæ introductæ ſolâ conſuetudine, maximè accedente taciturnitate, & tacito conſenſu Pontificis.

14 Et quod magis, & efficaciùs meo videri hoc probat, eſt veridica hiſtoria circa originem indulgentiæ anni Sancti, & centeſimi, quam affert Laurent. Beyerlinch. *in ſuo Theatro vitæ humanæ tom.* 4. *verb. Jubilæum* ,

ex

Digitized by

ex narratione Jacobi Cardinalis Sancti Greg. qui Cardinalis promotus ad Cardinalatum à Bonifacio VIII. & tempore Jubilæi anno 1300. interfuit, quando præfatus Pontifex edidit extravagantem circa Jubilæum anni centeſimi. Do ergò verba formalia Authoris, ut videatur quomodò ante omnem expreſſam conceſſionem Summi Pontificis, & ſolâ conſuetudine fidelium concurrentium ad limina Apoſtolorum, & cæteras Eccleſias Romanas viſitandas pro lucrandis anni centeſimi indulgẽtijs, fortè ducti errore, & rumore communi, & ſine anteriori aliquâ expreſſâ conceſſione eas lucrati ſunt, & ab Eccleſia approbata fuit talis indulgentiarũ lucratio.

15 Verba Authoris ſunt. *Narrat Author* (intellige Cardinalem Jacobum) *ut rem paucis complectar, quòd in die vigiliarũ Nativitatis Dominicæ 1199. ſub veſperis, maxima populorum, tam Romanorum, quàm externorum copia confluxerunt ad Baſilicam Beati Petri, inter quos rumor erat, magnam prò eo tempore conceſſam ibi jam olim eſſe indulgentiam; quod etiam conſequentibus diebus accidit, & indies frequentiùs: Kalendis verò Ianuarij tanta hominum multitudo acceſſit, ut ſe mutuò impedientes, vix per vias incedere fas eſſet, tanquàm, inquit, ea brevi finienda via expiraret gratia, vel maiores autumarent. Res hæc nova, ut maximè pia relata Bonifacio, magna eum affecit admiratione, quocirca perlectis ejus juſſu vetuſtioribus libris, revolutiſque antiquioribus Bullis, nihil quod ad rem hanc pertineret omninò reperientes: ſtatuit Divina inſpiratione, ut diligentia inter ſuperſtites adhiberetur, eſſet nè hujus novæ indulgentiæ memoria apud aliquem: & inter multos ſeniorem peregrinum offenderunt, qui annum centeſimum ſeptimum ætatis ſuæ agebat. Hic coram Summo Pontifice, & dicto Cardinale teſtatus eſt, ſe meminiſſe, patrem ſuum agricolam, alio centeſimo ſuperiori Romæ, quouſque illi, quem ſecum detulit, ſuffecit victus, ob indulgentias moratum fuiſſe; ſæpe ab illo admonitum, ut venturo centeſimo Romæ ipſe adeſſe non pigritaretur; ſingulis enim quibuſque diebus illius anni, magnas ibi eſſe indulgentias: cujus rei conteſtes alij duo reperti ſunt in Gallia, in Diœceſi Belvacenſi,*

ac denique in Italia non pauci, tanti ævi memores, idem confirmantes; qui omnes hoc unum unanimiter asserebant, Romæ magnas eo anno esse remissiones peccatorum; sed in quantitate propter tantum temporis intervallum discrepabant: alij omnium culparum, alij tertiæ, alij quartæ partis remissionem esse asserentes; alij item per totum annum, alij per bimestre tempus gratiam remissionis durare. Hæc omnia ad Summum Pontificem relata, nolens ille Spiritum Sanctum tantæ devotionis extinguere, cùm ad vivificationem, non ad destructionem se positum esse sciret, de indulgentia anni cẽtesimi totâ re plenè, ac diu pertractatâ, de consilio fratrum, quòd sola traditione per manus seniorum ad nos venerat, constitutione, & rescripto stabilire, & certum reddere decrevit. Unde extravagantem edidit, & promulgavit, cujus est initiũ: Antiquorum fida habet relatio (*horum, videlicet testium, & seniorum*) quòd venientibus ad venerabilem Basilicam Principis Apostolorũ de Urbe magnæ sunt concessæ remissiones peccatorum.

Ecce quomodo illa maior anni Sãcti indulgẽtia (quæ est eadẽ cũ indulgentia Sanctæ Bullæ Cruciatæ) introducta est, solâ consuetudine fidelium, & ut sic approbata ab Ecclesia.

16 His ergò prælibatis, rectè expensis, & penetratis intimè, jam palam fit, plenèque percipitur, quomodo rationes Illustrissimi, & Doctissimi Consulentis non solùm sint probabiles, sed omninò certæ, & evidẽtes, non constituentes præcisè opinionem probabilem, sed stabilientes resolutionem scientificam, excludentem omnem formidinem partis contrariæ. Nititur ergò prima ratio in interpretatione authoritativa Domini Commissarij Generalis, quam sic denuò efformo. Evidens est, quòd generalis executor, & Cõmissarius Bullæ, facultate, & jurisdictione sibi à Summo Pontifice commissa interpretandi Bullam authoritativè, taliter eam est interpretatus, quòd scilicèt fideles possint eodem anno plures Bullas pro mortuis accipere, & indulgentijs virtute Bullæ cõcessis possint tot animas à Purgatorio liberare, pro quibus velint Bullas susci pere; sed evidens est, quòd interpretans authoritativè legem, vel privilegium, sua interpretatione facit legem, vel privilegium omninò, & evidentèr certum: ergò certum, & evidens est, posse fideles intra ejusdem anni curriculum plures Bullas

Bullas accipere pro mortuis, & pro eis indulgentias lucrare. Cõsequentia necessariò colligit ex evidentibus præmissis. Maior constat ex tertio suppositò, & evidenter constabit inspicienti primam Bullam Leonis X. ubi executoribus Bullæ conceditur facultas interpretandi Bullam authoritativè. Quòd autẽ Commissarius de facto supradictam interpretationem fecerit, etiam constat evidenter legenti Bullam, maximè Lusitanam. Minor verò constat ex secundo suppositò, ut intuenti patebit.

17 Confirmatur hæc ratio: quia si ipsemet Pontifex concedens Bullam, eam explicaret, eo modo, quo Commissarius Generalis modo supradicto eam est interpretatus; nemo esset tam insanæ mentis, ut auderet dubitare, & asserere non adesse juxta Bullam concessam fidelibus facultatem sumendi intra annum pluresBullas pro mortuis, & pro eis plures lucrandi indulgentias: atquî Commissarius Generalis interpretatur Bullam eâdem jurisdictione authoritativâ Pontificis eam sibi committentis: ergò æque insanum videtur dubitare de facultateBullæ cõcessâ fidelibus sumendi plures Bullas intra ejusdem anni spatium. Totum hoc argumentum intuenti patebit.

18 Nescio quid huic rationi, & ejus confirmationi opponi possit, nisi quòd etsi Commissarijs Bullæ concedatur à Summo Pontifice facultas interpretandi Bullam authoritativè, tamen tenentur se accommodare verbis ipsius Bullæ, juxta regulam juris suprà secundo suppositò allatam, quod videtur non fecisse Commissarios, qui amplissimam interpretationem fecerunt circa Bullas defunctorum, cùm tamèn SummusPontifex concedens solas duas pro vivis, idem statuerit circa Bullas defunctorum illâ suâ expressâ relativâ, *Quæ etiam pro cujuscũque eleemosynam largientis, &c.* Hæc est potissima ratio partis adversę, sed meo videri nullius roboris.

19 Tùm primo; quia illa regula non videtur ligare, nisi tantùm interpretãtes legem, vel privilegium judicialitèr, & doctrinalitèr, non verò interpretãtes authoritativè; quia ut diximus in secundo suppositò, illi interpretes non faciunt legem, aut concedunt privilegium, sed præcisè juxta verba legis, aut privilegij possunt aut sentẽtiam ferre, aut doctrinam tradere; quòd si juxta verba legis, aut privilegij faciant, rectè procedunt; & si contra, nil faciunt, nec eorum expositio est interpretatio, sed abruptio; & ideò potest à sententia latâ appellari, & contra expositionem doctrinalem opinari, opponendo non esse latas juxta verba legis, aut privilegij; at interpretans authoritativè cùm possit legem

Digitized by Google

ferré, vel privilegium concedere (quia ejus eſt interpretari, cujus eſt condere) non ita verbis ligatur, neque à ſua interpretatione appellari, aut contra opinari fas eſt; ſed omninò ſtandum pro expoſitione authoritativa, & pro lege, & privilegio habenda eſt, abſque ulla dubitatione, an juxta, an contra verba legis ſit facta. Et ratio eſt: quia cùm ejuſdem juriſdictionis ſit conſtituere legem, & concedere privilegium, ac explanare authoritativè legem latam, vel privilegium conceſſum; ſicut non licet de juriſdictione Principis conſtituentis legem, vel concedentis privilegium dubitare, quâcumque formâ verborum conſtituat legem, vel concedat privilegiũ, ſed ſtatim prolege, vel privilegio habenda; ita non licet dubitare de interpretatione authoritativa interpretantis legem, vel privilegium. Et maior ratio eſt: quia utraque facultas radicatur in eâdem poteſtate, & juriſdictione Principis, & abſque ullâ diſtinctione eſt eadem juriſdictio, quia ſunt convertibiles inter ſe, ejus eſt interpretari authoritativè, cujus eſt condere, & ejus eſt cõdere, cujus eſt authoritativè interpretari. Unde ſemèl quòd Summus Pontifex conceſsit Cõmiſſarijs facultatem interpretandi authoritativè Bullam à ſe editam, ita ſe accõmodavit dictæ interpretationi, ut ſtatim ipſe Pontifex concederet indulgentias juxta interpretationem faciendam à Commiſſarijs, aut ipſis cõcederet facultatem concedendi indulgentias, ſuâ interpretatione. Ex quo neceſſariò ſequitur, quòd fideles innixi interpretatione Commiſſarij, certò, & abſque ullo dubio lucrantur pro mortuis tot indulgentias, quot pro ſua volũtate ſumpſerint Bullas.

20 Tùm ſecundo: quia eſtò, & dato quòd interpretantes authoritativè legem, vel privilegium à Principe conſtitutum, vel conceſſum, adhuc teneãtur illâ regulâ ſe accommodãdi verbis legis, vel privilegij. Indubiè hoc fecerunt Domini Commiſſarij Bullæ, & ſua interpretatione ſe accommodarũt ad literam, & ſenſum verborũ ipſius Bullæ: ergò adhuc ex hoc principio firma, & certa eſt indulgentia pro mortuis pluriès intra eundem annum ſuſcepta. Probo aſſumptum: quia optima, propria, & certa eſt interpretatio, quæ cum Principe diſtinguente in ſuâ conſtitutione legis, vel conceſſione privilegij, diſtinguit: atquî talis eſt interpretatio Dominorum Commiſſariorum circa Bullam conceſſam à Pontifice: ergò eorum interpretatio eſt optima, literalis, & ad ſenſum verborum facta. Maior ex ſe, & ex terminis ipſis conſtat, conſequentia colligit ex præmiſſis. Minor, in qua poteſt eſſe aliqualis dubitatio, probatur evidenter rele-

relectione ipsius Bullæ. Nam Pōtifex concedens Bullæ indulgentiam, expresse distinguit inter indulgentiam concessam vivis, ligans pro eis Bullæ sumptionē restrictione expressâ, bis repetens, ita ut intra tres annos sex tantùm possint sumere Bullas, & lucrari indulgentias. At concedens Bullam sumēdam pro mortuis, nullam ibi apponit restrictionem, immò amplissimè illam committit voluntati sumentium, pro quibus illam velint sumere; sed voluntas humana nullâ expressâ lege ligat, est amplissima, & pluriès potest suos actus repetere, & sua opera reiterare: ergò ipsemet Summus Pontifex, concessione Bullæ, procedit cum expressa distinctione circa sumptionem Bullæ, à vivis scilicèt solùm bis, & sumptionem Bullæ pro mortuis, scilicèt pro sumentium liberâ voluntate, quotiès voluerint: ergò Commissarij Bullæ in sua interpretatione se ad literam accommodarunt sensui verborum Pontificis: unde eorum interpretatio est evidentèr optima, ut in tuenti Bullam, & ejus interpretationem patebit.

21 Neque illa relativa: *quæ etiam pro cujuscumque eleemosynam largientis, &c.* pro parte cōtraria adducta, aliquid convincit: quia talis relativa non refertur, nec relata est ad vices sumptionis Bullæ, sed ad ipsam indulgentiam, mediâ Bullâ lucrandam. Unde genuinus, & proprius sensus verborum Bullæ hic est: sex vicibus intra tres annos vivens pro se lucrabitur indulgentiam. Quæ etiam indulgentia lucrabitur pro mortuis à suscipiente Bullam pro eleemosyna præstita, pro suâ voluntate, ac per consequens cùm indulgentiam lucrandam pro vivis liget lege bis, eandem indulgentiam lucrandam pro mortuis remittit voluntati sumentis Bullas pro libertate ejusdem voluntatis, nullâ lege ligatâ.

22 Secundum principium, quo nititur Sapientissimus Dominus Consulens, est inveterata, & annosa fidelium consuetudo plures Bullas intra ejusdem anni circulum pro mortuis suscipientium: & hoc principium etiam est, evidens; & si rectè expendatur, in evidentem, & indubitabilem resolutionem influens. Quod ut probem, sic formo rationem. Evidens, & certissimum est apud AA. deductum ab eis communitèr, & indubitabilitèr, ex ipso jure, quòd consuetudo licita, pia, & honesta, si rectè sit introducta, & debitis circūstantijs conservata, habet vim legis, & privilegij, & quòd eâ potest introduci, quidquid lege, & privilegio introduci potest, & specialitèr, quòd eâ etiam potest cōferri jurisdictio ad concedendas indulgentias, immò quòd de facto dātur in Ecclesia indulgentiæ introductæ solâ cōsuetudine: atquî

in noſtro caſu datur conſuetudo ſumendi plures Bullas pro mortuis intra ejuſdem anni curriculum, & talis conſuetudo eſt licita, pia, & honeſta; eſtque rectè introducta, & conſervata cum omnibus circũſtãtijs requiſitis, ut ſit potens introducere privilegium ſumendi plures Bullas pro mortuis eodem anno, & lucrandi indulgentias pro mortuis in Bullâ conceſſas: ergò ob hanc conſuetudinem ſic introductam, & conſervatam, rectè, ritè, licitè, validè, & fructuosè ſumunt fideles pro mortuis plures Bullas intra ejuſdẽ anni circulum. Conſequentia evidentèr liquet ex præmiſſis.

23 Maior conſtat ex quinto, & ſexto ſuppoſito, ubi ex jure, & AA. abſque ulla opinione contraria conſtat, conſuetudinem talitèr introductam, & conſervatam habere prędictam vim, & ſolùm excipiuntur duo caſus, in quibus conſuetudo talem vim non habet. Primus ſcilicèt, ubi aliquis non eſt capax poteſtatis, & juris: ita Joannes Andreas, & Dominicus *in cap. 2. de Præbend. in* 6. Innocent. I. *de Apoſtaſ.* Ant. *in repet. cap. Pervenit, de cenſib.* Abb. *in cap. ſuper quibuſdam, de verb. ſignif.* & *in cap. novit, de jud.* & *in cap. quanto, de conſuet.* Baldus *in L. ſolemnib. de fide inſtrument.* & *in cap. cùm contingat, de foro competenti,* Felin. *in cap. Dilecto, de Præbend.* Secundus caſus, cùm à jure ſcripto improbatur conſuetudo, *cap. cùm ſatis de offic. Archid.* Joann. Andreas *in cap.* 1. *de Clerico ægrotante in* 6. quæ exceptiones non militant in noſtro caſu, quia Domini Commiſſarij ſunt capaces poteſtatis, & juris ad concedendas indulgentias ſuâ authoritativâ interpretatione, quâ anſam, & occaſionem dederunt conſuetudini fidelium ſumendi pro mortuis plures Bullas intra annum, nec adhuc invenitur talis conſuetudo reprobata, vel à jure, vel ab homine; unde manet inconcuſſa, & evidentèr potens introducere indulgentias.

24 Minor, in qua eſt difficultas, plures habet partes, quas ſeorſim libet probare. Prima eſt, quòd in noſtro caſu detur talis conſuetudo. Secunda, quòd talis conſuetudo ſit pia, licita, & honeſta. Tertia, quòd ſit rectè introducta, & conſervata cum debitis, & requiſitis circunſtantijs ad valorem rectæ conſuetudinis.

25 Prima pars probatur ex teſtimonio vero, & omni veneratione digno Domini Conſulentis; nam etſi DD. non ſint teſtes conſuetudinis (ut multi volunt) attamèn Illuſtriſſimus Dominus Conſulens, in hac parte, non eſt præcisè teſtis, ut Doctor, ſed ut generalis executor, & Cõmiſſarius ejuſdem Bullæ, qui medijs ſuis miniſtris, vulgò *Mampoſteiros da Bulla*, plures intra annum Bullas pro mortuis eidẽ fideli

Digitized by Google

fideli eas fumenti conferunt, in quo ſunt teſtes oculares, & certò ſciunt ſic factum ſemper fuiſſe à ſuis prædeceſſoribus. Et in eodem teſtimonio evidenti, conſtantèr conſpirant plura teſtamenta, in quibus moribundi, de conſilio ſuorum confeſſariorum præcipiunt ſuis hæredibus,& teſtamentarijs, ut plures ſumant Bullas pro ſe, & pro ſuis conſanguineis, & amicis defunctis. Nec poteſt dici, moribundos hoc præcipere, ut fiat decurſu annorum, talitèr, ut in quolibet anno duas tantùm ſumant Bullas, nam hoc eſt inveroſimile, & uti tale jure incredibile. Tùm quia non eſt credibile velle moribundos expectare multorum annorum curſus, ut medijs indulgentijs, quas optant, à Purgatorio evadant. Tùm quia hæredes, & teſtamentarij, cùm ſumptio Bullarum ſit opus pium, tenentur in conſcientia intra ſex menſes adimplere, & intra annum debitis judicibus de adimpletione rationem reddere. Nec in probatione hujus partis eſt immorandum, quia eſt res per ſe nota.

26 .Secunda pars minoris, nempè, quòd dicta conſuetudo ſit licita, honeſta, & pia, probatur: quia non ſolùm eſt ſimplicitèr pia, quia in opere charitatis introducta, & exercita; ſed eſt dupliciter pia, continens duplicem Chriſtianam pietatem: primam, multiplici ſumptione Bullarum augendo eleemoſynas pro ſuſtentatione militum laborantium pro defenſione Eccleſiæ in partibus Africæ, quæ eſt pietas intenta à Summo Pontifice, & ut talis canonicata: ſecundam, ſuccurrẽdo pluribus indulgentijs animas Purgatorij, quæ ex ſe ſcitè maximum eſt charitatis opus.

27 Tertia pars probatur: quia cõſuetudo fidelium ſumendi pro mortuis plures Bullas intra annum, introducta eſt ſub honeſto,& religioſo titulo interpretationis Cõmiſſariorum proponentium illis poſſe intra annũ plures Bullas ſumi pro mortuis. Unde puto nullam conſuetudinem eſſe rectiùs, & honeſtiùs introductam; quia fideles non temerariè, aut propriâ authoritate, ne dicam audaciâ, ſed ut actionẽ ſibi à Miniſtris Eccleſiæ fidedignis propoſitã, ut licitam, honeſtam,& piam amplexi ſunt. Deinde iſta conſuetudo eſt qualificata, non decem, viginti, aut quadraginta annorum ſpatio, ſed tempore immemoriali: eſt etiam exercitata publicis actibus, qui poterant Principi, nempe Pontifici Romano innoteſcere; quia Bullæ pro mortuis non ſumebantur furtivè, ſed publicè, & publicâ authoritate Commiſſariorum, medijs ſuis Miniſtris, fidelibus propoſitæ, & diſtributæ. Immò pro certo, & indubitabili habeo, quòd Summus Pontifex habuit expreſſam

notitiam talium ſumptionum Bullarum pro mortuis repetitis vicibus intra annum. Unde non ſolùm præſumptione juris, datur in hoc caſu tacita approbatio Pontificis, ſed expreſſa, videndo, & conſentiendo. Quod mihi probat: quia hæc conſuetudo inolevit à tempore immemoriali primorum Commiſſariorum proponentium ſuâ interpretatione fidelibus plures Bullas pro mortuis intra annum ſuſcipiendas; ſed incredibile videtur, quòd tot Miniſtri Pontificis, nēpe Nuntij, & Collectores degētes in hoc Regno videntes publicari, & impertiri fidelibus has repetitas indulgentias pro mortuis, ſuis Principibus non dederint notitiam, cùm tamèn ſciamus ſolitos eſſe pro ſui muneris recta executione etiam de minimis eos admonere: ergò ex honeſto titulo, ex actibus publicis repetitis, ex immemoriali tempore, & ex tacito conſenſu Pontificis dicta conſuetudo ſumendi pro mortuis plures Bullas intra annum eſt optima, valida, & proficua, & conferens indulgētias præſtitas ab Eccleſia: & ratio Illuſtriſſimi Domini Conſulentis innixa conſuetudine fidelium, eſt certa, evidens, & infallibilitèr concludens.

28 Inſuper ad confirmandam vim dictæ conſuetudinis, ad conferendas indulgentias propoſitas pluriès intra annum ſub Commiſſariorum interpretatione accedunt duo tituli in jure irrefragabiles ſine contraria opinione. Primus eſt error communis, quo fideles ducti, & invitati expoſitione Cōmiſſariorum, putantes véras eſſe indulgentias propoſitas ſumentibus pro mortuis plures Bullas intra annum introduxerunt, & conſervarunt à tempore immemoriali conſuetudinem ſumendi intra annum plures Bullas: ergò eo ipſo Eccleſia contulit indulgentias, etiamſi titulus, quo talis conſuetudo eſt introducta, eſſet falſus. **Probatur aſſumptum: quia confeſſarius putatus verus confeſſarius** errore communi, validè abſolvit pœnitentes tali errore ad confeſſionem accedentes: non quia iniquus confeſſarius acquirat juriſdictionem, ſed quia Eccleſia ſupplet, & confert, ne ſequatur abſurdum, ex *L. Barb.* 4. *ff. de officio Prætor. leg.* 3. *de ſupplet.* Grat. *in cap. Infamis* 1. 3. *q.* 3. §. *tria*; ubi *gloſſ.* confert varia jura, & eſt aſſertio communis inter DD. ergò adhuc dato, & non conceſſo, quòd interpretatio Dominorum Commiſſariorum eſſet erronea, tamen à fidelibus putata recta, & vera, utpotè à Miniſtris publicis, & fidedignis propoſita, & ſub ea ſumentes plures Bullas pro mortuis intra annum de facto veras conſequūtur indulgentias, eas conferente Eccleſia, ne ſequatur abſurdum (de quo infra). Patet conſequētia à paritate rationis, cui diſpa-

ri-

ritas aliqua assignari nequit.

29 Secundus titulus est præscriptio diuturna. Nam interpretatio Dominorum Commissariorum, & consuetudo fidelium habet omnes conditiones, ut rectè, ritè, & validè conferant, & consequantur indulgentias propositas fidelibus sumentibus plures Bullas pro mortuis intra annum: ergò rectè, & fructuosè sumuntur dictæ Bullæ: consequentia colligit: probatur antecedens: quia ex communi consensu Doctorum, ut præscriptio sit bona, & conferat jus super rem, in qua præscribitur, quatuor debet habere conditiones, nempè possessionem, bonam fidem, titulum præsumptum, & continuationem per tempus à lege præscriptum; sed hæc omnia habet consuetudo fidelium in sumendis pluribus Bullis pro mortuis intra annum, ut intuenti patebit; habet enim possessionē sumendi plures Bullas intra annum, habet bonam fidem fidelium, habet titulum præsumptum, nempè interpretationem Commissariorum, & tandèm habet continuationem longissimi, immò & immemorialis temporis: ergò, &c. Nec in hoc immorandum, quia res clara est.

30 Tandèm probatur efficacitèr: quia si fideles suppositâ interpretatione Dominorū Cōmissariorum, quâ moti sumunt plures Bullas pro mortuis intra annum, non eas sumunt validè, utilitèr, & fructuosè, sequitur maximum absurdum; sed nullum absurdum est admittēdum, immò omnia à recta scientia sūt releganda: ergò non est admittendum fideles sumere immemoriali cōsuetudine plures Bullas pro mortuis intra annum, & eas non posse validè sumere, nec eis sumptis lucrare indulgentias: sed contra firmitèr tenēdum est posse eas pluriès in anno sumere, & de facto sumere rectè, ritè, utilitèr, & fructuosè lucrando indulgentias pro mortuis. Minor est certa apud omnes scientiarū professores, & est expressa assertio juris, *L. nam absurdum ff. de bon. lib.* immò ne absurdum sequatur, quandoque verba legis improprianda sunt, *L. scire apportet*, Tusc. *lit. A. conclus. 66. num.* 17. Probatur sequela: quia aut fideles suscipientes plures Bullas pro mortuis intra annum validè, & fructuosè sumunt consequentes optatas indulgētias, aut non? Non enim datur medium, quia est dilēma continens contradictoriam, in qua immediatè una pars est vera, & altera falsa, quia duo contradictoria non possunt simul esse vera, & falsa: ex quo sic: si fideles rectè validè, & fructuosè sumunt dictas Bullas, habemus intētū, nec ultrà aër verberandus. Si non rectè, & fructuosè sumunt, sequitur quòd Ecclesia medijs suis Ministris fraudulentèr, & dolosè decipiat fideles offerens eis à tempore imme-

immemoriali plures indulgẽtias pro mortuis intra annum ſumẽtibus plures Bullas, ſurripiens deceptoriè, & doloſè ab eis eleemoſynas, & non tribuens indulgentias; ſed hoc eſt maximum abſurdum, & minimè admittendum: ergò,&c.

31 Ex quibus jam dilucidè apparet rationes Illuſtriſſimi Domini Conſulentis, quibus ſuam firmat affirmativam ſententiam, eſſe ſolidas, ſcientificas, & evidentes,& probatam reſolutionem eſſe non ſolùm probabilem, ſed ſcientificam ſine formidine contrariæ partis. Nec terendum tempus in ſolutione rationum illius,quia talis aſſerta opinio nec extrinſecam probabilitatem præ ſe fert, cùm nitatur authoritate Doctorum ſcribentium ſuper Bullam Caſtellæ, quæ, ut conſtat ex quarto ſuppoſito, omninò eſt diverſa à Bulla Luſitana; unde Authores de ea tractantes nihil ad intelligentiam Bullæ Luſitanæ conducunt. Et mirum eſt, quòd uſque ad tres AA. pro parte contraria adductos, nullus A. Luſitanus ſuper Bullam ſcribens de hac re dubitaverit, unde hi Authores monendi erant conſilio Lirinenſis ſuper illud Divi Pauli 2. *ad Theſſalonicenſes* 2. *v.* 14. *Itaque fratres ſtate, & tenete traditionem, quam didiciſtis, ſivè per ſermonem, ſivè per epiſtolam. Verè enim*, inquit Lirinenſis, *novella ingenia debent quærere novas rationes, quibus antiqua ſtatuta, uſu, & tempore ſtabilita conſerventur, & novitèr ſtabiliantur; non quibus deſtruantur, & inſtabilitèr mutentur.* Sic cẽſeo ſub cẽſura melioris judicij, & maximè Eccleſiæ, cui me, & à me dicta ſubmitto. In hoc Carmelitarum Excalceatorum Cœnobio Divi Joannis à Cruce anno 1695. & Novembris die 24. Carnide.

Fr. Andreas à Regibus.

Cenſura Illuſtriſsimi D. D. Antonij Pereira à Sylva, S. Inquiſitionis, & trium Statuum Deputati, ac Canonici Magiſtralis in Eborenſi Sede.

ATtentè legi, & conſideratè vidi quæſtionem ſubtilitèr excitatam, & compoſitam, eleganterque deciſam, & diſcuſſam ab Illuſtriſſimo Domino Laurentio Pires Carvalho, digniſſimo Bullæ Cruciatæ Commiſſario Generali: Utrùm ſcilicet Chriſti fideles poſſint intra annum pro multis defunctis tot Bullas defunctorum ſumere, quot voluerint; an ſolummodò duas, unam ſcilicèt in principio anni, & poſt ſex menſes alteram? In quo affirmat Illuſtriſſi-

ſtriſſimus Dominus, poſſe quemlibet fidelem pro multis defunctis accipere tot Bullas, quot voluerit, & non ſolùm ſumere duas tantùm intra annum, unam ſcilicèt in principio anni, & poſt ſex menſes alteram, ut tenent omnes Authores Luſitani ſcribentes de hac materia. Et quanvis prædictæ opiniones ſint valdè probabiles: negativa, inquam, propter numerum Authorum, & conſuetudinem; affirmativa verò, quia aliqui Doctores illi favent, & præcipuè propter authoritatem Illuſtriſſimi Domini, qui, ut Doctor inſignis, ſuam opinionem reddit probabilem, & ut habens facultatem interpretandi, & declarandi Bullam, probabiliſſimam; illam non ſolùm ut talem judico, ſed ut tutam, & magis piam, ſalvo melioti judicio. Ulyſſipone 5. Martij 1696.

Antonius Pereira da Sylva.

Cenſura R. P. D. Domni Benedicti à D. Auguſtino, in Sacra Theologia Magiſtri, ac Canonici Regularis Congregationis Divi Auguſtini.

INſpectis Illuſtriſſimi Domini Laurentij Pires Carvalho, Regiæ Maieſtatis à Cortina, & à Conſilijs, ac Sanctæ Cruciatæ Commiſſarij Apoſtolici plauſibilibus fundamentis circa utiliſſimam piéque admodùm elucidatam quæſtionem: Utrùm Chriſti fideles poſſint intra annum pro multis defunctis tot Bullas defũctorum ſumere, quot voluerint; an ſolùm duas, unam ſcilicèt in principio anni, & poſt ſex menſes alteram: ſtatuit Sapientiſſimus Conſulens poſſe illum, qui Bullam habet vivorum, non duas tantùm, ſed plures ſumere pluribus ſuffragantes defunctis: quæ quidem opinio defunctorum animabus valde fructuoſa, & Cruciatæ ſubſidio maximè utilis à me probabiliſſima exiſtimatur ob fundamenta tùm jure, tùm ratione, tùm Doctorum authoritate ſuffulta. Ulyſſipone in Regali Divi Vincentij Monaſterio, die 21. Seprembris 1696.

Doctor Domnus Benedictus à Sancto Auguſtino.

Cenſura

Cenſura RR. PP. Benedictinæ Familiæ in Sacra Theologia DD.

ACcuratè vidimus, & attentiſſimè legimus Quæſtionem excitatam, & accuratiſſimè deciſam ab Illuſtriſſimo, pariterque Sapientiſſimo Domino Laurentio Pires Carvalho, integerrimo noſtri Sereniſſimi Regis Conſiliario meritiſſimo, Regiæ Cortinæ Cuſtode, & Sanctæ Bullæ Cruciatæ digniſſimo Commiſſario, affirmantem poſſe eum, qui Bullam habet vivorum, non duas tantùm, ſed plures Bullas ſumere pluribus fidelibus defunctis profuturas illāq; ut potè Pontificio diplomati magis conſonam, ſolidioribus fulcimentis ſtabilitam, & animabus utiliſſimam, non ſolùm probabilem, probabiliorem, & probabiliſſimam judicamus, ſed omninò certam, indubitatam, & pleniſſimè tutam cenſemus. Ulyſſipone in Sanctiſſimi Patriarcharum Principis Benedicti Domo, 1. Octobris 1696.

Doctor Fr. Hieronymus de Santiago.

Doctor Fr. Gregorius de Figueiroa.

Iudicium R. P. D. Emmanuelis Caietani à Souſa, Clerici Regularis Divinæ Providentiæ, in Sacra Theologia Magiſtri, Examinatoris Ordinum Militarium, &c.

SUMMARIUM.

1 *Laudantur Author, & priùs judicantes.*
2 *Inſtigatur Cenſor ad dicendum charitate erga animas.*
3 *Cõmendatur devotio animarũ.*
4 *Proponitur Cenſoris reſolutio.*
5 *AA. eam ſectantes referuntur.*
6 *Quid requiratur, ut dictum unius faciat opinionem probabilem?*
7 *DD. de hac probabilitate docẽtes.*
8 *Subſcribentes Authoris reſolutioni referuntur.*
9 *Doctrina Authoris à Cẽſore habetur pro certò probabili.*
10 *Impreſſio teſtimonij non addit autoritatem.*
Contrariorum contraria eſt cõſequentia. Ibid.
11 *Oſtẽditur opinio Authoris ſcholaſticè tractata.*
12 *Itẽ tutò poſſe ad praxim reduci.*
13 *Alios AA. ſuperaddere tentat Cenſor.*
14 *Adducuntur verba Bardi.*
15 *Te-*

Digitized by Google

15 *Teſtator poteſt mandare hæredibus, ut pro ipſo Bullam ſumãt defunctorum.*

16 *Adducitur Diana, Bardo conſentiens.*

17 *Vbañez etiam recenſetur inter approbantes, & n.* 18

19 *Non excluditur Mendo, & n.* 20. *&* 21.

22 *Ad idem vocatur Torrecilla.*

23 *Concionatoribus etiam intendit cenſor reſolutionem firmare, inſigni nempe Vieria, & Epiſcopo Martyrienſi, uſque ad n.*26.

26 *Ex facto multæ terminantur quæſtiones.*

27 *AA. contrariæ ſententiæ ad ſuam invertit Cenſor, uſque ad n.* 34.

35 *Deducitur ratio ſententiæ ex cauſis.*

36 *Cauſa materialis Cruciatæ definitur.*

37 *Indulgentiæ conceſſæ corrigiatis S. Auguſtini.*

38 *Indulgentiæ chordigeris S. Frãciſci conceſſæ.*

39 *Item Confraternitati B. V. de Monte Carmelo.*

40 *Etiam Confraternitati Roſarij, ubi dicitur Cruciata privilegiũ Confraternitatis.*

41 *Deducitur ratio ex Confraternitatibus ad Cruciatam.*

42 *Indulgentia debet latè interpretari, & n.*43. *&* 44.

45 *Vivus poteſt applicare defunctis eaſdem indulgentias, quas ſibi.*

46 *Oſtendit Cenſor plures indulgẽtias poſſe lucrari à vivis.*

47 *Indulgentia eſt remiſſio peccati, & n.* 48.

49 *Interpretatio remiſſionis à Cõfeſſarijs Cruciatæ impenſæ, & n.* 50.

51 *Interpretationes Commiſſarij conciliantur.*

52 *Judicat Cenſor quotidiè acquiri indulgentias ſtationum per Cruciatam.*

53 *Indulgentia eſt aſſequibilis, quotiès opera injuncta exerceãtur.*

54 *Decretum Innoc. XI. de indulgentijs ſtationum non comprehendit defunctorum indulgentias, & n.* 55. *&* 56.

57 *Indulgentia defunctorum non venit ſub nomine ſimplicis indulgentiæ, ſed cum addito per modum ſuffragij.*

58 *Utrùm decretum Innocentij lædat Cruciatam?*

59 *Cauſa formalis Cruciatæ explicatur.*

60 *Talis ſolet eſſe conceſſio, qualis eſt petitio.*
Intellectus reſcripti petendus eſt ex mente ſupplicantis. Ibid.

61 *Cauſa finalis Cruciatæ.*

62 *Interpretatio legis debet favêre fini ipſius legis.*

63 *Adverſa opinio opponitur cultui Divino.*

64 *Et exercitio virtutum.*

65 *Item mortuorum levamini.*

66 *Ad conſequendam indulgentiam juvat opinio probabilis.*

67 *Probabile eſt, poſſe ſumi plures Bullas defunctorum.*

68 *Eleemoſyna eſt juvamen animarum.*

69 *Pecunia est nervus Imperij.*
70 *Portugallia condita fuit Fide, & Religione.*
71 *Deducitur Censoris ratio ex permissione Sedis Apostolicæ.*
72 *Non est credendum Commissarium fideles velle decipere.*
73 *Supponit Cẽsor doctissimos Prædicatores hucusque semper Authoris sensum laudasse.*
74 *Adversa sententia est injuria Regno.*
75 *Et ejus proventibus.*
76 *Expedit facere, quod nocere non potest, etiamsi non prosit.*
77 *Increpatur contraria sentẽtia.*
78 *De causa efficiente Cruciatæ.*
79 *Hodie plures, quàm olim concẽduntur indulgentiæ.*
80 *Plures annumerantur indulgẽtiæ pro defunctis concessæ diversis temporibus.*
81 *Indulgentiæ olim concessæ defunctis per Cruciatam.*
82 *Interpretatio indulgentiæ desumenda est ex genio, & consuetudine Pontificis concedentis.*
83 *Gregor. XIII. fuit largus in concedendis indulgentijs.*
Per Altare privilegiatum intelligitur indulgentia defunctis concessa. Ibid.
84 *Indulgentiæ defunctorum per Cruciatam sunt largè interpretandæ.*
85 *Adducitur in comprobationẽm approbatio Summi Pontificis.*
86 *Literæ securitatis datæ à non habente potestatem observantur.*
87 *Interpretatio in summario sdla non ignoratur à Pontifice.*
88 *Bulla defunctorũ est pars summarij vivorum.*
89 *Sententiam Authoris conatur Censor certam habere.*
90 *Argumẽtorum solutionem oriditur Censor.*
91 *Omittuntur argumẽta ab Authore soluta.*
92 *Dictum unius, dictum nullius.*
93 *Plures assecias portendit Censor sententiæ Authoris.*
94 *Defectu DD. solus sufficit Cõmissarius.*
95 *A A. adversarij pauciores sunt credito.*
96 *Ad opinionis probabilitatem inducendam satis est unus Authos famigeratus.*
97 *Arguitur à paritate Bullæ Hispanæ.*
98 *Pro eadem causa inæquales indulgentiæ conceduntur.*
Concessio indulgentiæ est gratuita, non regulis justitiæ regulata. Ibid.
99 *Bulla Hispana in multis est amplior Lusitanâ.*
100 *Opinionem Authoris in Hispania habere locum tradit Cẽsor.*
101 *De evacuatione Purgatorij.*
102 *Quod nimis probat, nihil probat.*
103 *Pontifex potest concedere indulgentias pro defunctis.*
104 *Plures possunt applicare defunctis indulgentias, quàm sumere defunctorum Bullas.*
105 *Non est incõgruum per indulgentias evacuari Purgatorium.*
106 *Pontifex nequit liberare omnes*

nes animas collectivè à Purgatorio.

107 *Proponitur argumentum de relatione indulgentiæ defunctorum ad vivos.*

108 *Remittitur ſolutio.*

109 *Indulgentia ſemel ſibi applicata non poteſt alteri applicari. Vivus nequit ſibi applicare indulgentiam defunctorum.* Ibid.

110 *Diverſitas indulgentiæ vivorum, & mortuorum, & n.* 111. & 112.

113 *Diſcutitur ratio declarationis Commiſſarij.*

114 *Adverſa huic facultati proponuntur.*

115 *Opinatur Cenſor, nullâ habitâ facultate Pontificiâ, ſtãdum eſſe Commiſſarij declarationi.*

116 *Taciti, & expreſſi idem eſt judicium.*

117 *Credendum eſt Commiſſario, & Regi.*

118 *Luſitania non amiſit privilegia ſibi conceſſa ſub gubernio Regis Catholici.*

Religioſi in Miſſis addunt nomina fundatorum ſuorum Ordinum. Ibid.

Idem pro Rege obſervatur in hoc Regno ex privilegio Pij V. & Gregor. XIII. Ibid.

119 *Cõmiſſarius ſolùm poteſt Bullam interpretari, cùm adeſt caſus dubij, non verò quando verba ſunt clara.*

120 *Aliqui ſunt homines, qui & de re clariſſima dubitant.*

121 *Verba Bullæ non ſunt clara, maximè comparata cum ſummario Luſitano.*

122 *Declaratio Commiſſarij auget gratias Bullæ.*

Explicatio, quæ auget gratias Bullæ, eſt nullius valoris. Ibid.

123 *Explicatio Commiſſarij non eſt ultra proprietatem verborũ Bullæ.*

124 *Commiſſarius habet poteſtatem augendi gratias Bullæ.*

125 *Explicatio, quæ auget gratias Bullæ, eſt nullius valoris, non accedente conſenſu tacito, vel expreſſo Pontificis, aliter verò illo accedente.*

126 *In explicatione Commiſſarij accedit tacitus conſenſus Pontificis, & n.* 127.

128 *Pontifex Paul. IV. conceſſit ampliorem Bullam Cruciatæ, ut totiès obtineretur indulgentia plenaria, quotiès Bulla intra annum acciperetur.*

129 *Indulgentiæ pro defunctis cõprehendi non ſolent in generalibus revocationibus, & ſuſpenſionibus indulgentiarum.*

130 *Afferuntur varia exempla, uſque ad n.* 132.

133 *Pro defunctis applicari poſſũt indulgentiæ, quæ à vivis acquiruntur, quanvis expreſsè conceſſum non ſit, ut defunctis applicentur, uſque ad n.* 135.

136 *Adverſa ſententia diſſentit à benignitate Sedis Apoſtolicæ, & à pietate Divina.*

Sedes Apoſtolica, cùm revocat, vel ſuſpendit omnes indulgentias, relinquit in priſtino ſtatu indulgẽtias pro defunctis lucrabiles. Ibi.

Digitized by Google

Deus in favorem animarũ Purgatorij præfumitur acceptare etiam indulgentias, quæ non habent ſpecialem conceſſionem, vt defunctis applicari queant. Ibid.

137 *Differẽtia proponitur in ſumptione Bullæ pro amicis vivis, ac mortuis.*

138 *Refellitur diſparitas quoad Bullas.*

Pro amentibus poſſunt ſumi Bullæ. Ibid.

Defuncti, & amentes ſunt ejuſdem conditionis quoad lucrandas indulgentias. Ibid.

139 *Concludit Cenſor opinionem Authoris eſſe maximè probabilem, & certam, & n.* 140.

141 *Concludit etiam oppoſitam ſententiam non ſolùm non eſſe probabiliorem, ſed neque probabilem, uſque ad n.* 143.

144 *Commiſſarius Generalis poteſt mandare ut publicentur Bullæ defunctorum ſumptibiles totiès quotiès.*

Idem poteſt in alijs expreſſis in ſummario Bullæ Cruciatæ. Ibi.

Non ſolùm poteſt, ſed tenetur ſub mortali, propter gravitatem materiæ, & cum onere reſtituendi. Ibid.

1 HAnc quæſtionem de multiplici defunctorum Bulla intra eundem annum pro pluribus ab uno utiliter accipienda, Illuſtriſſimi D. Laurentij Pires Carvalho Bullæ Sanctæ Cruciatæ Commiſſarij Generalis ſtudiò elaboratam non minori cum voluptate, quàm attentione perlegi, nihil enim æque voluptatem affert, ac veritatis cognitio, nihil ſic attentionem conciliat, ac claritas ſcriptoris: & licet de Illuſtriſſimo Authore dicere poſſim quod de Thoma Sanches volumina de Matrimonio ſcribente dixit Baſilius Pontius Legionenſis, *de Matrimonio*, & ipſe ſcribens: *Tanti Patris diligentiam agnoſcimus, laborem admiramur, veneramurque.* Illud tamen apponere nequeo, quod ſubjungit Baſilius: *Sed validus iſte meſſor reliquit nobis aliquas, quas colligeremus ſpicas.* Nam eam adhibuit ſolertiam clariſſimus Author, ut nullam omiſerit rationem veritati patrocinandi, præſertim poſtquàm hanc ſpartam ornavêre Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus D.D.Fr. Joſephus de Oliveira, Epiſcopus Angolẽſis, Conimbricenſis Academiæ perpetuum deſiderium, & immortale decus Provinciæ Luſitanæ Eremitarum S. Auguſtini, quæ tantum laborat in juvandis animabus Purgatorij, quantum videre eſt apud Fr. Ant. à Purificatione in opere, cui titulus, *Silva de ſuffragios lib. 5. cap. 12. pag.* 249. & Reverendiſſimus P. Fr. Andreas à Regibus, vir à Theologica eruditione, à ſacra eloquentia, & à notitia Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ laudatiſſimus, inſigniſque à geſtis Magiſtratibus in Ordine magnæ Matris, Seraphicęque Virginis S. Tereſiæ à Jeſu,

cujus

cujus erga defunctos pietatem teſtatur Fr. Elias à S. Tereſia Carmelita Diſcalceatus in egregio, atque ſpiſſo opere, cui titulus, *Legatio Eccleſiæ Triumphantis ad Militantem, pro liberandis animabus Purgatorij, lib. 2. cap. 37. num. 5.* ubi ait: *Tereſiam ſua univerſa, ſuaſque, & ſuos, in animarum Purgatorij ſervitium Deo conſecraſſe.*

2 Ideo quod addere poſſim eruditiſſimæ tractationi, invenio nihil; omnino tamèn tacêre vetat charitas, quâ in pios manes me ſentio inflãmari, quæ inde magis accenditur, quòd (utor verbis P. D. Hieronymi Meazza, viri inter noſtros omnigenâ eruditione clari) in proœmio libri ſui ſæpiùs editi, qui inſcribitur, *Stimulus quotidianus incitans ad defunctorum ſuffragia*; *Educatus fui lacte Religionis meæ Purgatorij ſpiritibus addictiſſimæ, nulli alteri in procurandis defunctorũ ſuffragijs ſecundæ, ut novit optimè Italia, aliæque Provinciæ, quarũ Incolæ labores ſciunt, immumeros, quos ibi ſemper pro illis impendeſunt, ac in præſenti impendunt homines noſtri, eouſque ut ardẽtem ibidem in mortuorum animas pietatis æſtum plurimum à ſacro noſtro Ordine recognoſcant, & fateantur.* Undè meritò ſcripſit diſertiſſimus rerum noſtrarum ſcriptor P. D. Joſephus Silos *Hiſtor. Cleric. Regul. p. 3. lib. 4. pag. 118. Fecerunt que noſtri homines hoc defunctorum opus, pene Theatinum.*

3 Sed juvat eadem audire uberiùs explicata ab eodem P. Silos *in Hiſt. Cleric. Reg. p. 2. lib. 1. pag. 35.* ibi: *At verò ut fœcunda eſt virtus, pietas pietatem peperit: propagatumq; pulcherrima æmulatione in alijs ſubinde Italiæ urbibus præſentiſſimum hoc defunctorum præſidium, ac levamentum: idque in Theatinis præſertim Eccleſijs, in quibus peculiari quodam ſtudio, ut viventium momenta, ita & mortuorum negotia hodieque accurantur: ſervetque vehementius opus ad motis à noſtro Capitulo Generali ſtimulis. Communi ſiquidem Patrum ſtudio ſancitum, ut ſingulæ quæque domus ad defũctorum opem certatim aliquid molirentur. Eam nempe eſſe cõmunem omnium ſententiam, ut proprium quoddam noſtrum inſtitutũ eſſet juvare mortuos. Quo ſanè incitamento crevit mirum in modum in noſtris templis hæc pietas: ita ut nullibi jam noſtrarũ ædium non ardeat in conflagrãtes piorum animas obſervantia, cui etiam amplificandæ excitati mortuorum, ut vocant, montes, à quibus longiores cadunt umbræ, mitigandis Purgatorij ardoribus opportuniſſimæ.*

4 Neque iſta laus ſolo noſtrorum ore perſonat; id etiam ingenuè fatetur P. Joan. Rho Societ. Jeſu *in varijs virtutum hiſtorijs lib. 1. cap. 4. §. 1.* Nè ergò me prodam degenerem filium Religionis in Purgatorij animas propenſiſſimæ, conſtanter perſeverabo in ſententia ipſis favorabiliori,

biliori, quam ego ſemper tenui, & quam nũc ſtrenuè propugnat Illuſtriſſimus D. Commiſſarius Generalis Bullæ Sanctæ Cruciatæ; illius igitur vexilla ſequens, gregarius licèt miles ſim, pro tuenda hâc aſſertione laborabo.

Bulla defunctorum in Regnis Luſitaniæ utiliter ſumi poteſt à quolibet fideli, pluries in eodem anno, itaut prima accipiatur pro primo defuncto, ſecũda pro ſecundo, tertia pro tertio, quarta pro quarto, & ſic deinceps.

Fateor equidem me non poſſe firmare hanc aſſertionem fundamentis tam ſolidis, quàm vellem, hanc enim laudem ſibi prꝛripuêre, qui ante nos ſcripſerunt. Ex minimis tamen, de quibus ipſi, more prætorio, non curarunt; diſſertatiunculam formabo in tres ſectiones diviſam; in quarum prima probabo aſſertionem ab authoritate; in ſecunda à ratione; in tertia ab argumentorũ ſolutione.

SECTIO I.

Probatur noſtra ſententia ab authoritate.

Doctores, quorum authoritate probatur noſtra ſententia, in tres claſſes diſtribuo. In primâ pono eos, qui à D. Commiſſario Generali pro illa citantur, & omnes Doctores, qui illi ſubſcripſerunt: in ſecunda alios, quos de novo adjicio: in tertia, aliquot ex ijs, quos contra noſtram ſententiam citatos invenio, & illi favere oſtendo.

§. I.

Probatur noſtra ſententia authoritate DD. quos Dominus Cõmiſſarius pro illa citat, & eorum, qui ipſi ſubſcripſerunt.

5 Poſſe quemlibet fidelem quolibet anno ſumere tot Bullas defunctorum, quot voluerit, pro totidem defunctis, docent Fr. Joannes Anaſt. Araña (ſub quo nomine latet Reverendiſſimus M. Fr. Raymundus Lumbier) *in fragm. additis ſummæ Salazar editionis Matritenſis anno* 1679. *n.*263. *& ſeqq. pag* 379. Fr. Didac. Ramos *de Bulla Cruciatæ cap.*15. *concl* 3. *pag.*184. *& ſeqq. & in addit. advert.*8. *num.*184. *pag.* 303. idẽ ante eos docuerat, licèt meo judicio non tam clarè, Fr. Philipp. à Cruce de Vaſconcellos Ord. S. Baſilij in lib. inſcripto, *Teſoro de la Igleſia, tract.*2 §.9. *n.*5. quo juxta verba *Chriſti*: *In ore duorum, vel trium, ſtet omne verbum.*

6 His AA. adjungitur, quâ D. (ut nunc ſileam authẽticam interpretationem illius quà Cõmiſſa-

miſſarius Cruciatæ eſt) Illuſtriſſimus Dominus Laurentius Pires Carvalho jam ab editis in lucem doctiſſimis Enucleationibus Ordinum Militarium, toto Orbe celeberrimis, qui fundamenta utriuſque ſententiæ accuratiſſimè perpendit, & probat affirmativam ſolidiſſimè, deinde argumenta pro negativa doctiſſimè ſolvit, quod ſufficit, ut ejus judicium faciat opinionem probabilem, etiamſi eſſet (quod meritò negamus) contra reliquos omnes juxta doctrinam Ludovici de Monteſin. *in* 1. 2. *D. Thomæ diſp.* 29. *q.* 5. ibi: *Poteſt eſſe opinio probabilis, quæ unius viri docti eſt, etiamſi ſit contra reliquos omnes, qui de illa ſcripſerũt; præſertim, quando iſte vir doctus polet ingenij acumine, maturitate judicij, atque conſilij, & clarè ſolvit argumenta contrariæ partis, neque ex levi fundamento ducitur ad id aſſerendum.* Quæ omnia adamuſſim quadrant Illuſtriſſimo Domino Laurentio Pires Carvalho, cujus ingenij acumen, & judicij, conſilijque maturitatem veneratur univerſa Luſitania, & qui tam clarè ſolvit argumenta oppoſita, & tam gravibus fundamentis ſuam firmat ſentẽtiam, quàm manifeſtè patet legenti hanc quæſtionem.

7 Quando autem Doctor opinionis ſingularis illis ornatur qualitatibus, reddit ſuam opinionẽ probabilem, etiamſi ſit cõtra communem: ita ex noſtris P. Molfeſius, & P. Paſqualig. & qui eos inter viginti-quatuor DD. citat P. Verricelli, *tom.* 1. *quæſt. mor. tr.* 2. *ſingul. q.* 5. P. Duard. *in cap. omnis utriuſque ſexûs* §. 3. *diſp.* 13. *ſect.* 2. *num.* 9. Favet etiam ex noſtris P. Dian. relatus à P. Paſqualig. *dec.* 2. *num.* 4. præter hos DD. Theatinos, idem tradiderunt plures alij, quos citat Moya *in ſelect. p.* 1. *tract.* 1. *q.* 4. *num.* 2. *& deinceps*, & alij, quos citat, & ſequitur P. Paſqualig. *in præallegata deciſ.* quibus addendus Bordon. *in propug. opin. probab. cap.* 11. *num.* 4. Leand. à Murc. *diſquiſ. moral. lib.* 1. *diſp. unic. reſol.* 15. Hozes *in explicat. propoſit. ab Alexand VII. damnatarum, propoſit.* 27. *num.* 6. & latiſſimè Lezan. *tom.* 4. *conſ.* 48. *per totum.*

8 Illuſtriſſimo Domino Cõmiſſario Generali ſubſcribunt ex Societate Jeſu, quinque Sacræ Theologiæ profeſſores, qui ejus ſententiam vocant probabiliſſimam.

Subſcribit P. Paulus à Voragine Capuccinorum Italorũ Vicarius, qui illam opinionem dicit probabiliorem.

Subſcribunt quinque Magiſtri ex ſacro Ordine Prædicatorum, qui eandem ſententiam aſſerunt probabiliſſimam.

Subſcribit ex ſacro Ordine Divæ Virginis de Mõte Carmelo Reverendiſſimus P. Fr. Thomas à Conceptione Sacræ Theologiæ M. doctiſſimus, & S. Officij Deputatus in Ulyſſiponenſi

S. Inquiſitionis Tribunali, qui affirmat ſententiam Domini Cõmiſſarij Generalis habere efficaciora, & urgentiora fundamenta.

Subſcribunt ex Congregat. Oratorij quatuor Sacræ Theologiæ profeſſores, qui eandem ſententiam vocant multis partibus probabiliorem.

Subſcribunt clariſſimi tam Sacræ Theologiæ, quàm Sacrorũ Canonum in Conimbricenſi Academia profeſſores (quorum judicium ſufficit ad faciendam opinionem probabilem, ut docet Caramuel *in Theologia Regulari num.* 3241.) aſſerentes validiora eſſe noſtræ ſententiæ fundamenta, quàm oppoſitæ.

Subſcribit Illuſtriſſimus Dominus Doctor Antonius Pereira da Sylva, S. Officij, & Tribunalis trium (ut vocant) Statuum Deputatus, qui eandem ſententiam vocat probabiliſſimam.

9 Ex his ſubſcriptionibus infero rurſus Domini Commiſſarij ſententiam eſſe certò probabilem, juxta ſatis probatam doctrinam Antonij Terilli *in fundamento totius Theologiæ moralis, ſeu tractatu de conſcientia probabili q. 6. aſſert.* 7. ubi ait: *Omnis opinio, quam tres, quatuorvè viri doctrinâ, & pietate præſtantes, poſt diligens examen abſolutè tradunt eſſe veram, aut etſi teneant oppoſitam, docent eſſe probabilem, eſt certò probabilis quoad nos.* Conſonant, quæ ante Terillum docuerat (ut alios prætercam) Honorat. Fabri *dialog. 4. de opin. probab. pag. 4. col.* 1. ibi: *Tot gravium Doctorũ ſuffragia evincunt rationem illam, quâ opinio quædam ſuleitur, probabilem eſſe, ſufficientem ſcilicet, quæ viros prudentes ad prudentem aſſenſum moveat: id enim prudenter fieri cenſetur, quod multi prudentes faciunt, & verò prudenter exiſtimãdum eſt, multos viros doctos prudenter de re aliqua ſentire, qui re ipsâ maturè, ac ex profeſſo diſcuſsâ in aliquo ſenſu conveniunt: undè re verâ colligitur rationem illam, quâ ducuntur, probabilem eſſe.*

10 Neq; dicas non adhibendam eſſe fidem Doctoribus, qui Domino Commiſſario Generali ſubſcripſerunt, eo quòd illorum teſtimonium non ſit typis mandatum, ac proindè tanti faciendum non ſit, ut cum Breſſero docet P. Paſqualig. *dec.* 372. nè, inquam, id dicas, quia teſtimonij impreſſio non addit probabilitatem opinioni, ut cum Marchant. docet P. Dian. *in opere coord. tom.* 8. *tract.* 1. *reſ.* 13. *exp.* 9. *tract.* 7. *reſ.* 60. & cum utroque Bordon. *in propugn. opin. probab. cap.* 5. *num.* 67. ergò per conſequens à contrario ſenſu non impreſſio teſtimonij non imminuet authenticam probabilitatẽ opinionis, *quia contrariorum contrariæ ſunt conſequentiæ*, ut docet ex noſtris P. Novarin. *in omnium ſcientiarum anima tom.* 2. *lib.* 18. *axiom.* 3782. *& ſi aliquid eſt verum*

rum de aliquo, & contradictorium eſt verum de contradictorio, ut docet idē P. Novarin. *ibid. axiom.* 3750.

11 Cùm autem ad conciliandam authoritatem alicui opinioni requirant AA. ſuppreſſo nomine, citati à Bordon. *ubi ſuprà num.* 56. quòd talis opinio fuerit ſcholaſticè tractata, hoc eſt, ſolidis rationibus firmata, cū reſponſione ad argumenta in cōtrarium; nec judicent ſatis eſſe, quòd talis opinio ſit approbata à pluribus DD. ſimplici aſſertione in fide inventoris: opinio Domini Commiſſarij Generalis minimè deſtituitur hoc robore, cùm pro illa doctè, & nervosè certaverint duo fulmina belli Theologici, ſcilicèt Illuſtriſſimus D. D. Fr. Joſephus de Oliveira Epiſcopus Angolenſis, & Reverendiſſimus P. Fr. Andreas à Regibus Carmelita Excalceatus, quorum ille eruditiſſimâ diſſertatione, libratis utriuſque ſentētiæ fundamentis, oſtendit ſentētiam D. Commiſſarij Generalis eſſe probabiliſſimam, ſolvendo argumēta pro oppoſita ſentētia adductâ: hic verò acutiſſimâ lucubratione, ponderatis etiam utriuſque ſententiæ momentis, acriter defendit aſſertionem D. Commiſſarij Generalis non eſſe opinionem, ſed ſcientificam cōcluſionem, moralem certitudinem inducentē. Undè non deeſt ſententiæ D. Commiſſarij, qui poſt ipſum eam ſcholaſticè diſputaverit, diſputatamque amplexus fuerit, cùm id aliundè præſtiterint duo illi clariſſimi Theologi; ac proindè quiſpiam tutè poteſt eam doctrinam ad praxim deducere, utpote probabiliorem (caſu, quo non ſit omnino certa, & moraliter evidens).

12 Immò adhùc quiſpiam poſſet illam tutè ad praxim deducere, & docēre, etiamſi eſſet minus probabilis, ut elicitur ex doctrina communi, quam ſequūtur ex noſtris P. Vitalis *in Arca vitali de opin. probab. num.* 45. P. Marcell. Megalius *in L.* 2. *inſtit. confeſſar cap.* 17. *num.* 33. P. Vericell. *in quæſt. mor. tract.* 2. *q.* 10. *num.* 3. P. Paſqualig. *dec.* 5. & 32. P. Nald. *verb. opinio in fin.* P. Delben. *p.* 1. *de immunit. cap.* 7. *dub.* 7. *ſect.* 4. P. Quart. *ſup. rubr. Miſſal. p.* 3. *tit.* 9. *ſect.* 1. *dub.* 3. *verſ. Probatur*, P. Dian. *in oper. coord. tom.* 8. *tract.* 1. *reſol.* 1. *exp.* 2. *tract.* 13 *reſ.* 1.

13 Cùm tot Doctorum teſtimonium ſit ſufficiens ad dandam ſententiæ Domini Cōmiſſarij Generalis probabilitatem ſaltem extrinſecam, ſeu authenticam, ſupervacaneum videbitur alios Doctores pro ipſa referre, nihilotamen minus aliquot AA. de novo citabo, qui ipſam docuēre, ut illius authoritas augeatur, ſaltem intenſivè, quod fit à pluralitate DD. ut obſervat P. Paſqualig. *dec.* 363. *n.* 3.

Proba-

Digitized by Google

§. II.

Probatur ulteriùs noſtra ſententia authoritate aliorũ Authorum.

14 Primus D. cujus authoritate de novo fulcitur noſtra ſententia, eſt Franciſc. Bard. *de Bull. Cruciat. p.4. tract. 4. cap. 4. ſect.2. num.* 9. ubi ait: *Si una, eademque Bulla pro pluribus defunctis poſſet applicari, impediretur ſubſidium pro bello contra infideles: ſi enim quis intentionem haberet indulgentiam hujus Bullæ applicare, v.g. pro tribus defunctis, unam pro illis ſumendo Bullam, diminueretur ſubſidiũ illud, quod reportaret Cruciata, ſi pro unoquoque diſtinctam ſumeret Bullam, plures ſolvendo ſtipes.* Ex quibus verbis patet Bardi ſenſiſſe quemlibet fidelem poſſe pro unoquoque defuncto diſtinctam ſumere Bullam, plures ſolvendo ſtipes; quod non fieret, ſi quilibet non poſſet accipere, niſi unicam Bullam.

15 Accedit, quòd ſi non poſſet accipi à quolibet fideli, niſi una tantùm Bulla, eſſet ferè inutile, quia plerumque impracticabile, immò contra pietatem, conſiliũ ipſius Bardi, qui morti proximo Author eſt *loco cit. n.* 11. ut mandet hæredibus, ut pro ipſo jam defuncto Bullam hanc accipiant. Nam ſi ab uno fidelium non poteſt accipi, niſi una Bulla defunctorum quolibet anno, ſequeretur, quòd ſi hæredes eo anno, quo teſtator decedit, jã accepiſſẽt ſinguli ſingulas Bullas pro ſuis defunctis, jam nullus eo anno poſſet exequi mandatum teſtatoris; unde in hoc caſu cõſilium Bardi eſſet impracticabile, ac proinde inutile. Quod etiam eſſet contra pietatem, oſtẽditur: quia impediret ſubveniri animabus, quibus hæredes fortaſſe magis obſtringerentur, quàm illi teſtatori; & ſic accipiendo Bullam pro illo fortaſſe extraneo, privarentur poteſtate ſubveniendi hoc medio parentibus, conjugibus, filijs, & fratribus; & tandem non poſſet quiſpiam in hac parte eſſe in eodem anno executor duplicis teſtamenti: unde ſi eodem anno duo homines morerentur, qui unum v. g. Petrum inſtituerẽt hæredẽ, non poſſet uterque moriturus mandare Petro, ut pro utroque jam mortuo eodem anno ſumeret Bullas defunctorum: ergò nè dicamus Bardi dediſſe conſilium inutile, affirmandum eſt ipſum ſenſiſſe poſſe à quolibet fideli unoquoque anno ſumi plures Bullas pro totidem defunctis.

16 Secundus Doctor, cujus authoritate roboratur noſtra ſẽtentia, eſt P. Dian. *tom. 4. oper. coord. tract. 3. reſ.* 177. *ex p.* 11. *tract.2. & Miſcell.2. reſol.*43, ubi deſcriptis verbis Bardi, quæ nos ſuprà tranſcripſimus, addit in fine §. 4. *Ego non recedo à ſententia P. Bardi, cùm ſit magis conformis*

nis citatæ Bullæ. Et *in princip. reſolutionis §. 1.* dixerat: *Ego interrogatus de hoc caſu negativæ ſententiæ amiciſſimi P. Bardi olim adhæſi, qui in Bulla Cruciatæ p. 4. tr. 4. c. 4. ſect. 2. n. 9. ſic ait, &c.* Cùm igitur in hoc caſu P. Dian. juret in verba Bardi, dicendus eſt ſenſiſſe idem, quod Bardi in hoc loco, qui ab ipſo P. Diana citatur; ſed Bardi hoc loco, ut oſtendimus, ſenſit quēlibet fidelem poſſe quolibet anno accipere plures Bullas defunctorum pro pluribus defunctis: ergò idem ſenſit P. Diana.

17 Tertius Author, qui noſtram ſententiam confirmat, eſt Vincentius Antonius Ybañes de Aoiz, qui, ut conſtat ex ſequentis operis verſione Hiſpana, eſt Anonymus ille, qui compoſuit octavum librum Medullæ Hermani Buſembaun, hoc eſt, tractatum de Bulla Cruciatæ, qui ad calcem illius libri adjectus eſt: qui Author *cap. 3. dub. 1. in reſpõſione ad 5. quæſitum* loquendo de Bulla defunctorum, ait: *Qui accipit hoc ſummariũ, poteſt quidquid illi, qui vadunt, vel mittuntur ad bellum contra infideles; ſed illis conceditur, quòd poſſint applicare indulgentiam animabus Purgatorij per modum ſuffragij, quin coarctentur, ut tantùm applicent animæ (quamvis cõmuniter fidelium praxis uni applicet): ergò & ille poterit pluribus applicare.*

18 Non allego hunc Authorem pro noſtra ſentẽtia, propter ultima hujus clauſulæ verba, quæ ſcio alium habere ſenſum: quia reſpõdent illi *quæſit. 5.* ſcilicèt an poſſit accipi Bulla pro pluribus animabus, aut pro omnibus, ut inter eas dividatur indulgentia, per quam anima una poterat à pœnis eripi, qui caſus eſt diverſus à ſtatu noſtræ quæſtionis; ſed ideò illum allego, quia in principio clauſulæ docet accipientem Bullam defunctorum, poſſe circa indulgentias obtinendas, quidquid poſſunt illi, qui vadunt, vel mittuntur ad bellum contra infideles: unde ex hac authoritate ſic argumentor: Qui accipit Bullam defunctorum, poteſt quidquid poteſt, qui vadit, vel mittitur ad bellum contra infideles, ut docet doctus iſte Anonym. *loco cit* ſcilicèt, tãtùm poteſt per Bullæ acceptionem, quantùm qui vadit ad bellum contra infideles poteſt per contritionem, & confeſſionem; ſed qui vadit ad bellum contra infideles poteſt aſſequi indulgẽtiam plenariam pro ſe (& per conſequens pro defunctis) totiès quotiès contritus, & confeſſus fuerit, ut tradit idem Anonym. ibid. *cap. 1. art. 2. in reſponſione ad quæſitum* 3. ibi: *In opinione benigniori totiès, quotiès pœnituerit eos, & confeſſi fuerint intra annũ, quo ſunt in exercitu, lucrabuntur illam; quia contritio, & confeſſio jubentur ut media requiſita; & indulgentia conceditur abſolutè, non coarctata ad unam vicem; ita*

neque

neque nos illam coarctare debemus: *Mendo* disp. 6. num. 52. *Villalob.* *Rodrigues*, *Diana* tract. 11. res. 109. Ergò ex mẽte hujus Anonymi, qui accipit Bullam defunctorum, potest illam accipere totiès, quotiès voluerit, pro tot defunctis, quòt voluerit juvare: sicuti potest, qui vadit, vel mittitur ad bellum contra infideles; ut tradit Mend. de *Bull. Cruciat. disp.* 12. *cap.* 2. *num.* 15. ibi: *In sententia, quæ communior est, tuẽte, hanc indulgentiam Bullæ, de qua in præsenti agimus* (agit autẽ illic de indulgẽtia euntium ad bellũ cõtra infideles) *posse totiès, quotiès obtineri, durante anno expeditionis, dùm in eo ponantur requisita, consequenter asserẽdum est, totiès, quotiès fiat applicatio pro defuncto, animam à Purgatorio liberari, & ita tenet Trullench.*

19 Quartus Doctor, cujus calculo nostra sententia probatur, est proximè citatus Mendo, qui *disp.* 28. *num.* 2. ait: *Pro quolibet defuncto unica Bulla defunctorum à singulis accipi potest.* Non posset autem accipi pro quolibet defuncto unica Bulla, si daretur aliquis defunctus, pro quo non posset accipi Bulla ab eodem vivo, sed hoc accideret casu, quo quispiã vivus, eo quòd jam sumpserat unam Bullam pro primo defuncto, non posset sumere aliam pro secundo, undè cùm tunc non posset ab illo vivo accipi vel unica pro secundo, falsum esset dicere illum vivum posse sumere Bullam defunctorum pro quolibet defuncto, quia hæ duæ propositiones, unus vivus potest sumere Bullam pro quolibet defuncto, & unus vivus non potest sumere Bullam pro secundo defũcto, sunt contradictoriæ, quarum una necessariò est vera, & altera falsa, ut sanctum est apud Logicos: si ergò juxta Mend. illa universalis est vera, *pro quolibet defuncto potest accipi una Bulla*: necessariò debet esse falsa illa particularis, seu singularis, *pro secundo defuncto non potest accipi una Bulla*: ergò Mendo stat pro nostra sententia.

20 Quod ulteriùs declaratur ex ijs, quæ scripsit *disp.* 36. *cap.* 3. *num.* 22. ubi tradens rationem, quâ possent multæ animæ liberari ab igne Purgatorio, ait: *Rursus, quilibet sumeret, quòtquòt Bullas posset defunctorum, prætereaque simul in omnibus altaribus privilegiatis pro defunctis Missæ celebrarentur, præstarenturque alia hujusmodi, de facto evacueretur Purgatorium: sed respõdeo, si hæc omnia ita fierent, numerusque animarum Purgatorij non esset maior, quàm qui per ea media liberari à pœnis posset, fateor illud fore evacuandum.* Ergò supponit Mend. posse sumi ab unoquoque fideli non solùm eodem anno, sed eodem die, quamplurimas Bullas defunctorũ pro pluribus defunctis, singulas pro singulis, ut opus erat ad evacuãdum Purgatorium: quod non fieret

Digitized by Google

fieret, ſi hæ Bullæ inutiliter ſumerentur ab uno vivo pro pluribus, quàm pro uno defuncto.

21 Si adhuc quiſpiam obſtinatè negaverit hæc hujus Doctoris verba apertè adſtruere noſtram ſententiam, dixeritq; hactenus non liquêre illius mentem, à nemine meliùs doceri poterit de ſententia doctiſſimi Mẽdo, quàm ab ipſomet Authore non minùs diſerto, quàm erudito; illum igitur audiamus pro ſacris roſtris palàm docentem ſententiam, quam in ſchola profeſſus eſt; ait enim *in tom. ſermon. var. edit. Matritenſ. anno* 1667. *ſerm.* 6. *qui eſt in publicat. Bull. Cruc. pag.* 139. *n.* 10. ibi:

Si deſeais librar de las penas, que padecen en el Purgatorio las animas de vueſtros parientes, amigos, y qualeſquiera otros, y nó os allais con fuerças para hazer obras cõ que ſatisfagais por ellas, os concede el Pontifice, que por cada una de las animas podais tomar una, y dós Bulas de difuntos, y aplicada a ellas la indulgencia plenaria per modo de ſufragio (no de abſolucion, que como no ſon ſubditos al Pontifice, no puede abſolverlas de las penas) ſaldran libres de aquellos tormentos, a gozar eternos deſcanſos.

Neſcio quid clarius afferri poſſit pro noſtra ſententia, quàm illa verba: *Concede el Pontifice, que por cada una de las animas podais tomar una, y dós Bulas de difuntos.* Ergò conſtãs eſſe debet doctiſſimum Mend. tenuiſſe, & docuiſſe noſtram ſententiam.

22 Quintus Doctor noſtram ſententiam amplectens eſt Fr. Martinus de Torrecill. *qui in ſum. moral. tom.* 2. *tract.* 4. *diſp.* 4. *cap.* 2. *num.* 63. ait:

El que toma la Bula bien conoce, ó deve de conocer, que no todas aquellas almas han de ſer libradas del Purgatorio por ſola aquella Bula, peró ó porque no tiene para tomar muchas Bulas, ó porque no las quiere tomar, y por otra parte deſea hazer bien a muchos difuntos; por eſſa cauſa toma una Bula por todos ellos, para que cada uno dellos participe algun alivio de ſus penas.

Et *num.* 64. ait:

Eſto pende de la intencion del aplicante, el qual aſſi como podia libremente no tomar Bula alguna de difuntos, y tomar muchas.

Et *num.* 65. loquens de Mend. proximè citato, ait:

De donde dize, que el alabaria a

los pobres, que no pudiẽdo a cauſa de ſu pobreza tomar muchas Bulas, y tienen conjuncion con muchos difuntos por conſanguinidad, agradeci miento, ó amiſtad, ſi applicaſſen por todosellos la Bula que toman.

Num. autem 67. dicens ſe omnia ſupra dicta ſumpſiſſe ex Mendo, concludit:

Aſta aqui el ſobredicho Mendo, con el qual me conformo en todo.

23 Quando autem in favorem noſtræ ſententiæ advocavimus Mendo, non ſolùm quâ Theologum, ſed etiam quâ oratorem, injurius eſſem duobus celeberrimis noſtri Regni concionatoribus, immò magno pondere authoritatis fraudarem ſententiam noſtram, niſi illorum teſtimonia ad eam confirmandam in medium proferrem.

24 Horum primus (qui erit ſextus Author pro noſtra ſentẽtia de novo citatus) eſt Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus D. D. Fr. Chriſtophorus de Almeida ex Eremita Auguſtinianus Epiſcopus Martyrienſis, vir ſacrâ in Theologiâ, ac eloquentiâ clariſſimus, qui *tom. 1. ſerm. varior. ſerm. 4. qui eſt de Bulla Cruciatæ, pag.* 64. ait:

Tem finalmente o ſeu remedio na Bulla as almas do Purgatorio; porque por cada huma das almas podeis tomar huma, & duas Bullas de defuntos, &c.

Et *tom. 2. ſerm.* 12. *qui etiam eſt de Bulla Cruciatæ, pag.* 230. ait:

Quereis finalmente remedio para que as almas dos voſſos defuntos, que eſtaõ nas penas do Purgatorio, ſe aliviem das ſuas penas, ſayão daquella priſaõ para a Bemaventurança a gozar da viſta de Deos? tomay por cada huma deſtas almas hũa, ou duas Bullas de defuntos: qui vult accipiat: *& applicay a indulgencia plenaria, que vos concede o Pontifice Supremo ſomente por modo de ſuffragio, porque nam póde ſer por modo de abſolviçaõ; applicay, digo, eſta indulgencia áquellas almas, & ſahirám daquelles grandes tormentos a gozar os eternos deſcanços: he logo o beneficio da Bulla muy ajuſtado à noſſa vontade, & por iſſo hum tam raro, & tam grande beneficio.*

Ubi vides eandem docuiſſe ſententiam, quam modò defendimus Illuſtriſſimũ Epiſcopũ Martyrienſem.

25 Alter ex duobus concionatoribus (qui erit ſeptimus Author

thor pro noſtra ſententia de novo citatus) eſt magnus ille vir toto orbe celeberrimus inter Oratores noſtri ſæculi , facilè princeps, eloquentiſſimus , & omnium diſciplinarum genere inſtructiſſimus , mihi ſemper ſummâ cum laude, & veneratione nominandus P. Anton. Vieira, qui *tom.* 1. *ſerm.* 14. *qui eſt de Bulla, col.* 1006. ait :

Finalmente deveis a Deos as penas dos voſſos peccados , que ſois obrigados a pagar , ou neſta, ou na outra vida , como as eſtão pagando as do Purgatorio , dos quaes igualmente vos compadeceis, ou pelas obrigaçoens do ſangue, ou pelas de Chriſtão : abri o ſeptimo ſello, aperuit, *& achar-vos-heis rico de tantas abundãcias de graças , & indulgẽcias , que plenaria, & pleniſsimamente poſſais ſatisfazer por vós , & por todos os defuntos, a quem ſe eſtender a voſſa charidade.*

Notatu digniora ſunt illa poſtrema verba : *Por todos os defuntos, a quem ſe eſtender a voſſa charidade* : quibus docetur quemlibet poſſe ſuſcipere Bullas pro tot defunctis, quot voluerit, alias enim non poſſet quis ſatisfacere pro tot defunctis, quot eſſent ij , ad quos ſe extenderet cujusq: charitas.

26 Neque dicas hæc Oratorum teſtimonia nihil valere in re Theologica , & ad ſummum teſtari de facto, non de jure ; hoc eſt, teſtari eos Commiſſarios Generales , coram quibus ſermonem habuêre, tenuiſſe etiam illos noſtram ſententiam ; eamque publicari juſſiſſe per ipſos Prædicatores : ne, inquam, id dicas , quia in primis iſti duo Oratores fuerunt in utrâque Theologiâ verſatiſſimi; deinde ſufficit ipſos teſtari de facto, ut ex eorum authoritate deducatur efficax noſtræ aſſertionis probatio , quia jam habetur etiam alios Commiſſarios Generales explicaſſe Bullam , ejuſque ſummarium in eo ſenſu , quo interpretatur Illuſtriſſimus D. Laurentius Pires Carvalho, qui proindè argui non poteſt novitatis in iſtiusmodi interpretationibus. Accedit , quòd etiam ex facto multæ terminantur quæſtiones etiã quoad veritatem, ut ex Mercoro , Terillo , & Araujo tradit Moya *in ſelect. p.* 1. *tract.* 1. *q.* 9. §. 28. & Paſqualig. *deciſ.* 363. *num.* 6. ſed oſtendere efficaciam hujus argumenti deducti à facto Commiſſarij, non eſt hujus loci ; pergamus igitur ad tertiam claſſem Doctorum, quorum teſtimonio noſtra ſententia probatur.

Digitized by Google

§. III.

Probatur noſtra ſententia authoritate aliquot Doctorum, qui pro contraria allegantur.

27 Ultima probatio authẽtica noſtræ aſſertionis habetur ex teſtimonio DD. qui pro oppoſita ſententia allegantur. Primus Author, qui pro contraria parte allegatur, eſt Fr. Ludovicus à Cruce; hunc Authorem fateor me non habuiſſe penes me, cùm hæc ſcriberem; ſed cùm jam allegetur pro noſtra ſententia ab Illuſtriſſimo Domino Cõmiſſario Generali *num.* 61. & ab Illuſtriſſimo Domino Epiſcopo Angolenſi, nihil à nobis circa hunc Authorem addendum exiſtimavi.

28 Secundus Author contra nos allegatus eſt Fr. Emmanuel Rodrig. etiam non eſt audiendus, cùm ſcripſerit ante Bullam Gregor. XIV. Nam expoſitio Bullæ edita ab hoc Authore fuit approbata die 9. Novembr. anno 1586. ut patet ex atteſtatione Fr. Joan. de Rada, cui cõmiſſum fuit hujus libri examen, ut videre eſt in illius veſtibulo, & Bulla Gregor. XIV. edita fuit die 6. Aprilis anno 1691.

29 Tertius Author contra nos allegatus eſt doctiſſimus Martinus Carrillo; ſed hic apertè nobis favet, ut conſtat ex illius *explicatione Bullæ defunctorum p. 2. cap. 9. num.* 6. ubi ait:

Entre las obras más gratas a las animas, y entre los ſufragios, que por ellas ſe hazen, ninguno ay más pronto, que la Bula de difuntos, que en qualquier hora, y en qualquier dia, y punto ſe puede aplicar, y a ellas ſe les comunica.

Non diceret autem Carrillo Bullam defunctorum eſſe remedium maximè promptum, & quòd poſſet adhiberi quolibet die, qualibet hora, & quolibet momento, ſi uno anno non poſſet accipi, niſi una Bulla defunctorũ, vel altera; ſed hanc Bullarum multiplicitatem clariùs aſtruit idem Carrillo *cap. præcedenti n.* 10. ubi ait:

Aſsi miſmo podria uno, ó muchos en un dia tomar tantas Bulas de difuntos, que fueſſen tantas, quantas animas ay en el Purgatorio, y aſsi quedaſſen todas libres.

Si igitur ex mente Martini Carrill. poteſt unus homo uno die ſumere tot Bullas defunctorum, quot animæ cruciantur in Purgatorio igne; benè ſequitur hujus Authoris mentem non eſſe aſſerere non poſſe quolibet anno ſumi à quolibet fideli ultra duas Bullas in Caſtellæ Regnis, vel ultra unam in Regnis Luſitaniæ:

ergò

ergò non eſt nobis contrarius Carrillo.

30 Quartus Author cõtra nos allegatus, eſt Joan. Ægid. Trullench, qui licèt videatur concedere tantùm poſſe accipi unam, vel alteram Bullam, tamen concedit poſſe quemlibet eodem anno lucrari plures indulgentias plenarias pro defunctis, ut videre eſt in ejus *expoſit. Bullæ S. Cruciatæ, lib.* 4. *dub.* 11. *num.* 2. ubi ait: *Hoc tamen adverte, eum, qui pro defuncto in bellum proficiſcitur, non tantùm ſemèl, ſed etiam pluriès poſſe hanc indulgentiam cõſequi pro defuncto, ſicuti poteſt pro ſeipſo, quando per ſe in bellum profectus eſt.* Numero autem tertio ait indulgentiam Bullæ defunctorum eſſe eandem, quæ conceditur proficiſcẽtibus ad bellum; ſi igitur proficiſcens ad bellum poteſt ex mente Trullench lucrari indulgentiam pro defunctis totiès quotiès, quare cùm indulgentia Bullæ defunctorum ſit eadem (juxta eundem Trullench) atque illa, quæ conceditur proficiſcentibus ad bellum, pro defunctis non acquiretur totiès quotiès? Ergò non eſt nobis omnino contrarius Trullench.

31 Quintus Author contra nos allegatus eſt P. Anton. de Eſcobar, & Mendoça, eo quòd *lib.* 7. *Theolog. moral. ſect.* 1. *cap.* 26. *num.* 434. ait: *Poteſt hæc Bulla bis in anno ſumi, & bis defuncto ipſi, quem vivens eligit, applicari.* Si hæc verba ſufficiunt, ut intelligamus Eſcobar docuiſſe non poſſe unum pro pluribus Bullas ſuſcipere, cur non dicemus ipſũ concedere, ut unus pro pluribus poſſit Bullas ſuſcipere; *cùm num. ſequenti* dicat: *Gallus in Hiſpania repertus, ſicut pro ſe, ita pro ſuis defunctis Bullam accipere poteſt?* Nam ſi ideo dicẽdus eſt docuiſſe Bullam, ſolùm accipi poſſe pro uno defuncto, quia dixit *num.* 434. defuncto ipſi in ſingulari, quare non eſt dicendus docuiſſe Bullam poſſe accipi pro pluribus defunctis, cùm 435. dixerit *pro ſuis defunctis* in plurali? Sed ut verum fatear, neutra ſententia habet in hoc Authore magnum Patronum.

32 Sextus Author contra nos allegatus, eſt Thomas Tambor. ſed hunc rectè explicat D. Commiſſar. Generalis *num.* 70. undè nihil in illo operæpretium eſt immorari.

33 Septimus Author contra nos allegatus eſt P. Fr. Emmanuel à Sylva; verùm in primis hic Author nititur falſo fũdamento, dùm *diſp.* 4. *art.* 2. *num.* 16. detorquet violentiſſima interpretatione verba ſummarij,

E livrará tantas almas, por quantas der a dita eſmola, & fizer a tal applicaçaõ.

Addendo: *Verba enim Commiſſarij ſolùm ſe habent per modum explicationis ſufficientis indulgẽtiæ,*

non verò per modum declarationis: intẽdit enim dicere Cõmiſſarius cõcedi indulgẽtiã ratione unius eleemoſynæ, quæ ſufficit ad liberandam animam totaliter à pœnis. Unde cùm Dominus Cõmiſſarius Generalis jam declaraverit verba ſummarij non admittere eum ſenſum, corruit illud fundamentum P. Sylvæ preſſum pondere authoritatis tam juridicæ interpretationis. Quâ de cauſâ P. Sylva veritatis, quàm ſuæ opinionis amãtior, cecinit palinodiam, ut vidimus in concluſionibus impreſſis, ab ipſoque publicè propugnatis *die* 11. *Januar. an.* 1696. nam *in* 2. *concl.* hæc habet: *Nobis aliquando placuit illa ſententia aſſerens Bullam defunctorũ poſſe tantùm ab unoquoque vivorum ſuſcipi bis in eodem anno, primã pro primis ſex menſibus, ſecundam pro ſecundis: Bullamque defunctorum nihil aliud eſſe, quàm facultatem indulgentias vivorum applicandi etiam per modum ſuffragij: ſed ex decreto Domini Commiſſarij nuper emanato dicendum eſt poſſe quemlibet ſuſcipere tot Bullas defunctorum, quot voluerit.* Quam prioris ſententiæ retractationem dicendus eſt hic Author edidiſſe non ex levitate, aut ob reverentiã debitã D. Cõmiſſario, ſed inhærendo ſuis principijs; nam in eodem *tract. diſp.* 2. *art.* 6. *num.* 4. ait ridiculum eſſe dubitare de explicatione Commiſſarij, ibi: *Dices hanc explicationem eſſe à Commiſſario, & non à Pontifice. Sed reſpondetur hanc eſſe ridiculam ſolutionẽ, nam in explicatione Bullæ, & privilegiorum illius habet ſe Commiſſarius tanquam ſpecialis Delegatus Papæ, & ſicut credere tenemur, ita Pontifex tenetur ex æquitate ſtare pro illius explicatione.*

34 Ex quibus manifeſtè colligitur Sylvam non ſtare pro contraria ſententia, ſed ad partes noſtras tranſijſſe. Unde patet ſentẽtiam nobis oppoſitam non defendi à tot Patronis, quot exiſtimantur; noſtramque tantam habere probabilitatem authenticam, & extrinſecam, ut maiorem in hoc genere nõ deſideret. Quapropter gradum facimus ad oſtendendam illius probabilitatem rationalem, ſeu intrinſecam.

SECTIO II.

Probatur noſtra ſententia à ratione.

35 Aſſerta jam in ſuperiori ſectione probabilitate authentica, ſive extrinſeca noſtræ ſententiæ, accingimur ad oſtendendam illius probabilitatem rationalem, ſive intrinſecam, quod præſtabimus (omiſſis, ne actum agamus, validiſſimis rationibus, quibus uſi ſunt Illuſtriſſimi Domini Commiſſarius Generalis, & Epiſcopus Angolenſis, & Reverendiſſimus P. Fr. Andreas à Regibus) deducendo noſtra argumenta ex quatuor cauſis ipſius Bullæ, ſcilicet ex illius cauſa materiali,

Digitized by Google

teriali, ex cauſa formali, ex cauſa finali, & denique ex cauſa efficienti, variato nonnihil ſolito ordine illas enumerandi, quò ſolidiora argumenta, in poſteriorem locum, ut par eſt, reſervemus.

§. I.

Stabilitur noſtra ſentētia rationibus petitis ex cauſa materiali Bullæ Cruciatæ.

36 Cauſa materialis Bullæ Cruciatæ *eſt aggregatum omnium illarum gratiarum, ſeu indultorū, quæ in eâdem Bulla continentur*, ut docet Bardi *de Bulla p. 1. tract. 1. cap. 1. num. 9.* Inter plurimas gratias, quæ continentur in Bulla, prima eſt conſtituere quandam confraternitatem ex omnibus fidelibus, qui accipiunt Bullam. Secunda eſt concedere indulgentias, & has aut accipiēdas à vivis, aut applicandas defunctis. Ex his omnibus argumenta eruemus. Unde

37 Probatur 1. ex conſideratione confraternitatum: quia eſt juxta conſuetudinem Sedis Apoſtolicæ concedere confraternitatibus plures indulgentias plenarias eodem anno applicabiles pro defunctis, ut patet inductione: nam confraternitas corrigiatorum S. Auguſtini, habet innumerabiles indulgentias plenarias quolibet anno applicabiles pro defunctis, ut conſtat ex Bulla Clem. X. data die 27. Martij an. 1675. cujus verba ſūt: *Utque omnes, & ſingulæ indulgentiæ præfatæ animabus Chriſti fidelium, quæ Deo in charitate conjunctæ ab hac luce migraverint, per modum ſuffragij applicari poſſint, indulgemus.* Quæ verba ſubjunxit ſummario indulgentiarū, quod hodie publicatur, & approbato à Sacra Congreg. Cardinal. indulgentijs, reliquijſque præpoſitæ, die 5. Julij anni 1678. & ex ſummario edito à P. Fr. Anton. de Aragaō *pag.* 21. conſtat eos confratres, qui viſitaverint altare confraternitatis, quolibet die, quo id præſtiterint, liberare unam animam à Purgatorio.

38 Deinde confraternitas Chordigerorum S. Franciſci habet quolibet anno tredecim indulgentias plenarias applicabiles defunctis, ut conſtat ex Bulla Pauli V. die 11. Martij anno 1607. cujus verba poſt enumeratas indulgentias ſunt: *Inſuper eiſdem confratribus, & ſororibus, ut ſupra dictas indulgentias, & gratias ſpirituales conſequi, & illas animabus defunctorum per modum ſuffragij applicare poſſint, per præſentes concedimus, & indulgemus.*

39 Ulterius confraternitati B. Virginis de Monte Carmelo conceſſit Paul. V. quolibet anno tredecim indulgentias plenarias, quas poſſe applicari defunctis conceſſit Clem. X. die 2.

Januar. anno 1671. ut constat ex Summario approbato à Sacra Congr. indulg. & SS. Reliq. die 22. Martij ann. 1678. relato *in supplemento Theatri Regularium* Angeli à Lantusca *verbo Indulgentia, pag.* 749.

40 Tandem Confraternitati Rosarij concessum est, ut quicumque defunctus, qui ipsi post mortem adscriptus fuerit, erogatâ certâ eleemosynâ indulgentiam lucretur plenariam, ut ex Bulla Alexandri VI. docet Fr. Petrus Dias de Cossio Ord. Prædicator. in lib. cui titulus, *Catecismo con el Rosario cap.* 10. *num.* 75. *pag.* 250. Sed accipientes Bullam Cruciatæ sunt quædam Confraternitas, ut suspicatur Henriq. *lib.* 7. *de Indulg. cap.* 30. *in gloss. lit. E.* ibi : *Fortè tamen Bulla Cruciatæ inter eos, qui Bullam capiunt, facit confraternitatem quandam, & sibi invicem communicant speciali intentione satisfactionum, & Orationum impetrationem.* Ergò est juxta consuetudinem Sedis Apostolicæ concedere accipientibus Bullam Cruciatæ quamplures indulgentias eodem anno applicabiles pro defunctis ; præsertim cùm indulgentiæ Cruciatæ sint concessæ propter excellentiorem causam, altioremque finem, quàm reliquæ indulgentiæ, ut fatentur omnes, & observavit Cossius *in cit. lib. de Rosario cap.* 12. *num.* 1. *pag.* 287. Si igitur est de consuetudine Sedis Apostolicæ concedere tot indulgentias applicabiles defunctis intuitu inferiorum causarum, & finium, quos habent confraternitates, cur erit contra consuetudinem Sedis Apostolicæ cõcedere plures indulgentias applicabiles defunctis intuitu causæ, & finis altissimi, quem habet Bulla Cruciatæ?

41 Accedit, quòd argumẽtum deductum à Confraternitatibus ad Bullã Cruciatæ est adeò efficax, ut Nogueira Author sanè rigidissimus illo usus fuerit ad probandum in Bulla Cruciatæ concedi unam indulgẽtiam plenariam in vita, alteram in mortis articulo, eo quòd ita accidat in confraternitatibus : audiamus ipsum Nog. *disp.* 8. *sect.* 1. *n.* 8. ibi : *Omnibus confraternitatibus, quæ Bullas habent à Summo Pontifice, ad minus conceditur una Indulgentia plenaria, & alia in mortis articulo : ergò dicendum non est, quòd hæ non concedantur sumentibus Bullam.* Ex quibus verbis sic argumentor contra P. Nog. qui semper pro virili nititur restringere Bullæ Cruciatæ privilegia : ex eo quòd confraternitatibus cõcedatur indulgẽtia plenaria semel in vita, & semel in mortis articulo, dicẽdum non est, quòd hæ non concedantur sumentibus Bullam : ergò ex eo quòd confratẽrnitatibus conceditur applicare plures indulgentias plenarias pro defunctis, dicendum non est, quòd plures

in-

indulgentiæ plenariæ, quàm duæ, vel tres applicabiles pro defunctis non cõcedantur ſumentibus Bullam.

42 Probatur 2. ex ratione interpretandi indulgentias: quia clauſulæ continentes indulgentiam debent interpretari latè, ut docent *Gloſ. in Clem. unic. de Relig. & vener. SS.* Sylveſtr. Angel. Cordub. Bolog. Felin. Fagnan. Sylvius, Cotton. Palaus, Nugnus, quos citat, & ſequitur eruditiſſimus Paſſerin. *tract. de Indulg. q.* 93. *per totum*, præſertim *num.* 706. quibus addend. Suar. *de Pœnit. diſp.* 56. *ſect.* 2. præſertim *n.* 8. & 10. Mend. *de Bull. Cruc. diſp.* 1. *num.* 49. Quintañadueñ. *tom.* 1. *ſing. tract.* 2. *append. dub.* 4. *in fin.* Henriq. *lib.* 7. *cap.* 30. *num.* 9. *lit. Y.* cujus verba ideo afferam, quia cĩtatur à Mendo pro ſententia contraria, licèt quoad hoc immeritò: ait ergò, ibi: *At circa commutationem liberâlem de theſauro (quæ nihil habet contrà jus commune, nec cedit in præjudicium tertij) indulgentia eſt ampliè extendenda.* Immò *in Gloſ. hujus lit. Y.* ait: *Nec contradicunt, qui aiunt ſuprà lit. Q. indulgentiam eſſe ſtrictè interpretandam*

43 Vides quàm immeritò citetur à Mendo pro contraria ſententia? Niſi fortè intelligendus ſit Henriq. voluiſſe indulgẽtiam ſtrictè interpretandam eſſe quoad aliquos actus, ut obſervat Nog. loco infrà citando: addendus etiam Bonacin. quem citat, & ſequitur Nog. *diſp.* 1. *ſect.* 10. *num.* 76. & *diſp.* 6. *ſect.* 4. *num.* 44 dicit noſtram ſententiam eſſe probabiliorem Gobat. *de Indulg. p.* 1. *cap.* 5. *num.* 46. ubi pro hac ſententia citat, & (ut vidimus) meritò Henriq. & latiùs *tract.* 3 *cap.* 5. *num.* 24. & 25. ubi citat etiam pro hac ſententia Sanctarellum, P. Fr. Emman. à Sylva *tr. de Bull. Cruciat. diſp.* 1. *art.* 2. *n.* 18. & *ſeqq.* Filliuc. *tract.* 8. *cap.* 9. *num.* 229. ex noſtris verò P. Duard. *in Comm. in* §. 1. *cap. omnis utriuſque ſexus, diſp.* 10. *ſect.* 2. *num.* 4. & *ſeqq.* & maximè *num.* 17. Sed clauſulæ concedentes Bullam defunctorum ſunt clauſulæ continentes indulgentiam, ut patet: ergò clauſulæ concedentes Bullam defunctorum debent explicari latè; & amplè, ſed non explicarentur latè, & amplè, ſi unam tantùm Bullam defunctorum concedere intelligerentur: ergo dicendum eſt per illas clauſulas non ſolùm unam, ſed plures Bullas prò defũctis concedi.

44 Accedit, quòd etiamſi olim fortaſſe deberent interpretari indulgentiæ ſtrictè, cùm eſſent odioſæ, quia per nimias indulgentias ſatisfactio ſacramentalis enervabatur, *cap. cum ex eo de pœnit. & remiſſ.* attamen modò (verba ſunt P. Paſqualig. *de ſacrif. nov. leg. q.* 750. *num.* 3.) non habet locum illa ratio, quòd ſint odioſæ, quia enervatur ſatisfactio ſacramentalis per nimias indul-

dulgentias ; nam in his temporibus non fit compenſatio ſatisfactionis ſacramentalis per indulgentias. Denique dato quòd hæc ratio valeret, non haberet locum in præſenti, quia agitur de indulgẽtia pro defunctis, in quibus non habet locum enervatio ſatisfactionis ſacramentalis.

45 Probatur 3. ex multiplicitate indulgentiarum lucrabilium virtute Cruciatæ : quia tot Bullas poteſt quis accipere pro defunctis, quot indulgentias poteſt lucrari pro ſe ipſo. Ita adverſarij noſtri, quorum hoc eſt potiſſimum fundamentum, ut videre eſt apud Abreu *de inſtit. Parochi lib.* 10. *cap.* 13. *ſect.*7. *n.* 1078. ibi : *Totiès, quotiès temporibus illis, quibus conceditur vivis poſſe ſibi lucrarì indulgentiam plenariam, poterit eadem lucrari pro defunctis.* Nog. *de Bull. Cruciat. diſp.*26. *ſect.*32. *num.*368. ibi: *Totiès quis animas liberabit, quotiès pro ſe ipſo poteſt indulgentiam plenariam lucrari.*

46 Sed uno anno quilibet fidelis poteſt lucrari pro ſe ipſo plures indulgentias plenarias, quàm duas ; nam in primis abſq; dubio poteſt lucrari unam indulgentiam plenariam, qui accipit Bullam, & rurſus ſecundam poſt ſex menſes, ſi accipiat etiam chirographum, & tandem tertiam, ſi eodem anno ſubeat articulum mortis. Deinde quotieſcumque cõfitebitur peccata ſua, poterit recipere à confeſſario indulgentiam plenariam, ut habetur *ex Bulla Plumbea*, ibi :

Alijs verò eidem Sedi non reſervatis caſibus, quotiès confitebuntur, abſolvere, ac pro modo culpæ pœnitentiam ſalutarem injungere, plenamque omnium peccatorum ſuorum remiſsionẽ impendere.

47 Quæ verba important indulgentiam plenariam à confeſſario ex delegatione Papæ cõcedendam pœnitẽti totiès, quotiès confitebitur ; nam plena peccatorum remiſſio nihil aliud eſt, quàm indulgentia plenaria ; ſicuti idem eſt remiſſio, atque indulgentia, ut cum pluribus docet Paſſerinus *de indul. q.* 1. *n.* 5. & eleganter doctiſſimus Fr. Martin. Ledeſm. olim in Conimbricenſi Academia Primarius Sacræ Theologiæ Profeſſor *in t.* 4. *quæſt.*27. *art.*1. *fol.* 369. *col.* 3. ibi : *Idem eſt indulgentia peccati, & remiſſio peccati : hoc probatur ex illa Extravag. Antiquor. nam quod illa extravagans in principio appellat remiſſiones, & indulgentias, poſtea* in §. Nos *vocat veniam, & poſtea in proceſſu, ſolo verbo indulgentia comprehendit & veniam, & remiſſionem.*

48 Ulteriùs hæc verba Bullæ importare indulgentiam plenariam ſaltem primo aſpectu fatetur Sebaſt. à Coſta, *q.* 72. *ad explic. Cruc.* & Bapt. Fragoſ. *de Regim.*

Digitized by

Regim. Reipubl. Christian. p. 2. lib. 2. disp. 7. num. 13. qui ut declinaret nostri argumenti vim, quandam cōmentus est non nimis aptam interpretationem, quam multis exagitat Nog. *disp.* 8. *sect.* 1. Ergò quilibet fidelis potest quolibet anno accipere plures Bullas defunctorum, quàm duas, vel tres.

49 Dices ex P. Nog. *loc. cit. num.* 10. & 11. illa verba Bullæ non importare indulgētiam plenariam assequibilem totiès, quotiès confitebitur habens Bullam; sed importare indulgentiam plenariam semèl in vita, & semèl in morte assequibilem, quia ita declaravit Commissarius in Summario, conjungendo indulgentiam plenariam cum absolutione casuum reservatorum Romano Pontifici, quæ solùm potest haberi semèl in vita, & semèl in morte, & similem indulgentiam non addendo absolutioni aliorū peccatorum, quæ Sedi Apostolicæ non reservantur, quæ totiès quotiès haberi potest: unde prędicta verba non important indulgētiam plenariam toties quotiès assequibilem, sed tantùm unam in vita, & alteram in mortis articulo, ut intelligitur ex praxi, & cōmuni fidelium sensu.

50 Respondeo primò, verba Commissarij etiam admittere sensum, in quo ego intelligo illam clausulam Bullæ; Commissarius etenim loquens de absolutione à reservatis Sedi Apostolicæ, ait:

Aos quaes dando penitencia ſaudavel conforme ſuas culpas, lhes concede plenaria remiſſaõ de todos ſeus peccados, & iſto huma vez na vida, & outra na morte.

Loquens autem de absolutione à casibus non reservatis Sedi Apostolicæ, ait:

E dos caſos, que naõ forem reſervados à meſma Sè Apoſtolica, os abſolva pela dita maneira, quantas vezes ſe confeſſarem.

Et quis prohibet, nè particulà illa: *pela dita maneira*, hoc est, *dictâ ratione*, significet *plenam omnium peccatorum ſuorum remiſſionem impendere*, quæ est ratio dicta in priori clausula? Unde non enervat nostrum argumentum interpretatio Cōmissarij.

51 Respondeo 2. contra Nogueir. Ergò in casu, quo verba Bullæ sunt dubia, standum est interpretationi Commissarij Generalis, etiamsi Bulla primo aspectu videatur significare aliquid oppositum tali interpretationi; maximè si prædictæ interpretationi Commissarij accedat praxis, & communis fidelium sensus, ut in nostro casu Nogueir. ait accessisse. Ergò dicendum est quemlibet fidelem posse quolibet anno accipere pro defunctis tot Bullas, quot vo-

voluerit, licèt hoc non ſit adeò clarum in Bulla Plumbea, immò etiamſi (quod negamus) Bulla videretur ſignificare oppoſitum, quia ita declaravit Commiſſarius Generalis Cruciatæ, cui interpretationi acceſſit praxis, & communis ſenſus fidelium, qui ſemper ſoliti ſunt accipere tot Bullas defunctorum, quot ſibi placent. Et hæc reſpõſio (ni fallor) maiorem habet vim ad convincendum intentum, quàm ipſamet probatio petita ab indulgentiarum multiplicitate, quæ per Bullam conceduntur, quam ſine formidine aſſerere non poſſum, cùm hactenus non viderim Authorem, qui eam aſtruat ex ea Bullæ clauſula.

52 Dixi, *ex ea Bullæ clauſula*, quia ex conceſſione indulgẽtiarum ſtationum colligitur per Bullam acquiri quotidiè indulgentiam plenariam, ut docent plures AA. relati à Nog. *diſp.* 10. *ſect* 4. *n.* 39.

53 Probatur 4. ex natura indulgentiarum defunctis applicabilium: quia omnis indulgentia defunctis applicabilis, eſt pluries aſſequibilis, hoc eſt, totiès quotiès exercebuntur opera requiſita. Ita Baſſæus *tom.* 2. *Florum Theologiæ practicæ, verb. indulgentia* 1. *num.* 19. §. *verum*, ibi: *In alio tamen ſenſu non eſt dubitãdum, quin plenaria indulgentia ſæpiùs in die ab uno homine obtineri queat, ſcilicet pro ſe, deinde etiam pro defunctis ſæpiùs, ſi tales indulgentiæ à Pontifice pro illis expreſsè concedantur.* Sed indulgẽtia, quæ acquiritur per Bullam defunctorum, eſt defunctis applicabilis, ut ex ipſius verbis, & nomine conſtat: ergò indulgentia, quæ acquiritur per Bullam defunctorum, eſt ſæpiùs acquiſibilis, hoc eſt, totiès quotiès exercebuntur opera præſcripta, ſcilicèt acceptio Bullæ cum deſignatæ eleemoſynæ largitione.

54 Neque dicas hoc argumentum nihil probare, ex eo quòd nimis probat, cùm probet Bullam defunctorum poſſe accipi ſæpiùs in eodem die, ac proinde ſępiùs in eodem die acquiri indulgentiam plenariam, cujus oppoſitum, definitum eſt ab Innocentio XI. approbante declarationem emanatam die 7. Martij an. 1678. à Sacra Congr. Indulgent. SS. que Reliquijs præpoſitâ, in celebri decreto, quod incipit, *Delatæ ſæpiùs*, ubi §. *Indulgentias* declarat: *Semel autem dumtaxat in die plenariam indulgentiam in certos dies Eccleſiam viſitantibus conceſſam, vel aliud pium opus peragẽtibus lucrifieri.*

55 Nè, inquam, id dicas, quia reſpondeo 1. illud decretum, ut ex ipſius verbis conſtat, intelligi de indulgentia conceſſa vivis pium opus peragentibus, non autem de indulgentia conceſſa defunctis, pro quibus tale opus peragitur. Indulgentia autem Bullæ defunctorum cùm ſit con-

Digitized by

concessa defunctis, non accipitur à viventibns, sed primariò confertur defunctis, quod proprium est indulgentiæ, quam defunctus accipit, ut docet eleganter Dicastilho *de Sacram. tom. 2. tract. 9. disp. 2. dubit. 17. num. 240.* ibi: *Nec enim indulgentia, quam defunctus accipit, priùs, & directè accipitur à vivo suffragante, ut inde posteà illa, vel alia similis, aut æquivalens resultet in defuncto; sed primariò, & immediatè, & solùm confertur defuncto, sub conditione tamen operis præstandi à vivo.* Unde defunctis non officit decretum, quod illos, (& quidē meritò) non comprehendit.

56 Dixi defunctos meritò non comprehendi in decreto illo declaratorio, quia in defunctis non datur ratio illa, ob quam dicitur indulgentiam plenariam non concedi vivis semèl in die, ut bene adnotavit Bassæus *loco citato.*

57 Respondeo 2. in illo decreto solùm declarari non posse sæpiùs acquiri eodem die indulgentiam plenariam absolutè; indulgentiæ autem pro defunctis non dicuntur absolutè indulgentiæ, sed cum addito, nempè, per modum suffragij, & ideo non veniunt nomine indulgentiarum absolutè, ut rectè docet P. Pasqualig. *de Jubil. q. 150. num. 3.* idem tenet Passerin. *de Indulg. q. 118. num. 922.* ibi: *Indulgentia pro mortuis, nec univocè indulgentia est, nec simpliciter, sed secundum quid, & cum addito, scilicet indulgentia per modum suffragij.*

58 Quæ cùm sufficiant ad tollendam argumenti difficultatem, non est necessarium confugere ad aliam solutionem fortassè non minùs veram, quâ dicitur illud decretum nullo pacto tangere indulgentias Cruciatæ, ut docet, & probat Corel. *in prax. Confess. tract. 17. num. 241.* ubi id confirmat ex eo quòd etiamsi illud decretum dixerit indulgētias stationum diebus tātùm stationum in Missali Romano descriptis suffragari posse, nihilotamen minùs post ipsum decretum Cōmissarij Generalis Bullæ Cruciatæ perrexit in publicāda Bulla eodem tenore, quo antea, addendo in fine summarii post cathalogum stationum ea verba, quæ antea addebat, scilicet:

Todos los demás dias del año se ganan las indulgencias, que ay en Roma, por haver cada dia Estácion en ella.

Quæ nō appositurus esset, si decretum illud obstaret indulgentijs per Bullam Cruciatæ lucrabilibus; sed pro nunc hac solutione, utpotè non necessaria, abstineo. Legatur interim Lūbier *Fragm. 4. §. 5. advert. 3. n. 1152.*

Digitized by Google

§. II.

Roboratur noſtra ſententia ratione deductâ ex cauſa formali Bullæ Cruciatæ.

59 Ad cauſam formalem cujuſcumque privilegij, & per conſequens Bullæ Cruciatæ, ſpectat juxta doctrinam Suar. *de leg. lib.* 8. *cap.* 12. *num.* 4. eſſe conceſſum ad inſtantiam partis, quando talitèr eſt conceſſum: cùm autem Bulla Cruciatæ ſit conceſſa ad inſtantiam Auguſtiſſimi Regis noſtri Petri II. ut ex ipſius Bullæ exordio conſtat; bene ſequitur id ſpectare ad ejus formã, ſeu cauſam formalem, ex qua non inefficax pro noſtra ſententia deducitur argumentum. Vnde

60 Probatur 5. ex inſtantia, & ſupplicatione Auguſtiſſimi Regis noſtri: quia Pontifex cõceſſit Luſitaniæ Bullam, quam poſtulavit Auguſtiſſimus Rex Dominus noſter cum tota ea latitudine, quam idem Dominus ipſam concedi rogavit; quia talis ſolet eſſe conceſſio, qualis eſt petitio, ut docet Suar. *loco citat. num.* 3. & gratia ad ſupplicam refertur, & ejus interpretatio facienda eſt in favorem ſupplicãtis, ut ſe citato tenet Illuſtriſſimus Dominus Cõmiſſarius Generalis *num.* 25. & intellectus reſcripti gratiam involvẽtis petendus eſt ex mente ſupplicantis, ut ſpecialiùs in materia indulgentiarum tenet Gobat. *tom.* 2. *tr.* 4. *de indulg. p.* 2. *cap.* 27. *Append. Roman. lit. B.* & ſpecialiſſimè in materia Bullæ Cruciatæ Fr. Emmanuel Rodrig. *in addit. ad* §. 9. *n.* 109. Sed mens Regis Domini noſtri, dùm Cruciatam poſtulavit, fuit poſtulare Cruciatam, quâ concederetur accipi à quolibet Bullam habente tot Bullas, quot vellet, pro tot defunctis, quot vellet, quia petijt à Papa, ut concederet Bullam Cruciatam in Luſitania publicari ſolitam; ſed in hac Bulla conceditur, (ut videre eſt in Bulla defunctorum) ut quis poſſit accipere Bullas pro tot defunctis, quot voluerit: ergò petijt Bullam cum amplitudine, quâ publicatur à Commiſſario. Ergo Papa conceſſit Bullam cum ea amplitudine, quâ publicatur à Commiſſario, aliàs non ſatisfaceret Regiæ ſupplicæ, quod non eſt dicendum.

§. III.

Firmatur noſtra ſententia ratione deductâ ex cauſa finali Bullæ Cruciatæ.

61 Cauſa finalis Bullæ Cruciatæ juxta Bard. *p.* 1. *tract.* 1. *cap.* 1. *num.* 9. conſiſtit in utilitate ſpirituali, in ordine ad quam dirigitur ipſa Bulla. Ex hac autem cauſa finali, ſeu ex fine Bullæ Cruciatæ non debilis eruitur noſtræ ſentẽtiæ probatio, cùm hinc efficax

efficax formetur argumentum contra oppoſitam ſententiam. Unde

62 Probatur 6. noſtra ſententia: quia illa interpretatio adhibenda eſt cuicumque legi, quæ faveat fini ipſius legis: ſed Bulla Cruciatæ (ſicut reliqua privilegia) eſt lex quædam favorabilis: ergo illi adhibenda eſt interpretatio, quæ faveat fini ipſius Bullæ, quæ (ut diximus) eſt utilitas ſpiritualis. Quòd noſtra ſententia magis faveat utilitati ſpirituali, patet ex eo, quòd ſententia contraria opponitur ex diametro utilitati ſpirituali, & ijs, quæ cum tali utilitate connexa ſunt; quia ſententia contraria opponitur cultui Dei, exercitio virtutum, ſublevamini mortuorum, deſtructioni infidelium, honori Eccleſiæ Romanæ, ac Regni noſtri, & Auguſtiſſimi Regis noſtri proventibus, qui in obſequium fidei expenduntur.

63 Opponitur, inquam, cultui Dei, cujus juſtitiam proteſtantur ij, qui per multiplicatas defunctorum Bullas ipſi volunt ſatisfacere; & cujus miſericordiam ſperant, qui illis indulgentijs obtentis, animas curant à Purgatorio igne liberare.

64 Opponitur exercitio virtutum, cùm tollat multiplices actus fidei, quibus ij, qui plures Bullas accipiunt pro defunctis, proteſtantur ſe credere immortalitatem animæ, veritatem Purgatorij, poteſtatem Papæ, & valorem indulgentiarum; cùm impediat plures actus ſpei, quibus accipiētes Bullas plures cōfidūt ſe defunctis ſuis acceleratione beatitudinis impetraturos; cùm deterreat à pluribus actibus charitatis, quibus accipientes plures Bullas, plures propter amorem Dei, & proximi erogant eleemoſynas.

65 Opponitur ſublevamini mortuorum, quia plures animæ liberantur, aut certe ſublevantur a pœnis per multiplicem Bullarum ſumptionem, quibus una, vel altera Bulla ſubveniri non poteſt.

66 Neque dicas per multiplicem Bullarum ſumptionem mortuos non juvari, cùm certò non conſtet hujuſmodi indulgētias conceſſas eſſe pro mortuis: ne, inquam, id dicas, quia in primis ad conſequendam indulgentiam juvat opinio probabilis, ut docet Baſſęus *tom.* 2. *verb. Jubil. num.* 15. §. *His tamen*, Leandr. à SS. Sacram. *tom.* 1. *tract. diſp.* 14. *q.* 164. (non 64. ut invenies apud Baſſæum) ubi citat pro hac ſententia Fr. Franciſc. à S. Julian. & alios ſuppreſſo nomine P. Dian. *in oper. coord. tom.* 4. *tract.* 4. *reſ.* 68. *exp.* 10. *tract.* 11. & *Miſcellan. reſol.* 34. ubi pro hac ſententia, quam ſatis probabilem exiſtimat, citat Fr. Martinum de S. Joſepho, & ex noſtris P. Paul. Mariam Quartum *tract. de Jubil. cap.* 2. *punct.* 1. *dub.* 6. & omnium quos viderit latiſſimè

Fr. Franc. Dias de S. Bonavent. in lib. cui titulus, *Primera parte del eſpejo Seraphico, cap.* 3. *docum.* 5. 6. & 7. & *docum.* 6. citat pro hac ſententia D. Joan. Joſeph. de Carſi *in cent. moral. editis Valent. an.* 1670. *cent.* 2. *cap.* 85. *n.* 16. & Amicum *tom.* 7. aſſerit poſſe referri pro hac ſententia innumeros Authores, quorum loca ibi citat.

67 Cùm igitur ad minus ſit probabile poſſe utilitèr accipi plures Bullas pro pluribus defunctis à quolibet fideli eodem anno, dicendum eſt mortuos per illas juvari, indulgentiamque obtinere.

68 Accedit, quòd etiamſi defuncti per hujuſmodi Bullas non conſequerentur indulgentiam plenariam, adhuc tamen juvarentur per Bullarum ſumptionem; certum eſt enim accipientem Bullam pro defuncto, erogare pro ipſius anima eleemoſynam: eleemoſyna autem eſt inſigne juvamen animarum in Purgatorio patientium, ut eruditè, & nervosè probat Fr. Elias à S. Tereſia in egregio opere, cui titulus, *Legatio Eccleſiæ triumphantis ad militãtem pro liberandis animabus Purgatorij, lib.* 2. *cap.* 20. *per tot.* quod juvamen impedit aliquâ ex parte ſententia nobis contraria.

69 Opponitur deſtructioni infidelium; nam caſu, quo non poſſunt accipi plures Bullæ pro pluribus defunctis quolibet anno, longè minùs acre bellum gerêtur à noſtris militibus adverſus infideles, ob defectũ pecuniæ ex Bullis defunctorũ provenientis; pecunia enim eſt nervus non ſolùm belli, ſed etiam Imperij; unde rectè dixit Adamus Contren. *lib.* 8. *Politic. cap.* 5. §. 4. ibi: *Victoriæ itaque compendio ſe privat, qui pecuniam non collẽgit.* Ac proindè opponitur deſtructioni infidelium ſententia, ex qua ſequitur imminutio pecuniæ, quâ ipſis bellum infertur; immò hæc ſententia ipſis favet infidelibus, ut obſervat in caſu noſtro quidem ſimili, ſed non adeo urgenti D. Anton. Freire de Andrade *in defenſorio Bullæ Cruciatæ* §. 13. *num.* 5. ibi: *Ex quibus ſequitur, quòd prædicta ſententia ſit contra defenſionem Eccleſiæ, ac per cõſequens in favorem infidelium.*

70 Quæ cùm ita ſint, ſatis conſtat, quàm debeant averſari illam ſententiam Luſitani homines, qui nihil unquàm habuêre antiquius, quàm fidem, Eccleſiamque Catholicam profuſo etiam ſanguine defendere: Luſitania enim eſt Regnum illud, de quo nobilis hiſtoricus Gallus Joannes de Buſſiers *in Floſculis hiſtoriarũ ad annum Chriſti* 1089. ait: *Unde poſtea Portugalliæ nomen, & Regnum magno Chriſtianæ fidei incremento, quippe conditum Regnum fide, & religione, iiſdem artibus adolevit.* Et ad annum Chriſti 1510. ait: *Inventus*

Digitized by Google

rus Regni ſedem Albuquercius Goam cepit; unde magnâ deinceps Luſitanorum gloriâ Chriſti fides cum eorum victorijs propagaretur. Sed quorſum ego ad laudandam Luſitanorum pietatem, fideique conſtantiam, unius Authoris calamum advoco, cùm eam celebret Orbis univerſus, ipſeque totius Chriſtiani Orbis caput Romanus Pontifex in plurimis Bullis, & maximè in Bulla Cruciatæ, de qua agimus.

71 Opponitur honori Eccleſiæ Romanæ, quæ à centum annis, & ultra aſſenſum præbuit publicationi hujuſmodi Bullarũ ſæpiùs eodem anno pro defunctis ſumptibilium, cùm non reperiatur unquàm contradixiſſe; cùm tamen hoc Regno ſemper commorati fuerint Miniſtri Sedis Apoſtolicæ, ijque vigilantiſſimi noſtrarum rerum obſervatores, tam ſedulique zelatores diſciplinæ Eccleſiaſticæ, ut nonnunquam ipſis Romanis Pontificibus fuerint rigidiores, ut viſum eſt in Illuſtriſſimo, ac Reverẽdiſſimo Joanne Baptiſta Paleoto hujus Regni Collectore Apoſtolico, qui (ut refert Nogueir. *de Bull. Cruc. diſp. 1. ſect. 13.*) fortiter reſtitit Commiſſario Generali Bullæ Cruciatæ aſſerenti per Jubilæum anni Sancti non ſuſpendi indulgentias, & privilegia Cruciatæ, cùm tamen Commiſſarius pro ſe haberet declarationem Clem. VIII. adeo ut neceſſe fuerit Urban. VIII. eo temporis Eccleſiæ navem gubernantem ferre ſententiam pro Commiſſario Generali adverſus Collectorem; nam vel hujuſmodi Bullarum publicatio eſt licita, vel illicita; ſi licita, quarè impugnatur ab AA. oppoſitæ ſententiæ? ſi illicita, quare permittitur à Sede Apoſtolica à centum annis, & ultra; cùm ſit contra honorem Sedis Apoſtolicæ permittere, quòd miniſtri ſui, nempè Commiſſarij Bullæ vanas, & falſas indulgentias publicent? Hoc argumentum in ſimili urget Fr. Franc. Dias à S. Bonaventura *loco cit. doc. 7. num. 6.*

72 Opponitur honori Regni noſtri, cùm ſupponat in eo clariſſimos viros (quales ſemper aſſumpti ſunt in Commiſſarios Generales Bullæ S. Cruciatæ) fuiſſe vel propter ignorantiam deceptos, vel propter malitiam deceptores: quod nefas eſſe credere docet Fr. Emmanuel Rodrig. *in explic. Bullæ* §. 8. *num. 6.* ibi:

Nó es de creer, que el Comiſſario de la Cruzada en negocio de tanta importancia, nó miraria, lo que ſe ponia.

Fr. Henriq. de Villalob. *in Sum. Theolog. Moral. & Canonic. tract. 27. clauſ. 8. n. 3.* ibi:

Nó es creible, que en coſa tan graviſsima puſieran los Co-

miſſarios coſa,que nó ſuera verdad.

Trullench *in Expoſit. Bullæ lib.* 1. §.6. *dub.* 1. *num.*5. ibi : *Nefas ergò eſt credere Bullæ Cruciatæ Commiſſarium in re adeò gravi, velle fideles omnes decipere.* Anton.Eſcobar *tom.*1. *Theolog.Moral. lib.* 7. *cap.*13. *num.*769. ibi : *Nefas igitur credere aut Commiſſarium in re adeo gravi voluiſſe fideles decipere,&c.* Eadem habet P.Dian. *in oper. coord. tom.* 4. *tract.* 3. *reſ.* 153. *num.*2. *ex p.* 5. *tr.*12.*reſ.*2.

73 Nec minùs indecorum eſt Regno noſtro, quàm habere Commiſſarios deceptos, aut deceptores, doceri à falſis prædicatoribus doctrinam mendacem ſpargentibus, quæ nota (ſi vera eſſet oppoſita ſententia) neceſſariò inurenda erat quàm plurimis Religioſiſſimis viris, litteris, gravitate, & ſanctimoniâ inſignibus, qui ſemper pluralitatē Bullæ defunctorum in ſenſu, quo nos illam aſtruimus, prædicarunt, laudârunt, conſuluerunt, perſuaſerunt : unde aut ſententia nobis oppoſita exterminanda eſt, aut aſſerendum tot clariſſimos viros, Religionis, ac doctrinæ laude conſpicuos, quot prędicarunt Bullam defunctorū poſſe à quolibet fideli ſuſcipi eodem anno pluriès pro pluribus defunctis, incurriſſe æternam eam maledictionem, quę interminatur *lib.*5. *Clem. tit.* 7. *de privileg. & exceſſibus privilegiat. c.* 1. pronuntiantibus indulgētias indiſcretas : ex quo magnum dedecus derivatur in univerſum Luſitanię Regnum, nam cùm hucuſq; Prędicatores Bullę poſſent ſibi adaptare illud Iſaię 61. 1. ibi : *Ad annuntiandum manſuetis miſit me, ut mederer contritis corde, & prædicarem captivis indulgentiam, & clauſis apertionem.*

74 Si tales indulgentię tam amplę, quàm prędicabātur, non proſunt captivis in Purgatorio, neque tetrum illum carcerem aperiunt, videtùr Regno Luſitanię inſultari poſſe verbis,quibus Regnum Juda arguebat Jeremias *cap.*5. *num.* 30. *Stupor, & mirabilia facta ſunt in terra,prophetæ prophetabant mendacium, & ſacerdotes applaudebant manibus ſuis; & populus meus dilexit talia : quid igitur fiet in noviſſimo ejus?* Quę in quantam ignominiam Regni noſtri cedant, nemo eſt,qui non videat : unde eliminanda eſt ſententia adeò injuria Regno illi, quod Chriſtus Dominus dixit fide purum, & pietate dilectum : ut conſtat ex teſtamento Alphonſi 1. Luſitaniæ Regis.

75 Opponitur tandem ſentētia nobis contraria Regijs proventibus Auguſtiſſimi Regis noſtri, qui cogitur ad defenſionem Arcis Mazaganicæ,& inſtructionem claſſium adversùs Agarenos ſupplere ex ęrario ſuo, Regiâque gazâ ſumptus, quibus proventus Cruciatæ non ſuffi-

ciunt,

ciunt, qui magna ex parte minuerentur contra Summi Pontificis voluntatem, si verum esset fideles quolibet anno non posse accipere nisi duas Bullas defunctorum: unde opus esset longè plus suppleri ex Regiæ Maiestatis redditibus. Hoc argumentum fusè prosequitur in casu nostro, quidem simili, sed non adeo urgenti D. Anton. Freire de Andrade *in defensorio Bullæ Cruciat. & Regalis subsidij ipsi concessi* §. 13. *pag.* 203. *& seqq.*

76 Cùm ergò prædicta adversariorum sententia, ut vidimus, opponatur cultui Dei, exercitio virtutum, sublevamini defunctorum, destructioni infidelium, honori Ecclesiæ Romanæ, & Lusitani Regni, Regijsq; suæ Maiestatis proventibus, velis, remisque fugienda omnino est, contrariaque scilicet nostra utroque pollice laudanda. Nam docet Gobat. *de Indulg. p.* 2. *cap.* 21. *q.* 61. *num.* 471. ibi: *Negotia, in quibus nullum timetur dānum, sed potiùs lucrum speratur, esse audacter tractanda.* Cui consentit Reginald. *lib.* 7. *num.* 189. dùm ait: *Expedit facere, quæ nocêre nequeunt, etiamsi fortè nihil prosint.* Hoc autem argumentum deductum ab inconveniẽti, non solùm probat explodendam hãc sententiam contrariam Bullæ defunctorum, sed etiam impugnat omnia, quæ ullo pacto adversantur extensioni, cum qua Bulla Cruciatæ hucusque solita est publicari in Regnis Lusitaniæ.

77 Fortâsse propter hæc, & similia incommoda aliquot AA. tam acriter invecti sunt in eos, qui docent non posse accipi nisi unicam Bullam pro unico defũcto, ut Philipp. à Cruce, qui omnium modestissimè locutus est, eos imprudentiæ argueret, ut videre est in ejus tractatu, cui titulus, *Tesoro de la Iglesia, tract.* 2. §. 9. *n.* 5. ibi:

Peró en quanto a tomar muchas Bulas por los fieles difuntos, nó ay numero determinado, sinó que se pueden tomar tantas, quantas se quisieren tomar: y en esto nó ay limite, ni fin, y dezir lo contrario, y impedirlo, es poca cordura.

Severiùs in tales animadvertit D. Sebastian. à Costa *q.* 22. *ad explicat. Cruciat.* dum ait: *Pars negativa suadente diabolo proponi solet ab aliquibus vulgi, cum quibus non difficilem jam super hoc habui quæstionem, &c.* Sebastian. à Costa subscribit Villalob. *in Sum. Theolog. Mor. & Canonic. tract.* 28. *num.* 5. ibi:

A lo qual respondo que si, y dezir lo contrario, es embuste del demonio.

Henrique Villalob. succinit Fr.

Joſeph. Mend. de S. Joan. Ord. Minimor. S. Franciſci de Paula *in Theolog. Moral. de triplici Bulla, ſect. 4. interrog. 1. num. 5.* ibi: *Contrarium aſſerere eſſe inventum diabolicum, ut ait Villalob.* Ego autem, ut quâ par eſt reverentiâ proſequar ſanctæ memoriæ Innoc. XI. Pontificem maximum, qui in decreto edito 2. *Martij an.* 1679. præcepit omnibus, ut caveant *ab omni cenſura, & nota, necnon quibuſcumque convitijs contra eas propoſitiones, quæ adhuc inter Catholicos hinc inde controvertuntur, donec à S. Sede recognitæ, ſuper eiſdem judicium proferatur.* Omni cenſura abſtineo, ſicque intelligi volo quidquid hîc, aut alibi ſcripſi, ut per me ſuus unicuique ſtet debitus honos.

§. IV.

Oſtenditur veritas noſtræ ſententiæ rationibus deductis à cauſa efficienti Bullæ Cruciatæ.

78 Cauſa efficiens Bullę Cruciatæ, ut nemo eſt qui ignoret, aut dubitet, eſt Summus Pontifex; ex cujus cauſæ conſideratione efficaciſſima oriuntur argumenta pro noſtra ſententia, quæ proinde

79 Probatur 7. ex conſuetudine modernorum Pontificũ, quia nunc Pontifices liberaliori manu quàm olim aperiunt Theſaurũ indulgẽtiarũ, & plures cõcedunt indulgentias, quàm olim, ut docet Corduba *in quæſtion. Theolog. lib. 5. de indulg. q. 7. pag. 363. col. 1. mihi* loquens de indulg. ibi: *Sub nomine remiſſionis, aut relaxationis peccatorum, aut pœnarum erat in uſu etiam extra ſacramentum illas concedere, licèt non tàm ſæpè, nec in tanta copia, ſicut nunc: ſed fiebant certæ, & paucæ remiſſiones, & rarò ex cauſa rationabili: nunc autem ſub nomine indulgentiæ, & remiſſionis, & relaxationis, & abſolutionis pœnarum, ſeu peccatorum ſub nomine diſpenſationis, & communicationis theſauri Eccleſiæ fiunt ſæpè largiſſimæ indulgentiæ ex cauſa rationabili, & quidem ex pia Spiritûs Sancti diſpoſitione creditur nunc factum, ut ubi abundat delictum, ibi & gratia ſuperabundat.* Moxque rationem ſubdit: *Olim namque non erant tot, neque tam gravia peccata, & homines parati erant ſuas implere pœnitentias: nũc autem contra totum eſt. Unde & Eccleſia Spiritu Sancto illuminata ad remedium indulgentiarum pro tempore neceſſitatis Divinitùs ſibi præparatum (ut diximus) providè recurrit. Ideo non eſt cùr de tam abundanti beneficio queramur, aut ſcandalizemur, ſed gratias potiùs agamus.* Idem teſtatur ſpecialiùs de indulg. pro defunctis Fr. Ant. à Nativitate Eremita Auguſtinian. in erudito opere Luſitanè conſcripto, cui titulus, *Sylva de ſuffragiis lib. 6. cap. 15. n. 11. pag. 314.* ibi:

Anti-

Digitized by Google

Antigamente mais raramente ſe concedião indulgencias para os defuntos, agora cada paſſo, & com muito leves encargos.

Hoc ipſum confirmat Fr. Elias à S. Tereſia Carmelita Excalceatus in egregio, ac ſpiſſo opere, cui titulus, *Legatio Eccleſiæ triumphantis ad militantem pro liberãd. animabus Purgatorij, lib. 2. cap. 31. pag. 574.* ubi in titulo ſic habet: *Cur noſtro potiſſimum ſæculo tam larga fiat indulgentiarum conceſſio?* Et infra *num. 5. Moderno itaque tempore omninò valida eſt habenda larga illa indulgentiarũ conceſſio, &c.*

80 Denique hanc liberalitatem in concedendis indulgentijs hoc ſæculo effuſiorem oſtendunt tot recentium Pontificum largiſſimæ indulgentiæ, tam ordinariæ, quàm extraordinariæ, ut conſtat ex indulgentijs conceſſis à Paulo V. die 28. *Martij* 1610. ad inſtãtiam P. Fr. Laurẽtij Brunduſini, quibus quolibet anno liberabantur à Purgatorio quinque millia, centum & viginti duæ animæ, ut obſervatur in fine ſummarij hujuſmodi indulgentiarũ. Conſtat ex indulgẽtijs cõceſſis à Clem. X. coronis, &c. benedictis in Canonizatione S.P. N. Caietani, ex quibus quolibet anno poſſunt acquiri viginti ſex indulgentiæ plenariæ applicabiles pro defunctis, ut patebit ſummarium inſpicienti. Conſtat ex indulgẽtijs cõceſſis à Greg. XIV. in Canonizatione quinque Sanctorum Iſidori, Ignatij, Franciſci Xaverij, Tereſiæ, & Philippi; quibus innumerabiles liberãtur animæ à Purgatorio, ut patet ex eorum ſummario, quod penes me habeo manu ſcriptum; imprimi enim vetuit Põtifex. Conſtat ex indulgentijs conceſſis à Paulo V. *die* 11. *Novembr. ann.* 1610. occaſione Canonizationis S. Caroli Borromæi, quibus etiã innumerabiles liberabantur animæ ab igne Purgatorij, ut patet ex earum ſummario, quod penes me habeo manuſcriptum, nam etiam hoc prohibitum fuit imprimi. Dixi, anno 1610. occaſione Canonizationis: ut contradiſtinguerem ab indulgentijs, quæ dicuntur cõceſſæ ab eodem Pontifice ann. 1611. ad inſtantiam Federici Cardinalis Borromæi, quæ declaratæ ſunt nullius valoris, decreto Congregationis de indulgentijs *die* 7. *Martij* 1678. confirmato ab Innocẽt. XI. Conſtat denique ex indulgentijs cõceſſis ab Alexand. VIII. (qui & præſentem Cruciatę Bullam conceſſit) *die* 25. *Novẽb. ann.* 1690. coronis, &c. benedictis occaſione Canonizationis quinque Sanctorum Laurentij Juſtiniani, Joann. de Capiſtrano, Joann. à Deo, Joann. à S. Facundo, & Paſchalis Baylon, quibus quolibet anno ad minus acquiri poſſunt triginta novem indulgentiæ plenariæ applicabiles

les pro defunctis, ut conſtat ex earum ſummario.

81 Sed olim concedebantur à Pontificibus per Bullã Cruciatę indulgẽtiæ pro 10. defũctis, ut docet S. Thomas *in 4. ſent. diſt. 45. q. 2. art. 3. quæſtiunculâ 2.* quæ etiam reperiuntur *in ſupplem. 3. partis q. 71. art. 10.* ibi: *Videtur, quòd indulgentiæ, quas Eccleſia largitur, etiam mortuis proſint. Primò per conſuetudinem Eccleſiæ, quæ facit prædicari Crucem, ut aliquis habeat indulgentiam pro ſe, & duabus, vel tribus, & quandoque 10. animabus, tam vivorum, quàm mortuorum, quod eſſet deceptio, niſi mortuis prodeſſent.* Ergò hodie conceduntur indulgentiæ pro pluribus defũctis, ac proinde poſſunt accipi plures Bullæ defunctorum.

82 Probatur 8. noſtra ſententia ex genio, & conſuetudine Gregor. XIII. cujus eſt conceſſio Bullæ: quia interpretatio Bullæ, & indulgentiarum ejus eſt deſumenda ex genio, & conſuetudine Pontificis concedentis, ita ut ſi Pontifex fuerit largus, & liberalis in concedẽdis indulgentijs, ejus Bulla interpretanda eſt largè, & liberaliter; è contra verò, ſi fuerit parcus, & ſtrictus in illis concedendis, ejus Bulla interpretanda eſt parcè, & ſtrictè, ut docet Gobat. *de indulg. p. 2. cap. 17. num. 436. §. Nihilominus tamen,* ibi: *Accedit, quòd ſicut vera interpretatio teſtamẽti deſumẽda eſt ex genio, moreq; teſtatoris, ut ſexcenties ingerũt Juſtinianæi, ita etiam intelligentia gratiæ Jubilææ petenda veniat ex genio, conſuetudineque Pontificum eam impartientium.*

83 Sed genius, & conſuetudo Gregor. XIII. qui conceſſit Bullam Cruciatæ, fuit liberalis in concedendis indulgentijs tam pro vivis, quàm pro defunctis, ut tradit Anton. Cicarelus *in ejus vita*, ibi: *Fu egli (loquitur de Gregor. XIII.) d' animo manſueto, e benigno: li piaque difar ſempre abondantiſſime limoſine: fu anche largo, e abondante in concedere indulgenze, e fare altare privilegiati.* Quæ verba placet Latinè reddere: *Fuit ipſe (ſcilicet Gregor. XIII.) animo manſueto, & benigno: quippe cui placuit erogare sẽper eleemoſynas copioſiſſimè quidem: fuit etiam largus, & liberalis in concedendis indulgentijs, & altaribus privilegiatis.* Ubi nota, per indulgentias ſignificari poſſe tam eas, quæ conceduntur vivis, quàm eas quæ conceduntur defunctis; per altaria verò privilegiata ſolùm intelligi indulgentias pro defunctis conceſſas ſub onere faciendi ſacrum in altari privilegiato: quod proinde reducitur ad indulgentiam pro defunctis, ut rectè adnotavit Maurit. Philipp. *in direct. conſcient. tr. 21. de indulg. cap. 4 q. 2.*

84 Ergò indulgentiæ Bullæ Cruciatæ utpotè conceſſæ à Gregor. XIII. Pontifice largo, & liberali in concedendis indulgentijs,

Digitized by Google

tijs, etiam pro defunctis, interpretandę ſunt largè, & liberalitèr etiam pro defunctis: atqui non explicarentur largè, & liberalitèr, ſi diceretur non poſſe accipi plures Bullas pro pluribus defunctis: ergò dicendum eſt poſſe accipi plures Bullas pro pluribus defunctis eodem anno, ut ſapientiſſimè interpretatur Illuſtriſſimus Dominus Cõmiſſarius Generalis Bullę S. Cruciatę.

85 Probatur 9. & efficaciſſimè noſtra ſententia à ſcientia, conſenſu, approbatione, & mandato Papę: quia indulgentię, quę publicantur ſciente, conſentiente, approbante, & mandante Sũmo Pontifice, habentur pro cõceſſis ab ipſo Summo Pontifice, neque circa hoc poteſt dubitare ullus Catholicus.

86 Immò idem dicendum eſſet, ſi concederentur à Delegato Papę, non habente poteſtatem; quo facit ex jure Canonico, *Gloſ. in cap. infamis cap.* 3. *q.* 7. *verb. verumtamen*, ex jure Civili, *L. Barbarius ff. de offic. Prætoris*, & ex jure Luſitano exemplum deductum à litteris ſecuritatis, conceſſis à non habẽte poteſtatẽ illas in tali caſu cõcedẽdi, quę tamen obſervantur, ne quis dicatur falli nomine Principis, ut cum pluribus docet Leitam *de jure Luſit tom.* 1. *tract.* 2. *q.* 8. *n.* 10.

87 Sed indulgentię Bullę Cruciatę ita defunctis applicabiles, ut quilibet fidelis poſſit plures accipere Bullas pro pluribus defunctis eodem anno, publicẽtur ſciente, conſentiente, approbante, & mandante Summo Põtifice. Quòd hę indulgentię publicentur ſciente, & conſentiente Summo Pontifice, oſtenditur: quia ſciente, & conſentiente Sũmo Pontifice, publicatur ſummarium Bullæ, ut docet P. Dian. *in oper. coord. tom.* 4. *tract.* 3. *reſ.* 153. *exp.* 5. *tract.* 12. *reſ.* 2. ibi: *Neque credibile eſt hujus ſummarij formam ignorari à Summo Pontifice, immò perſuaſum mihi habeo illius ſcientiam habere.* Idem eiſdem omnino verbis docet Trullench *in expoſit. Bullæ S. Cruciat. lib.* 1. §. 6. *dub.* 1. *num.* 5. Eadem ferè habet Eſcobar *tom.* 1. *Theolog. Mor. lib.* 7. *cap.* 13. *num.* 769. cum Rodrig. & Villalob. Quòd autem illud ſummarium, ac proinde hujuſmodi indulgentiæ pro defunctis publicentur, etiam approbãte, & mandante Summo Pontifice, probatur ex Bulla Urban. VIII. quæ incipit, *Cùm Nos*, data die 15. Februar. ann. 1625. quam habes apud Nog. *de Bull. Cruc. diſp.* 1. *ſect.* 13. *num.* 113. in qua Papa jubet prædicatoribus, ut publicent indulgentias, & privilegia Bullæ ſecundùm ejus tenorem, & illius ſummarium: verba Urban. hæc ſunt: *Prædicatoribus verò, juxta tamen eaſdem noſtras litteras deputatis, & deputãdis, indulgentias, & alias gratias, conceſſiones, & indulta prædicta juxta dictarum litterarum tenorem*, & illarum ſummarium, *in dictis*

dictis Regnis, dominijs, & locis promulgare, denuntiare, & prædicare, absque ullo conscientiæ scrupulo, sententiarum, censurarum, vel pœnarum incursu, ut prius antequàm eædem suspensionis litteræ à nobis emanassent, licère, ita quòd desuper per quoscumque etiam locorum Ordinarios molestari, perturbari, aut impediri nequeant. Hæc Urban. VIII. Ergò indulgentiæ Bullæ Cruciatæ ita applicabiles defunctis, ut à quolibet fideli possint eodem anno plures accipi Bullę pro defũctis, habentur pro concessis ab ipso Summo Pontifice, neque circa hoc dubitare potest ullus Catholicus.

88 Neque dicas Urban. nomine Summarij intellexisse solùm id, quod vulgò dicimus Bullam vivorum, non verò Bullam defunctorum: ne, inquam, id dicas, quia in primis id gratis asseritur; deinde Bulla defunctorum est pars illius summarij, ut docet Bard. *p.* 4. *tract.* 4. *cap.* 4. *sect.* 2. *num.* 9.

89 Hæ sunt rationes, quas invenire potui, quæ nostram sententiam probarent, quarum ultima, ni fallor, intentum evincit, & nostræ sententiæ confert moralem certitudinem, unde jam illam non contentus sum vocare probabilem, probabiliorẽ, multis partibus probabiliorem, & probabilissimam, ut eam vocant Sapientissimi Magistri Domino Commissario Generali subscribentes, sed omninò certam, ut eam asserit esse Reverendissimus P. Fr. Andreas à Regibus, licèt ego alio movear argumento, ut legenti patet.

Unde cogor ingenuè fateri, me non agnoscere, in quo sita sit contrariæ sentẽtiæ probabilitas, etiam sũpta probabilitate in sensu, quo eam accipit Illustrissim. Caramuel *in Epist.* 2. *Apologet. pro doctrina de Probabilitate num.* 81. vel quo eam accipiunt antiquiores probabilistæ tacito nomine relati à Reverendissimò P. Thyrso Gonçal. Præposito Generali Societ. Jesu, in suo celeberrimo volumine, quod inscripsit, *Fundamentum Theologiæ moralis, dissert.* 1. §. 2. *num.* 12. ibi: *Sententia probabilis est, quæ rationibus alicujus momenti innititur, ita tamen ut pro oppositа nihil convinceus sit.* Nam in primis existimò, & pro nostra sententia dari aliquid convincens, nempè declarationem Commissarij, & approbationem Urbani VIII. argumento 9. allatam. Deinde etiam secluſa tali declaratione, & approbatione, sententia nobis oppositа non innititur rationibus alicujus momenti, ut doctè probat Dominus Cõmissarius Generalis, & Illustrissimus Episcopus Angolensis, Reverẽd.q; P. Fr. Andreas à Regibus, & etiam nos pro modulo nostro sectione sequẽti tentabimus ostẽdere.

SE-

Digitized by Google

SECTIO III.

Probatur noſtra ſententia ab argumentorum ſolutione.

90 Et ſi ſola ratio ſit illa, quæ dat probabilitatem opinioni, non verò confutatio argumẽtorum contrariæ, ut docet Bordon. *in propugn. opinion. probab. cap. 5. num. 55.* unde minùs neceſſaria videri poteſt objectionum enervatio, quia tamen hæc, teſte eodem Bordoni. *ibidem*, auget probabilitatem, ideo in præſenti ſectione retundam aliquot argumenta, quæ noſtræ ſententiæ opponi videntur. Ex ijs quædam impugnare tentãt noſtram aſſertionem, alia verò nituntur labefactãre fundamenta, quibus illa ab Illuſtriſſimo Domino Cõmiſſario Generali ſtabilitur.

§. I.

Solvuntur argumenta, quæ contra noſtram aſſertionem efformantur.

91 Non hîc attingam argumenta, quæ apud Abreu, Nog. & Sylvam reperiuntur contra noſtram ſententiam, ijs enim abundè ſatisfecit Dominus Commiſſarius Generalis; ſed ea ſolùm, quæ poſt ſcriptam eruditiſſimam illius de hâc re quæſtionẽ adinventa ſunt, eaque nitar novis ſolutionibus diluere.

92 Objicitur 1. noſtræ ſententiæ, quòd ſit ſingularis, cùm præter Dominum Cõmiſſarium Generalem, nullus appareat Author, qui eam libris impreſſis, aut manuſcriptis doceat; pro oppoſita verò multi citentur AA. unus autẽ D. non ſufficit ad probabilitatẽ juxta illud effatum, quod in moralibus circũfertur *unus, nullus*, & *vox unius, vox nullius*, immò nec duo AA. omni exceptione maiores ſufficiant ad probabilitatem cuilibet ſententiæ inducendam juxta doctrinam Hiac. Parperæ *in Indice ad vitam æternam p. 3. cap. 3. num. 5.* ibi: *Sed iterum dicendum eſt, quòd nec duo Authores, etſi omni exceptione maiores, opinionem probabilem faciunt: ſicuti duo teſtes rem aliquam probant: nam intelligibilia ſũt duplo difficiliora cognitu, quàm ſenſibilia; ergò duplo maiorem exigunt probationem; ergò ſi duo requiruntur teſtes pro ſenſibilibus teſtandis, quatuor requirentur AA. veluti veritatis teſtes, pro intelligibilibus aſſerendis: uti apud Caramuelem rectè aliqui docent; immo cõmuniter.*

93 Reſpondeo 1. me jam oſtendiſſe ſuprà *ſect. 1. §. 1.* noſtram ſententiã non eſſe deſtitutã authoritate DD. & credo quòd indies magis creſcet numerus Doctorum, cui placeat, juxta illud Eſcobar *tom. 1. Theolog. mor. lib. 1. in Proloq. num. 8.* ibi: *Frequenter accidit, ut quæ opinio paucis abhinc annis in uſu non erat,*

modò communi consensu recipiatur.

94 Neque nos deterrêre debet numerus AA. qui pro contraria sententia allegantur, quia etiamsi non daretur alius Doctor, qui huic sententiæ favêret, præter Illustrissimum Dominum Commissarium Generalem, adhuc ipsa manêret probabilior propter A. (licèt unius tantùm) præstantiam, & hujus rei causam reddit Escobar in Proloquio Theologiæ moralis *n.* 18. ibi: *Vidi enim sæpe turbam DD. uni sententiæ absque rationis delectu hæresceve, vel saltèm haud exactè ponderatâ ratione: contra quam legi deinde alium magnæ authoritatis Doctorem opinionem contrariam maturè excogitatam scripsisse: huic lubens adhæresco.*

95 Accedit, quòd sententia nobis opposita, ut jam advertimus suprà *sect.* 1. §. 3. non tot habet patronos, quos habere creditur.

96 Respondeo 2. ad id, quod adducitur ex Hiac. Parpera, *de Quartenario Authorum numero*, satis commune esse sufficere tres DD. immò duos, & quandoque unum, ut jam diximus suprà *sect.* 1. §. 1. pluribus AA. citatis, quibus addo Sperellum *dec.* 175. *n.* 82.

97 Objicitur 2. Si per Bullam Lusitanis concessam possent sumi quolibet anno ab unico homine plures Bullæ pro pluribus defunctis, esset longè indulgentior, & liberalior Bulla Lusitana, quàm Bulla Hispanica, in quâ conceditur, ut acceptâ unâ Bullâ vivorum, accipiatur altera pro defuncto, & acceptâ secundâ Bullâ vivorum, accipiatur secunda etiam pro alio defuncto, & non ampliùs; esse autem Bullam Lusitanam liberaliorem, quàm Hispanicam, non videtur concedendũ, cùm tam Bulla Lusitana, quàm Hispanica habeat eandem causam finalem, scilicèt subsidium ad expeditiones contra Fidei Catholicæ hostes.

98 Respondeo 1. nullam dari repugnantiam in eo, quòd pro æquali causâ concedantur inæquales indulgentiæ, ut docet Greg. de Valentia *tom.* 4. *disp.* 7. *quæst.* 20. *p.* 4. §. *Secundum incõmodum*, & norunt omnes, qui in hac materia vel leviter versati sunt; quod etiam patet in triplici quinario Sanctorum, in quorũ Canonizatione concesserunt indulgentias Gregor. XV. Clem. X. & Alex. VIII. respectivè; nam Greg. ut foveret devotionem erga suos quinque Sanctos, innumeras concessit indulgẽtias plenarias. Clemens verò, ut incenderet pietatem in suos quinque, largitus est viginti sex indulgentias plenarias quolibet anno lucrabiles. Alexander autem, ut fidelium animi suis quinque Sanctis lubentiùs addicerentur, triginta novem ad minus indulgẽtias plenarias quolibet anno lucrabiles impertitus est. Ecce omnes

nes iſti Pōtifices habuêre unam, & eandem cauſam concedendi indulgentias, ſcilicet cultum, & venerationem Sanctorum, & tamen tanto cum diſcrimine illas conceſſerunt. Ergò ſimiliter benè poteſt Bulla Cruciatæ Hiſpanię concedere pauciores indulgentias, quàm Bulla Cruciatæ Luſitaniæ, licèt utraque habeat æqualem cauſam, ſicuti pauciores indulgentiæ conceſſæ ſunt venerātibus quoſdam quinque Sanctos, quàm venerantibus alios quinque, licèt utrobique eadem ſit cauſa, nempe cultus, & veneratio Sanctorum. Et ratio eſt: quia hæc pendent à voluntate Papæ, & cùm ſint conceſſiones gratuitæ, non cōmenſurātur regulis juſtitiæ ad æqualitatem, ſed ſatis eſt, quòd quælibet indulgentiarum conceſſio habuerit ſufficientem cauſam.

99 Reſpondeo 2. quòd etiamſi admitteremus debere dari æqualitatem inter indulgentias Bullæ Hiſpanæ, & Bullæ Luſitanæ propter æqualitatem cauſæ, quæ eſt bellum contra infideles, non ideo cenſenda eſt amplior Bulla Luſitana, quàm Hiſpana, quòd virtute Bullæ Luſitanæ plures accipi poſſint Bullæ pro defunctis, quàm virtute Bullæ Hiſpanæ, nam hæc in multis alijs eſt amplior, quàm Luſitana, ut utramque Bullam legenti patebit.

100 Reſpondeo 3. hoc argumentum ſupponere, quod erat probandum, ſcilicèt virtute Bullæ Hiſpanæ non poſſe accipi niſi duas Bullas defunctorum, cujus oppoſitum docent Ramos, & Araña, (ſub cujus nomine latet eruditiſſimus Lumbier, ut conſtat ex ipſo opere *num.* 1162.) locis à nobis citatis ſupra *ſect.* 1. §. 1. *num.* 5. Si igitur virtute Bullæ Hiſpanæ, in qua datur clauſula reſtrictiva bis poſſunt accipi plures Bullæ, quarè non poterūt accipi virtute Bullæ Luſitanæ, ubi non datur hujuſmodi clauſula?

101 Objicitur 3. Si poſſent ſumi tot Bullæ pro defunctis, quot vellent ij qui Bullam vivorum ſumunt, ſequeretur, quòd poſſet evacuari Purgatorium; ſed hoc eſt inconveniens, & damnatum ab Univerſitate Pariſienſi: ergò non poſſunt ſumi tot Bullæ pro diverſis defunctis, quot vellet, qui habet Bullam vivorum.

102 Reſpondeo 1. hoc argumentum nihil probare, juxta axioma Logicorum, *quod nimis probat, nihil probat*: nam hoc argumentum intendit probare Pōtificem non poſſe concedere indulgentias pro defunctis, ut videre eſt apud Gabriel *in Expoſit. Canon. Miſſæ lect.* 57. ibi: *Arguunt ad inconveniens, quia ſic* (*hoc eſt concedendo indulgentias pro defūctis*) *Papa poſſet liberare quemcūque vellet de Purgatorio: immò dando plenariæ remiſſionis indulgentias poſſet evacuare totū Purgatorium.*

103 Pontificem autem posse concedere indulgentias pro defunctis est definitũ à Xisto IV. & comprobatum exemplo plurium Pontificum, qui eas pro defunctis concesserunt, ut fatetur idem Gabriel *in append. ad prædict. lection.* 57. ubi retractat opinionem, quam antea tenuerat. Quo loco tamen advertendum est ibi nominari Papam Paschasium V. qui tamen nunquam sedit in Cathedra D. Petri, nec ut aliqui existimârunt, potest esse Paschalis V. quia solùm duo Romani Pontifices fuêre hujus nominis, unde necessè est esse mẽdum in libro Gabrielis, quòd inde in alios AA. irrepsit.

104 Resp. 2. non magis sequi evacuationem Purgatorij ex multiplicitate Bullarum, quàm ex multiplicitate indulgentiarũ defunctis applicabilium, præsertim cùm multò plures sint, qui possint lucrari indulgentias pro defunctis, quàm qui possint sumere Bullas: nam indulgentias pro defunctis possunt lucrari omnes Catholici in universo terrarum Orbe; Bullas autem de quibus loquimur, non possunt sumere, nisi qui in ditionibus Lusitaniæ commorantur: nullus autẽ Catholicus impugnat multiplicitatem indulgentiarum, quę conceduntur pro defunctis, ex eo, quòd possent evacuare Purgatorium. Ergò neque multiplicitas Bullarum ex eo capite impugnari potest.

105 Resp. 3. admissâ maiori, negando minorẽ quoad utrãque partem, & in primis quoad primam: nam ut rectè docet Gabriel *loco cit.* nihil inconveniens est per indulgentias evacuari Purgatorium; sicut & per cætera suffragia Ecclesiæ in tantum multiplicata, quòd sufficerent pro redẽptione animarum omnium in Purgatorio pœnas solventium, Purgatorium posset evacuari. Et utinam (subjungit idem Gabriel) tantus esset in vivis fervor charitatis, ut suis suffragijs animæ omnes de Purgatorio tollerentur. Quòd nullum in istiusmodi Purgatorij evacuatione sit inconveniens, docent præter Gabrielem, Navar. *de Indulg. notab.* 31. *num.* 48. Carrilho *in Explicat. Bullæ defunctorum p.* 2. *cap.* 8. *num.* 9. *& seqq.* Cordub. *lib.* 5. *de indulg. quæst.* 18. Sylvester *verb. Papa §. Sexto quæritur*, Bard. *de Bulla Cruciatæ p.* 4. *tr.* 3. *cap.* 2. *sect.* 4. *num.* 28. 29. *&* 30. Mend. *de Bulla Cruciat. disp.* 36. *cap.* 3. *num.* 20. Filliuc. *tractat.* 8. *num.* 216. & novissimè doctissimus, & disertissimus Fr. Dominic. à S. Thom. Lusit. *in Tyrocin. Theolog. cap.* 345. *num.* 8. immò id de facto contigisse in die Assumpt. B. M. Virgin. docet cum pluribus noster P. Novarin. *in Umbra Virginea num.* 786. ibi: *Ferunt quippe bonæ notæ AA. Virginem morituram, & in Cælum ituram à Filio hoc petijsse, ut omnes animas, quæ in Purgatorio detine-*

Digitized by Google

nebantur, ſecum ad Gloriam ducere poſſet, quòd ipſam obtinuiſſe dubium non eſt.

106 Deindè quoad ſecundam partem illius minoris dico, quòd Schola Pariſienſis non damnavit doctrinam aſſerentem Pontificem poſſe liberare à Purgatorio omnes animas diſtributivè ſumptas per indulgentias conceſſas per modum ſolutionis, ſed ſolùm doctrinam aſſerentem Pontificem poſſe liberare à Purgatorio omnes animas collectivè ſumptas. Ita Theophil. Raynaud. *vol.* 15. *ſect.* 3. *p.* 5. *quæſit.* 3. *num.* 12. *& ſeqq.*

107 Objicitur 4. Hæc ſententia de multiplicitate Bullarũ pro defunctis utilitèr ab uno acceptibilium opponitur textui Bullæ, quæ poſtquam locuta eſt de indulgentia plenaria conceſſa in forma Jubilæi, quam quilibet vivus poteſt bis quolibet anno lucrari pro ſe, ait : *Quæ etiam pro cujuſque eleemoſynam largiẽtis voluntate animabus in Purgatorio exiſtentibus, quæ per charitatem Chriſto unitæ ab hac luce migravérunt, pro quibus juxta præmiſſa collatum fuerit ad relaxationem pœnarum, quibus ſecundùm Divinam Juſtitiam expoſitæ ſunt, ſuffragetur.* Ergò ſignum eſt in Bulla non concedi pro defunctis niſi eandem indulgentiam, quæ conceditur vivis, quæ cùm non ſit niſi duplex quolibet anno, benè ſequitur non poſſe ab uno ſuſcipi niſi duplicem Bullam defunctorum quolibet anno.

108 Hoc argumentum eſt Achilles adverſariorum, & jam ſolutum eſt à Domino Laurentio Pires Carvalho, ab Illuſtriſſimo Domino Epiſcopo Angolẽſi, & à Reverendiſſimo P. Fr. Andrea à Regibus ; unde ſuperflua videri poterit noſtra ſolutio: ſed cùm adverſarij illud ſæpiùs ingeminent, non omnino inutile erit ejus ſolutiones multiplicare. Et ideo

109 Reſpondeo indulgentiam, quæ in illa clauſula conceditur defunctis, non eſſe eandem ipſam, quæ conceditur vivis, neque aliam illi ſimilem, ſed aliam omnino diverſam ; unde corruit vis argumenti. Nam in primis non poteſt eſſe eadem indulgentia, quia indulgentia ſemel ſibi applicata, alij applicari non poteſt, ut rectè Eſcobar *tom.* 1. *Theolog. mor. lib.* 7. *cap.* 13. *num.* 156. & idem expreſsè docet Dicaſtillo loco à nobis cit. ſuprà *ſect.* 2. §. 1. *num.* 55. quem omnino relegere oportebit.

Deinde indulgentiam Bullæ vivorum poteſt quis ſibi applicare non verò indulgentiam Bullæ defunctorũ, ut tradit Nog. *diſp.* 26. *ſect.* 31. *num.* 354. Accedit, quòd ſi eſſet eadem indulgentia, quæ conceditur defunctis, atq; illa quæ conceditur vivis, ſequeretur nõ poſſe quẽpiam ſumere Bullam pro defuncto, antequam lucratus fuiſſet indulgẽ-

tiam pro ſe ipſo, nam quod non exiſtit, non poteſt applicari; ergò neceſsè eſt, ut præexiſtat indulgentia in vivo, aliàs enim non poterit applicari defuncto, ſi quam lucratur defunctus, eſt eadem, vel extenſio illius, quam lucratur vivus: ne dicamus, invito Ariſtotele, immò ipsâ renuente naturâ, rerum agens operari, antequam exiſtat; quòd autem non poſſit accipi, vel ſaltem applicari Bulla defunctorum, niſi poſtquam illam accipiens lucratus eſt indulgẽtiam, eſt contra praxim univerſalem fidelium, neque memini me id legiſſe apud ullum Authorem. Ergò dicendum indulgentiam Bullæ defũctorum non eſſe eandem, atque indulgentiam Bullæ vivorum, contra P. Fr. Emmanuel. à Sylva *diſp. 4. art. 2. num. 15.* ibi: *Iſta indulgentia mortuorum eſt eadem, ac indulgentia vivorũ, additâ tamen facultate determinandi ſubjectum mortuum, cui fiat applicatio.* Si ergò indulgentia Bullæ defunctorum non eſt eadem, atque indulgentia vivorũ, quare de illa diſcurrendum eſt, ſicut de indulgentia vivorum? Quare limitanda eſt per limitationes indulgentiæ vivorum?

110 Non ſolùm non eſt eadem indulgentia defunctorum, atque indulgentia vivorum, ut proximè oſtendimus, ſed neque illi ſimilis, ut patebit diſcurrenti per utriuſque proprietates; nam indulgẽtia vivorum eſt propriè, & rigorosè indulgentia ſimpliciter; indulgentia mortuorum non ita, ſed tantùm ſecundùm quid, ut docet Paſſerin. *de indulg. quæſt. 118. n. 922.* deinde prima requirit eleemoſynæ erogationem, ſumptionem ſummarij, & ſuſceptionem Sacramentorum Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ, vel in re, vel in voto. Secũda verò non requirit, ut acquiratur, niſi erogationem eleemoſynæ, & ſumptionem Bullæ: præterea eleemoſyna prærequiſita ad primam eſt varia pro varietate proventuum, & divitiarum ejus, qui Bullam ſuſcipit; eleemoſyna verò prærequiſita ad ſecundam ſemper eſt eadem, ſive ſit pauper, ſive dives, qui Bullam accipit, vel is, pro quo accipit. Ulteriùs prima requirit ſtatum gratiæ in ſuſcipiente; ſecunda verò talem ſtatum non requirit in ſuſcipiente, ut fert cõmunis ſententia Theologorum: ergò indulgentia Bullæ defunctorum non ſolùm non eſt eadem, atque indulgentia Bullæ vivorũ, ſed neque illi ſimilis, ut doctè reſolvit Dicaſtillo *loco cit.* per illa verba; *Nec enim indulgentia, quam defunctus accipit, priùs, & directè accipitur à vivo, ut inde poſtea illa, vel alia ſimilis reſultet in defuncto.*

111 Si igitur indulgentia Bullæ defunctorum non eſt eadem, atque indulgentia Bullæ vivorum, neque alia illi ſimilis, ut hucuſque oſtendimus, benè

Digitized by Google

benè ſequitur, quod poſtremò diximus, ſcilicet eſſe diverſam, ut cum communi docet Gregor. de Valentia *tom.* 4. *diſp.* 7. *q.* 20. *p.* 1. *col.* 1581. ibi : *Communiter DD. ſentiunt indulgentiam, quæ defunctis confertur, non omnino eſſe ejuſdem rationis cum indulgentia, quæ confertur vivis.*

112 Sed clariùs idem tradit in terminis Mendo, dum docet has indulgentias non ſolùm non eſſe eâſdem, vel ſimiles, vel eſſe diverſas, ſed neque eſſe connexas, non ſolùm quoad ſe, ut jam oſtendimus, cùm diximus quamlibet earum poſſe acquiri ſine alia, ſed neque eſſe connexas quoad Bullas, ita ut non ſolùm poſſit acquiri indulgentia vivorum ſine Bulla defunctorū, ſed etiam è contra poſſit acquiri indulgentia defunctorum ſine Bulla vivorum, quo poſtremùm etiam caſu, quo verum non ſit, tamen optimè probat diverſitatem inter has duas indulgentias eſſe juxta mentem tanti Doctoris. Audiamus ipſum Andream Mendo, qui *diſp.* 28. *num.* 4. ait : *Non verò eſt aliqua connexio inter Bullam vivorum, & defunctorum, ita ut una ſeorſim ab alia accipi nequeat; & ſicut poteſt quis accipere unam pro defuncto Bullam, quin pro ſe Bullam vivorum acceperit, ſic poteſt ſumere pro eodem defuncto ſecundam Bullam, quamvis pro ſe ſecundam, immò nec primam ſumpſerit.* Si ergò indulgētia Bullæ defunctorum non eſt eadem, atque indulgentia Bullæ vivorum, ſed hæc eſt diverſa ab illa: quo jure adverſarij noſtri ab indulgentia vivorum argumentantur contra indulgentiam defunctorum, quando à diverſis non fit illatio, ut pluribus text. & DD. tradit Barb. in *Axiom. lit. I. num.* 18. ?

§. II.

Reſpondetur argumentis, quæ impugnant probationes noſtræ ſententiæ.

113 Potiſſima ratio decidendi poſſe ſumi à quolibet fideliū uno anno plures Bullas pro pluribus defunctis eſt, quia ita declaravit Cōmiſſarius Generalis Bullæ Cruciatæ, & hic eſt noſtræ ſententiæ Achilles contra hujusmodi declarationem.

114 Objicitur 5. Commiſſarium Generalem jam nūc non habere poteſtatem interpretandi authenticè Bullam Cruciatæ, quia ſi illam habuit unquam, fuit ex Bulla Leon. X. & ex alijs Bullis, quondam directis ad Regem Catholicum, dum ſub illius poteſtate erat Regnum Luſitaniæ; virtute quarum ipſe Rex Catholicus juſſit, ut eandem authoritatem haberet Commiſſarius Generalis Luſitaniæ in decidendis dubijs, quā habet Commiſſarius Generalis Caſtellæ: ſed hoc fundamentum corruit primò; quia Bulla Leonis cum ipſo Leone,

Digitized by

immò cum ejus temporis Bulla Cruciata expiravit. Corruit 2. quia non conſtat Regem Catholicum illa juſſiſſe ex facultate præhabitâ à Sede Apoſtolica. Corruit 3. quia dato quòd illud verum eſſet tempore, quo Luſitania erat ſub poteſtate Regis Catholici, jam nunc non ſubſiſtit ab anno 1640. quo magno Regis Regum beneficio, Luſitania in priſtinam libertatem aſſerta eſt ab Auguſtiſſimo Rege Joanne IV.

115 Reſpondeo 1. Dominum Laurentium Pires Carvalho non aſſerere Commiſſario Generali illam poteſtatem interpretandi authenticè Bullam Cruciatæ ex ſola Bulla Leon. X. ſed etiam ex fundamentis ab adverſarijs adductis, ac proinde ſtantibus illis nō poſſe corruere illam poteſtatem, etiamſi illa Bulla Leon. X. expiraſſet, quod negat (& meritò) Illuſtriſſimus Dominus Laurentius Pires Carvalho, idque falſum eſſe multis probat *q.* 1. *à num.* 17. immò etiamſi Commiſſarius Generalis Cruciatæ nullam haberet poteſtatē interpretandi, adhuc in præſenti caſu ſtādum eſſet illius ſententiæ, cùm innitatur claris, & expreſſis verbis ſummarij, quod eſt approbatum à Sede Apoſtolica, ut ſuprà oſtendimus ex Brevi Urb. VIII.

116 Reſp. 2. quòd etiamſi Bulla Leonis expiraſſet, jam revixiſſe ſaltem per tacitam conceſſionem Sedis Apoſtolicæ, nam Illuſtriſſimus D. D. Antonius Maſcarenhas Commiſſarius Generalis Cruciatæ in relatione factâ Sanctiſſimo Pontifici Urban. VIII. ejus Bullæ Leoninæ mentionem fecit, & ſe illius authoritate uſum fuiſſe profeſſus eſt ipſi Summo Pontifici anno 1626. & tamen Papa non reprehendit, neque impugnavit hujuſmodi uſum, unde cenſendus eſt illum approbaſſe, quia *taciti*, & *expreſſi idem eſt judicium*, ut cum pluribus docet Barb. *in Axiom. lit. T. num.* 13. Neſcio autem, quo jure adverſarij noſtri opponantur Bullæ, cui non opponitur Sedes Apoſtolica, illius ſcientiam habens.

117 Reſp. 3. ad id, quod dicitur de mandatis Regis Catholici, dico prædicta mādata fuiſſe expedita virtute Bullarum Apoſtolicarum, ut refert idem D. Anton. Maſcarenh. *in relatione citata fol.* 11. cujus teſtimonium ſi deficeret, adhuc ego non crederem Regem Catholicum ea juſſiſſe ſine authoritate Pontificis, quæ ſunt ſpiritualia, vel ſpiritualibus annexa: & ſi Nog. *diſp.* 12. *ſect.* 4. §. 2. *num.* 34. contra privilegia Bullæ Cruciatæ vult credi Fr. Laurētio de Portel teſti ſingulari, & ut probat Domin. Laurentius Pires Carvalho, eâ in re decepto: quare nos in favorem Cruciatæ non credemus Commiſſario Generali, & Regi Catholico?

118 Reſp. 4. ad illud, quod di-

Digitized by Google

dicitur de translatione regiminis Luſitaniæ, hoc Regnum, & illius perſonas, præſertim prout in publico munere conſtitutas non amiſiſſe privilegia ſibi conceſſa à Rege Catholico, ut conſtat; immò neque illa, quæ ſibi cõceſſa antea fuêre à Sede Apoſtolica, concedente aliquot privilegia cunctis Regnis tunc ſubjectis Regi Catholico; ut patet in Miſſis, in quibus ſinguli Religioſi addunt in confeſſione nomina Fundatorum ſuorum Ordinum reſpectivè, & in fine Orationis Collecta, *& famulos tuos*, in omnibus Luſitaniæ Eccleſijs additur, ut teſtatur P. D. Leonard. à S. Joſepho Canon. Regularis Sanctæ Crucis *in Econom. ſacr. cap. 4. tit. 16. §. 20.* cùm tamen hoc fieri non poſſit niſi privilegio Pij V. confirmato à Greg. XIII. conceſſo omnibus Regnis Hiſpaniæ, Regi Catholico ſubjectis, ut videre eſt apud Quintañaduen. *tom. 1. ſing. tract. 7. ſing. 35. num. 7.* quo utuntur etiam Hiſpani extra Hiſpaniam, ut teſtatur Navar. *tom. 1. lib. 3. conſ. 4.* relatus ab eodem Quintañad. *ibid. num. 8.* aſſerens ita factum fuiſſe jam ſuo tempore Romæ in Eccleſia S. Jacobi, & Beatæ Mariæ de Monſerrate, quę eſt Aragonum, & S. Antonij, quę eſt Luſitanorum. Igitur ſi Religioſi, & Sęculares Sacerdotes utuntur nunc in Luſitania privilegio ab ipſis olim obtento intuitu Regis Catholici, quando Luſitania erat ſub poteſtate Regis Catholici; cur Cõmiſſarius Generalis Cruciatę Luſitanię non utetur nunc privilegijs, quibus utebatur, cùm hoc Regnum erat ſub poteſtate Regis Catholici? quo tempore eadem erat authoritas, & poteſtas Commiſſarij Generalis Cruciatæ Caſtellæ, & Luſitaniæ, cum ſola juriſdictionis diviſione ad vitandas lites, & quo Luſitania per ſuos ſpeciales judices, quin alij immiſcerẽtur, quoad hoc adminiſtraretur, ut docet Mend. *diſp. 3. cap. 1. §. Præterea*; & fortaſſe hęc communicatio facultatum, & privilegiorum inter utrumque Cõmiſſarium extitit cauſa, ob quã DD. Luſitani ſcribentes de Bulla Cruciatæ Luſitaniæ plura docuêre magis cõformia Bullæ Cruciatæ Regnorum Caſtellæ, quàm noſtræ Bullæ, ut queritur Nog. *in Præfat. ad lectorem* loquens de Elucidatoribus Bullæ, ibi: *Sibi forſitan aliqui ex ipſis perſuadentes eâſdem eſſe facultates, privilegia, & indulta utriuſque Bullæ, Luſitanæ ſcilicet, & Hiſpanæ.* Hæc dicta ſunto uberioris doctrinę gratia, nam tutior, & expeditior propoſiti argumenti ſolutio eſt, quam tradidimus primo loco.

119 Objicitur 6. Admiſſo quòd Commiſſarius Generalis poſſit interpretari Bullam, tunc ſolùm poterit, cùm adeſt caſus dubij, non verò, quando verba Bullæ ſunt clara: ſed in caſu noſtro verba Bullæ ſunt clara: ergò, non

non indigent alia interpretatione, quæ ſi detur, erit vel ſuperflua, vel falſa.

120 Reſpondeo 1. etiam dato, quòd verba ſint clara, neceſſarium eſſe Commiſſario exercitium poteſtatis interpretandi; ſunt enim aliquot homines tam amantes jurgiorum, & contentionum, ut de re quapiam, etſi clariſſima, dubitent, æmuli fortaſſe Academię illius adoleſcentioris, & volaticæ, quam nonnemo vocavit Philoſophiæ veteris perturbatricem, cujus erat inſtitutum adverſari omnibus in diſputando, ut tradit Deſiderius Jacotius Vandopeſanus *in libello de Philoſophorum doctrina* : vel ſaltem diſcipuli Renati Carteſij, cujus ſunt duo illa dictamina : quorum primum eſt, *veritatem inquirenti ſemel in vita, de omnibus quantum fieri poteſt eſſe dubitandum* : ſecundū verò : *dubia etiam pro falſis habenda* (Renatus Des Cartes *Princip. Philoſoph. p.* 1. *n.* 1. & 2.) : propter iſtiusmodi ergò homines neceſſarium fuit Commiſſario cōferri poteſtatē interpretandi authenticè quodcumq; dubium, quod ſupra Cruciatam exoriri contigiſſet.

121 Reſpondeo 2. verba Bullæ non eſſe tam clara, quàm ſupponit argumentum, maximè comparata cum Summario Luſitano, adeò ut laborandum fuerit ſcriptoribus in oſtendendo ſummarium non contrariari Bullæ; unde verè datur caſus dubij, ac proinde neceſſariæ interpretationis: ex veritate hujus reſponſionis validius prodit argumentum.

122 Objicitur 7. Hæc explicatio Commiſſarij auget gratias Bullę, cùm concedat poſſe ſumi pro defunctis totiès quotiès accipiatur Bulla defunctorum, cùm tamen Bulla id non concedat, niſi bis in anno; ſed explicatio, quæ auget gratias Bullæ eſt nullius valoris, cùm extendatur ultra cōmiſſionem : ergò hæc explicatio eſt nullius valoris.

123 Reſponderi poterat 1. negando maiorem, quia non eſt ultra proprietatem verborum Bullæ illa explicatio, unde non auget ipſius gratias : ſed hanc reſponſionem jam dedit Illuſtriſſimus Dominus Cōmiſſarius Generalis, multiſque rationibus ſatis ſuperque confirmavit, undè aberrarem à ſcopo mihi præfixo, dum propoſui me nolle actum agere, ſi in illa ampliùs immorarer.

124 Reſponderi poterat 2. concedendo maiorem, & negando minorem, dicendo Commiſſarium habere poteſtatem augēdi gratias Bullæ, ut docet Benedict. Pereira Societ. Jeſu Luſit. vir doctus, & à numero, & varietate voluminum, quæ edidit, cōmendatus ; qui in ſua *Theolog. mor. tract.* 41. *ſect.* 1. *q.* 2. §. *dico* 1. ait : *Juridica, & authentica interpretatio Cruciatæ, ipſorumque privilegiorum, & gratiarum , jure*

Or-

Digitized by Google

Ordinario ſpectat ad ſolum Pontificem : ex commiſſione verò ad illũ, cui Pontifex ſuas vices demandaverit ; *ita Trullench* in Proœm. Cruc. dub. 3. num. 4. *Ratio eſt* ; *quia illa interpretatio cùm legem augeat, vel minuat, ad illum ſpectat, cujus eſt legem augêre , vel minuere : Legislator autem , aut ejus Commiſſarius utrumque poteſt.* Pereiræ conſonat P. Fr. Emmanuel à Sylva in ſuo *tract. de Bulla Cruc. diſp.* 4. *art.* 2. *num.* 11. ubi ſingularem probat opinionem circa applicationem indulgentiæ ſtationum pro defunctis, quam negat fieri poſſe à non habente Bullam defunctorum, dicens : *Hæc tamen indulgentia ſine Bulla mortuorum, pro mortuis lucrari non poteſt, quia Commiſſarius Bullæ accêpit facultatem apponendi quaſcumque clauſulas , etiam irritantes, indulgentijs Bullæ, quâ poteſtate uſus eſt in præſenti , ut apertè exprimit in fine compendij Bullæ defunctorum.* Hanc tamen ſolutionem non adhibeo , quia tantam poteſtatem , quantam prædicti AA. illi tribuunt, ſibi nõ arrogat Dominus Commiſſarius Generalis Cruciatæ. Unde

125 Reſp. ad argumentum admiſſa maiori , diſtinguendo minorem: explicatio, quæ augeat gratias Bullæ, eſt nullius valoris, niſi accedat conſenſus tacitus, vel expreſſus Summi Pontificis, concedo minorẽ : ſi accedat cõſenſus tacitus, vel expreſſus Summi Pontificis , nego min. & negatâ conſequentiâ, dico in noſtro caſu acceſſiſſe illi explicationi conſenſum non ſolùm tacitum, ſed etiam expreſſum Summi Põtificis.

126 Quòd acceſſerit conſenſus tacitus Summi Pontificis patet ; quia à pluſquam centum annis, uſque ad noſtram ætatem publicatur in Luſitania illud ſũmarium Bullæ defunctorũ , ſciẽtibus , & non contradicentibus Summis Pontificibus, neque ejus Miniſtris, ut *ſect.* 2. §. 4. *probat.* 9. adnotavimus. Immò idem dicendum probabiliter videretur, etiamſi id Põtifex penitùs ignoraret , ũt cum pluribus docet Gobat. *tract. de indulg. p.* 1. *cap.* 6 *num.* 79. ſed hac opinione conſultò abſtineo.

127 Quòd acceſſerit prædictæ explicationi conſenſus expreſſus Pontificis, jam ſuprà loco citato oſtendimus ex Bulla Urban. VIII. quâ approbat ſummarium Bullæ in Luſitania publicari ſolitum; unde dicendum eſt illam explicationem, etiamſi (quod negamus) eſſet amplior ipſo textu Bullæ, adhuc eſſe magni valoris, cùm acceperit robur à Sede Apoſtolica.

128 Et conſentaneum erat pietati Sedis Apoſtolicæ approbare iſtam extenſionem (ſi talis eſt) indulgentiarum Bullæ Cruciatæ, hæc enim habet tam præclarum, eximiumque finem, ut eſt defenſio fidei, & hâc de causâ San-

Sanctiſſimus Pontifex Paul. IV. (qui adhuc Epiſcopus Theatinus unà cum Sanctiſſ. Parente noſtro Caietano Thienæo noſtram Clericorum Regularium Congregationem inſtituit *die* 14. *Septēb.* 1524.) conceſſit ampliorem Bullam Cruciatæ, quàm ullus alius Pontifex, & tamen Paul. IV. extitit tam parcus in concedendis indulgentijs, ut elegans rerum noſtrarum Scriptor P. D. Joſeph. Silos *Hiſt. Cleric. Regul. tom.* 1. *lib.* 10. *pag.* 435. poſt commendatam ejus liberalitatem ſubjunxerit: *Illud, antequam hāc materiam abſolvimus, non diſſimulandum, habuiſſe videlicet Paulum* parcimoniam *ſuam, & quandam veluti àvaritiam, quæ ſanè haud minus laudabilis, quàm profuſa ea liberalitas videri potuit. Ac primo quidem Eccleſiæ Theſauro, quem ſummi Sacrorum Antiſtites vetere inſtituto, ac Pontificum jure per indulgentias diſtribuunt, quanvis ampliſſimum ſciret, nec planè vererêtur, ne uſus imminueret, parcè nihilominus utendum exiſtimavit.* Et licèt Sanctiſſimus Parens noſter Paul. IV. eſſet tam parcus indulgentiarum diſpenſator, tamen *die* 15. *Martij anno* 1559. conceſſit, ut totiès obtineretur indulgentia plenaria Bullæ, quotiès hæc intra eundem annum acciperetur, ut ſcribit Mend. *de Bulla diſp.* 28. *num.* 2. quod ideo crediderim feciſſe Paul. IV. quia extitit Catholicę Fidei propugnator acerrimus, ut teſtatur in ejus Epitaphio B. Pius V. qui ab ipſo fuerat in ſacrum Collegium Cardinalium cooptatus: Epitaphium habes apud P. Caſtaldum *in vita Pauli IV. cap.* 21.

129 Accedit nova ratio iſtius extenſionis, ſcilicet eſſe in favorem defunctorum, quorum indulgentias Sedes Apoſtolica non ſolet comprehendere in generalibus revocationibus, & ſuſpenſionibus indulgentiarum, ut docet Paſſerin. *de indulg. quæſt.* 108. *num.* 881. ibi: *Eſt regula communiter approbata, quòd ſub conditione indulgentiæ datæ cum clauſulis ampliſſimis, non venit facultas applicandi indulgentiam pro alijs, & præcipuè pro defunctis, undè æquitas vult, quòd multò magis ſub conditione indulgentiarum jam conceſſarum, quæ inter odioſa numeratur, & eſt ſtrictiſſimæ interpretationis, non cadat indulgentia pro defunctis.* Idem antea docuerat Martin. Carrill. *in explic. Bullæ defunctorum p.* 2. *cap.* 9. *n.* 9. ibi.

Las indulgencias concedidas a las animas del Purgatorio, nó ſe ſuſpenden por ſuſpenſiones generales.

Trullench *in Bull. Cruc. lib.* 1. §. 9. *dub.* 4. *num.* 3. & alij quàmplurimi, quos longum eſſet recenſère.

130 Et patet 1. exemplo Paul. V. qui in generali revocatione

Digitized by Google

tione indulgentiarum à Regularibus lucrabilium, non comprehendit indulgentias lucrabiles pro defunctis, ut tradit ex noſtris P. Peregrin. *in Cõpend. privil. Cleric. Reg. verb. indulg. §. 9. editionis Mutinenſis anno* 1610. & *in ſcholio poſt §.* 11. & *in 2. p. verbo indulgentia pro defunctis in ſcholio poſt §.* 1. P. Alphonſ. de Leone *de Jub. p. 1. q. 6. num.* 246. §. 4. favẽt Quintanad. *ſing. tract. 4. de Jubilæo, dub. 2. num.* 5. Joan. Mar. Novar. *in Lucern. Regular. verb. indulgent. num.* 3. Archangel. Roman. *de privil. Regul. lib.* 3. *verb. indulgentiæ*, Belaſius *in prompt. Regul. verb. indulg. num.* 6. Pelizzar. *in Man. Reg. tom. 2. tract.* 8. *cap. 5. num.* 181. Peyrin. *ad Conſt.* 8. *Pauli V.* §. 19. *num.* 5. Lezan. *tom. 1. c.* 3. *n.* 19. *& tom.* 2. *verb. indulgent. n.* 11. *& tom.* 3. *ad mare magnum Sencitarũ n.* 180. *& alij.*

131 Patet 2. exemplo ipſius Urb. VIII. qui revocans omnia vivæ vocis oracula, non revocavit ea, quæ defunctis concedebant indulgentias, ut teſtatur doctiſſimus Fr. Petr. ab Angel. *in ſpecul. privil. Regul. in Commun. diſp. 6. ſect. 2. num.* 19. ibi: *Interrogatus Urban. VIII. à Reverendo P. noſtro Generali Paulo Simone Genuenſe Congreg. Italiæ, Romæ tunc cõmorante, an in ſua revocatoria oraculorum comprehenderentur indulgentiæ conceſſæ vivæ vocis Oraculo pro animabus Purgatorij; reſpondit ſuæ mentis unquam fuiſſe illas comprehendere, ſed manere in ſua vi, quoa reſponſum authenticum vidi, & legi cũ atteſtatione, & ſubſcriptione præfati Generalis, dũ Romæ adeſſẽ, conſervaturque in Archivo noſtri Conventûs S. Mariæ de la Eſcala.*

132 Patet 3. exemplo Jubilæi Anni Sancti, quod licet ſuſpendat omnes indulgentias, non ſuſpendit indulgentias conceſſas pro defunctis, ut cum P. Quarto, & P. Leone docet P. Paſqualig. *de Jubil. q.* 150. ubi etiam pro hac ſententia refert Zechium, Fauſtum, Layman, Pal. Lezan. Gavant. Peirin. Gobat. Quintanad. & alios; immò talem ſuſpenſionem fieri non poſſe addit Dicaſtill. *de Sacram. tom.* 2. *tract* 9. *diſp. 2. dub.* 24. *num.* 325. neque etiam ſuſpendit indulgentias conceſſas vivis, ſed applicabiles defunctis, ut cum eiſdem P. Quarto, P. de Leone, & cũ P. Dian. docet Paſqual. *ibid. q.* 151.

133 Denique adeo attendi ſolet juvamen mortuorum, ut (licèt oppoſitum ſit cõmunius) etiam poſſint applicari à fidelibus pro defunctis illæ indulgentiæ, quæ acquiruntur à vivis, etiamſi tales indulgentiæ non ſint expreſsè conceſſæ à Papa, ut pro defunctis applicentur. Hujus ſẽtẽtiæ Anteſignanus creditus fuit Georg. Gobat. qui *in 1. edit. Theſaur. Indulg. lib. 2. cap. 21. q. 61. num.* 466. (ſic citatam invenio hanc editionem ab Adamo Burghaber *in cent. 1. ſelector. caſuum conſcientiæ, caſ.* 72.) illam orbi

propoſuit, poſtea tamen in noviſſima editione illius Theſauri, qui inter opera Gobati eſt, *tr.4. de Indulg. p.2. cap.21. in Append. ad q.61. num.* 470. dixit eam ſententiam jam ſibi non videri tam probabilem, quàm antea videbatur, idque ob ſolam authoritatem contrariam, eo quòd repererit tres Doctores (nempe P. Dian. Ant. Cotton. & Adam. Burghaber) ſibiq; reddi dubiam ſuam reſolutionem; illam tamen ibidem explanavit, roboravitq; ulteriùs. Sed Gobat. qui propter 3. Authores ſibi contrarios aſſerit jam ſuam ſententiam minus quàm antea placêre, reſumeret proculdubio ſpiritus generoſiores ad illam defendẽdam, ſi legiſſet Doctores alios pluſquàm 3. qui poſt ipſum reſcripsêre, & ejus ſententiam amplexi ſunt, nam poſt Gobat. eandem ſententiam docent Fr. Gabriel à S. Vincẽt. Carmelit. Diſcalceat. & vir ob multa edita volumina celebris *in opere de Sacram. tom.3 diſp.13. q.5. pag.564.* ibi: *Unde putò ſententiam P. Gobati in Theſaur. indulg.* p.2. cap.21. q.61. n. 466. *& aliorum modernorum probabilem eſſe, cùm ſit valdè pia, & foveat defunctorum devotionem, & ſit illis valdè utilis, & nulli dãnoſa, nec ipſi offerenti, quia ſic offerens actum præſtantiſſimum facit, & ſi fortè Deus illam indulgẽtiam ad offerentis votum applicare noluerit ad ipſius ſinum revertêtur.*

134 Neſcio qui nam ſint illi recentiores, quos citat iſte Author, ſed poſt ipſum eândem ſententiam vocat valdè probabilem, & multis rationibus confirmat, ad argumentaque reſpõdet (licèt à communi ſententia non recedat) Leandr. à Murcia *lib.6. diſquiſ. moral. diſp.2. reſ.10. à n.6.* numero autem 14. ait: *Quod exẽplum, & alia, quæ ibi adducit Epiſcopus Portuenſis, valdè conferunt ad hujus piæ ſententiæ Georg. Gobat. comprobationem, quæ cùm non contemnendis rationis fulcris nitatur, & ad argumenta contraria efficaciter reſpondeat, mihi valdè probabilis videtur: quam, ſi non obſtaret communis DD. ſenſus, cui contraîre non audeo, libentiſſimè amplecterer.* Fr. Raymund. Lũbier *Append.3. Miſcell. fragm.4. §.5. advert 4. n.1162.* ibi:

Si uno nó puede ganar para ſi ſinó una indulgencia plenaria de una vez, porque ganada ella, todas las demás en aquella hora le ſon de ſobra, el dia que el Papa le concede, que gane todas las indulgencias de Roma, y Ieruſalen, donde ay tantas plenarias, le aconſejo, que cuide de la aplicacion, y tome de ellas para ſi todo aquello, de que ſea capaz, y lo reſtante lo ofrezca, ó porlas animas del Purgatorio, pues es probable en Mendo, verbo indulg.

dulg. num. 12. *que puede.*

Fr. Raymund. Lumbier per omnia conſonat Fr. Franciſc. Dias à S. Bonaventura *in lib. ſæpius* à nobis citato, hoc eſt, *Eſpejo Seraphico p.* 1. *cap.* 3. *docum.* 12. *n.* 4.

135 Hi ſunt Authores, quos videre potui, qui duce Gobat. docuêrunt poſſe omnes vivorum indulgentias applicari defunctis; ſed ante ipſum Gobat. tenuerat eandem ſententiam Anonymus, qui ſcripſit illud Paradigma, quod impugnat Theophilus Raynaudus *tom.* 15. *in Heteroclitis ſpiritualibus Cæleſtium, & infernorum p.* 2. *ſect.* 2. *punct.* 2. *n.* 7. tenuerat Fr. Elias à S. Tereſia *in legatione Eccleſiæ triumphantis ad militantem pro liberandis animabus Purgatorij lib.* 2. *cap.* 30. *n.* 3. ibi: *Haud eſt omnino incredibile Deum etiam frequenter acceptare indulgentias illas, quæ etſi expreſsè poſſe defunctis applicari, non aſtruantur, à vivis tamen pro mortuis ex affectu charitatis offeruntur; quia & id de divina poteſt pietate præſumi, & exemplis variis confirmatum fuit.* Mox plura adducit exempla, quorum aliqua etiam videre eſt apud Leandrum à Murcia loco citato; multos etiam refert pro hac ſentētia ſuppreſſis nominibus P. Meazza noſter *in ſtimulo quotidiano* incitante ad defunctorum ſuffragia ſub *die* 2. *Auguſti n.* 258.

136 Ex dictis conſtat quantum diſſentiant à benignitate Sedis Apoſtolicæ, immò & à pietate ipſius Dei adverſæ ſententiæ patroni; nam Sedes Apoſtolica, etiam cùm revocat, vel ſuſpendit omnes indulgentias, relinquit in priſtino ſtatu indulgētias pro defūctis lucrabiles. Deus verò in favorem animarum Purgatorij præſumitur acceptare etiam indulgentias, quæ non habent ſpecialem conceſſionem, virtute cujus poſſint applicari defunctis: noſtri autem adverſarij negant poſſe applicari etiam illas, quæ ad minus probabiliter illis conceſſæ ſunt.

137 Objicitur 8. & contra illud fundamentum, quo Dominus Commiſſarius Generalis probat quemlibet fidelem poſſe quolibet anno ſumere v. g. duodecim Bullas defunctorum pro duodecim amicis defunctis, ex eo quòd poſſit ſumere duodecim Bullas vivorum pro duodecim amicis vivis. Objicitur, inquam, diſparem eſſe rationem de amicis vivis, ac de amicis mortuis. Nam quando quis ſumit Bullam pro amico vivo, nihil aliud facit, quàm donare tali amico pecuniam, & nomine illius Bullam accipere, cujus indulgentias ſi vivus acquirere velit, neceſſe eſt ulteriùs, ut per ſe exequatur opera præſcripta, v. g. confeſſionem, & cōmunionem, & tunc iſte donator plurium Bullarum non acquirit plures indulgētias, ſed eas acquirunt donatarij, quiſque ſuas, ratione operum, quæ

quiſque præſtat, quando verò accipit Bullam pro amico defuncto, defunctus nihil ponit de ſuo ad conſequendam talem indulgentiam, ſed ſolus vivus eſt, qui præſtat totum id, quod requiritur ad indulgentiam conſequendam.

138 Reſpondeo eam diſparitatem, licèt plerumque adſit, deficere tamen in Bullis, quæ ſuſcipiuntur nomine eorum, qui jam adulti cecidêrunt in amentiam, nam iſti ſi, cùm inciderunt, erant in ſtatu gratiæ, obnoxij tamen pœnis culparum, quas cõmiſerant, & confeſſi fuerant, vel quas per contritionem deteſtati fuerant, ſi poſtea moriantur in amentia habentes Bullam Cruciatam, ipſorum nomine ab aliquo amico acceptam, proculdubio acquirent indulgentiam plenariam, ut docet Bard. *p. 1. tr. 2. cap. 4. ſect. 5. num.* 87. Mend. *diſp. 4. cap. 3. num.* 12. Nogueir. *diſp. 2. ſect. 2. num.* 19. & alij; quin tamen ullum opus per ſe exequantur: idem eveniet moribũdis, pro quibus jam ſenſibus deſtitutis amici ſumpſerint Bullas vivorum: ſi igitur quis poteſt plures Bullas vivorum utilitèr ſumere pro illis, qui nullum actum operaturi ſunt, cur non poterit utiliter accipere plures Bullas defunctorum pro pluribus defunctis, licèt ipſi ad conſequẽdam talem indulgentiam nullum actum operaturi ſint? cùm in hoc defuncti, & vivi amentes ſint ejuſdem conditionis, ut rectè obſervat Caſpenſis *in ſuo laudatiſſimo Curſu Theologico, tom. 2. tract. 25. de cenſuris diſp. 2. ſect. 13. num.* 151. ibi: *Nihilominus difficile eſt aſſignare rationem, quare in defunctis, quibus applicatur indulgentia, non requiratur ratihabitio actualis in anima, cui fit gratia, & requiratur ſemper in vivis. Quod magis urget in eo, qui accipit Bullam pro exiſtente in gratia, qui incidit in amentiam perpetuam, & habet ſolvendas pœnas in Purgatorio pro peccatis commiſſis ante amẽtiam, & pro quibus plenè non ſatisfecit, in quo caſu idem videtur dicendum, quod de defunctis exiſtentibus in Purgatorio, ſufficere ſcilicet habitualem acceptationem, & non requiri neque actualem, neque virtualem: ergo aliqua ſunt privilegia talis conditionis, ut ad ſui effectum non requirant in privilegiato, neque notitiam, neque acceptationem actualem, vel virtualem.*

Conſectaria præcedẽtis doctrinæ.

139 Ex dictis ſequitur 1. ſententiam Illuſtriſſimi Domini Laurentij Pires Carvalho eſſe ad minus maximè probabilem, non ſolùm probabilitate authenticâ, & extrinſecâ ortâ à teſtimonio plurium Doctorum, ſed etiam probabilitate rationali, & intrinſecâ conſurgente ex ſoliditate fundamentorum, & ſubtilitate ſolutionum adhibitarum argumentis

mentis partis oppositæ, idque etiam sumptâ probabilitate in sensu Coriphæi rigidiorū Antiprobabilistarum Reverēdissimi P. Thirsi Gonçalez, qui *in fundam. Theolog. mor. dissert.* 1. §. 6. *n.* 27. ait: *Assero* 1. *dari opinionem verè, & certò probabilem absolutè, & in se de honestate, vel licentia actûs, nihil aliud esse re ipsa, & secluſa contentione de nomine, quàm aliquos viros probos, & sapientes post diligentem veritatis inquisitionem, ideſt post accuratum studium, & diligens examen rationum, & fundamentorum pro una, & alterâ parte citra passionem, & culpam judicasse illum actum esse honestū, vel saltem licitum, & lege divinâ non prohibitum, ob fundamenta, quæ illis visa sunt magna, & gravia, ac digna impetrare assensum ab homine prudēte, & perito: ideſt, ob fundamenta, quæ infra infallibilitatem, & evidentiam illis visa sunt urgentiora fundamentis partis contrariæ.* Sed jam constat multos viros, valdè probos, & maximè sapientes post diligentem veritatis inquisitionem, & accuratum examen rationum utriusque partis citra passionis, aut culpę suspicionem judicasse licitè, & validè posse sumi a quolibet fideli quolibet anno plures Bullas defunctorum pro pluribus defunctis (quę est sententia Domini Laurentij Pires Carvalho) idque ob fundamenta, quæ illis visa sunt magna, & gravia: ergo sententia Domini Laurentij Pires Carvalho, est ad minus maximè probabilis, ut asserunt omnes, qui illi subscripsêre.

140 Sequitur 2. Sentētiam Domini Laurentij Pires Carvalho non solùm esse ad minus maximè probabilem, sed esse certam; nam illa sententia est certa, de cujus veritate prudentèr dubitari non potest, juxta communem definitionem certitudinis; sed de veritate sententiæ Domini Laurentij Pires Carvalho prudentèr dubitari non potest, quia innititur authoritati summarij, in quo adest authētica interpretatio Commissarij, contra cujus interpretationem nullius authoritas potest prævalêre, ut docet Moya *in qq. selectis p.* 1. *tr.* 2. *disp.* 3. *q.* 1. §. 4. *num.* 16. & dè cujus veritate nefas est dubitare, ut docent Trullench, Escob. Dian. & alij à nobis citati *suprà sect.* 2. §. 3. *num.* 72. & maximè accedēte, ut accessit ex dictis *suprà sect.* 2. §. 4. *probat.* 9. approbatione, & confirmatione Sedis Apostolicæ: ergò sententia Domini Laurentij Pires Carvalho non solùm est ad minus maximè probabilis, sed etiam certa.

141 Sequitur 3. Sententiam oppositam non solùm non esse probabiliorem, sed neque probabilem, etiam in sententia benigniorum probabilistarum, ut suprà ostendimus *sect.* 2. §. 4. *in fine.* Neque potest accipere probabilitatem à suis AA. cùm eam doceant, non adductâ ullâ

ſolidâ ratione, vel gravi fundamento, quod requiritur ad hoc, ut DD. poſſint dare alicui ſententiæ probabilitatem, ut eſt cõmune apud AA. ſupra allegatos, quibus addo doctiſſimum Sebaſtianum Iſquierdo *in Pharo ſcientiarum diſp.6. q.1. & 2.*

142 Neque dicas omnes DD. qui Domino Laurentio Pires Carvalho ſubſcribunt (uno excepto Reverendiſſimo P. Fr. Andrea à Regibus) concedere oppoſitæ ſententiæ probabilitatem, dùm aſſerunt noſtram probabilem, probabiliorem, & probabiliſſimam, juxta illud Theorema Illuſtriſſimi Caramuelis *in Apologemate de Probabil.num.82. Repugnat alteram contradictionis partem eſſe probabilem, & alteram non eſſe probabilem.*

143 Ne, inquam, id dicas; nam Theorema, etſi ſubtiliter excogitatum, non eſt abſolutè verum, & illi Caramuelis *Repugnat*, opporto ex diametro quoddam *Implicatorium eſt*, Reverẽdiſſimi P. Thirſi Gonçal. *in fundam. Theolog. Mor.* differt. 3. §. 2 *num.57.* ibi: *Implicatorium eſt, ut ubi duæ opiniones ſunt ex diametro oppoſitæ, quarum unam eſſe veram, idem eſt, ac alteram eſſe falſam, ita comparentur ad eundem intellectum, ut una ſit reſpectu illius clarè, & manifeſtè probabilior, ſeu veriſimilior altèrâ: & tamen altera maneat abſolutè, & ſimpliciter probabilis reſpectu ejuſdem; quia hoc ipſo quòd intellectus unam partem contradictionis approbat prudenter ut veram, alteram reprobat ut falſam.* Quam doctrinam multis probat, ſed præſertim egregio quodam teſtimonio Divi Auguſtini ex *lib. 3. contra Creſconium cap.74.* ubi inter alia ait: *Srego dixerim probabilius, comparativum pro poſitivo ponens, non quia vos probabiliter, ſed magis, quia improbabiliter.* Ergò ex mẽte Divi Auguſtini, qui noſtram ſententiam dicunt probabiliorem, oppoſitam vocant improbabilem.

144 Sequitur 4. Dominum Commiſſarium Generalem poſſe mandare, ut publicentur Bullæ defunctorum ſumptibiles totiès quotiès; quia ut vidimus, iſtæ Bullæ totiès, quotiès ſunt ſumptibiles, & earum indulgentiæ, non ſolùm ſunt probabiles, ſed certæ, ut diximus, immò etiamſi eſſent ſolùm probabiles, adhuc poſſent licitè publicari, ut docet cum pluribus Fr. Franciſcus Dias à S. Bonavent. in ſuo libro, cui titulus, *Eſpejo Seraphico p.1. cap.3. docum.3. num.4.* & quidem meritò; nam poſſunt prædicari omnes indulgentiæ utiles, & acquiſibiles: ſed indulgentiæ probabiles ſunt utiles, & acquiſibiles, ut docent præter relatos à nobis ſuprà *ſect. 2. §. 3. n.66.* Gobat. *de indulg.n.712.* & P. Paſqualig. *de Jubilæo q.60.*

Sequitur 5. Commiſſarios Generales Bullæ Cruciatæ non ſolùm poſſe publicare Bullam defun-

Digitized by Google

functorum cum ea extenſione, quam docet Illuſtriſſ. Dom. Laurentius Pires Carvalho (idē dicēdū eſt ſervatis ſervādis de alijs favoribus expreſſis in ſūmario Bullæ Cruciatæ, cùm eandem habeant certitudinem) ſed etiam teneri ſub peccato, & quidem mortali, propter gravitatem materię, & cum onere reſtituendi, ſi ſecùs fecerint, tùm ratione dāni illati proventibus Cruciatæ, tùm etiam ratione mercedis, quam accipiunt à Regibus pro fideli, & ſedula expeditione Bullæ, tam vivorum, quàm defunctorum, cui deficerent, qui non facerent Bullam defunctorum publicari cum omni licita extenſione, & magna ex parte reddentur injuſti poſſeſſores illius mercedis, quæ etiam aliquo pacto poteſt dici ex bonis defūctorum, ita ut Commiſſarijs Generalibus extenſionem illam diſſimulantibus non incongruè adaptari queat, quod de hæredibus ait Diſcipulus ſermone 160. apud P. Meazza *in ſtimulo quotidiano die 14. Februarij*, ibi: *Omnes qui hæreditant bona defunctorum, tenentur ſubvenire ipſis, à quibus habent illa bona: & ſi non fecerint, tunc ipſæ animæ conqueruntur de ipſis, dicentes illud Job* cap. 19. num. 22. *Quare perſequimini me ſicut Deus, & carnibus meis ſaturamini*? Verbis Diſcipuli claudo hanc Diſſertatiunculam, quam ut Diſcipulus ſcripſi: Quæſtio enim iſta tam doctè pertractatur ab Illuſtriſſimo, & Sapientiſſimo Authore, ut in hac materia nihil relinquatur Magiſtris, quod doceant, omnibus indicetur multum, quod diſcant. Hoc eſt meum judiciū, ſalvo meliori. Ulyſſipone in hac Domo Clericorum Regularium ſacra Divæ Virgini à Providentiâ, v. Nonas Octobris, anno reparati Orbis M.DC.XCVI.

Sub cenſura

D. Emmanuel Caietanus Souſa, Cleric. Regul.

SECUNDA QUÆSTIO

DISCUTIENDA PETIT,

Utrùm Commiſſarius Cruciatæ de facto habeat poteſtatem, ex ſpeciali indulto Pontificio, præbendi facultatem, ut fideles Bullam habentes poſſint Oratoria erigere, ab Ordinario approbanda, eiſque liceat virtute facultatis à Commiſſario conceſſæ celebrare, & celebrari facere?

SUMMARIUM.

1 *DD. pro negativa, & n. 2.*
3 *Declaratur quæſtio.*
4 *Affirmativè reſolvitur.*
5 *Adducitur Bulla Leonis X. & n. 6.*
7 *De jure quis poteſt declarare ſuam voluntatem. Declaratio non eſt nova diſpoſitio.* Ibid.
8 *Iſta Bulla unum ſupponit, & aliud declarat.*
9 *Loquitur de Altari portatili, & n. 10.*
11 *Altare unum eſt fixum, aliud portatile, & n. 12.*
13 *Diluitur objectio, & nn. ſeqq.*
16 *Satisfit alteri objectioni, & nn. ſeqq.*
21 *Continuatio, ſeu renovatio, non eſt nova gratia.*
22 *Refertur declaratio Cardinalium.*
23 *Reſpondetur declarationi.*
24 *Privilegia conceſſa per viam contractûs non revocantur per clauſulas generales.*
25 *Nec de plenitudine poteſtatis revocantur.*
26 *Intelligitur P. Portel, & nn. ſeqq.*
29 *In erogatione pecuniæ pro Bulla non datur ſimonia, & nn. ſeqq.*
32 *In diſpenſationibus imponi poteſt onus temporale, abſque labe ſimoniæ, & ſeq.*
34 *Contractus ſupponit obligationem præciſam.*
35 *Donatio pura an ſit contractus? & nn. ſeqq.*
43 *De jure communi Epiſcopi poterant concedere licentias erigendi Oratoria.*
44 *Hæc facultas poſtea fuit ſublata, & n. ſeq.*
46 *Bulla Cruciatæ conceditur ad inſtantiam Regum.*
47 *Privilegia Regibus conceſſa ſolùm expreſsè revocantur, nec comprehenduntur ſub reſervationibus Apoſtolicis, & ſeq.*
49 *Suntque regalia, & ut talia regu-*

regulantur, & n. ſeqq.
Magiſtratus Ordinum dicuntur Regij, ſeu bona regalia. Ibid & n. 51.

52 Eodem modo regulantur decimæ Eccleſiaſticæ Regibus conceſſæ.

53 Privilegia multoties confirmata firmiora judicantur.
Geminatio actuum denotat maiorem animi deliberationem. Ibid.

54 Privilegia Cruciatæ non comprehendũtur in derogatione generali.

55 Nec ad eorum derogationem ſufficit clauſula, Quibuſcũque.
Etiamſi addatur quòd illa habeantur pro expreſſis, & declaratis. Ibid.

56 Maximè ſi fuerint conceſſa ad cauſas pias, vel ob publicam utilitatem.

57 Privilegia Cruciatæ, ſunt conceſſa propter merita, & ſervitia.

58 Ideo durante anno publicationis nequit Pontifex illa revocare.
Et ſi revocet, tenetur ad cõpenſationem. Ibid.

59 Mendicantiũ privilegia quoad Oratoria non fuerunt ſublata.

60 Intelligitur Paſcaligus, & nn. ſeqq.

64 Conciliatur declaratio Gregor. XV. & nn. ſeqq.

67 Lex diſponens ſpecificè de aliqua re, non extẽditur ad aliam.

68 In Bulla Hiſpana dempta fuit clauſula de licentia Commiſſarij.
In Luſitana non ita. Ibid

69 Intelligitur Bulla Urban. VIII. & n. ſeq.

71 Refertur edictum Commiſſarij, & aliud Collectoris; & n. 72.

73 Adducitur epiſtola Commiſſarij ad Urban. VIII.

74 Tranſcribitur epiſtola Cardinalis Barbarini ad Nuntium.

75 Declaratio, & acceptatio Commiſſarij.

76 Traditur deciſio Apoſtolica, & reſolutio Tribunalis Cruciatæ, & n. 77.

78 Alia reſolutio ejuſdem Tribunalis, & nn. ſeqq.

84 Expenditur P. Portel.

85 Revocatio privilegij eſt odioſa, & reſtringenda.

86 Idem procedit in Bulla Cœnæ reſpectu Cruciatæ, & nn. ſeqq.

89 Etiam procedit in Jubilæo anni Sancti quoad ipſam.
Sic declararunt Urban. VIII. Greg. IX. & Gregor. XIII. Clem. VIII. & Clem. X. & nn. ſeqq.

93 Traduntur, & conciliantur Patres Moya, & Nogueira, & nn. ſeqq.

99 Erectio Eccleſiarum pertinet ad Epiſcopos, non ita Oratoriorum, & nn. ſeqq.

102 Cui conceditur maius, conceditur minus.

103 Contentum ſequitur naturã continentis.

104 Idem dicitur de acceſſorio.

105 Conceſſo principali conceditur, quod venit in conſequentiam.

106 Laudatur Paſcaligus.

107 Tem-

107 *Tempore interdicti potest celebrari virtute Bullæ.*

108 *Etiam extra tempus interdicti hoc licet.*

109 *Refellitur P. Sylva, & nn. seqq.*

113 *Privilegium jure cõmuni contrarium ampliatur favore fidei, & causæ piæ.*

114 *Discretioni Commissarij relinquitur facultas celebrandi, & n. seq.*

116 *Facultas Commissarij ad omnes extenditur, & n. seq.*

118 *Dictio (etiam) non facit novam dispositionem, sed auget, & conjungit.*

119 *Clausula, & conditio in medio posita respicit utrumque casum.*

120 *Verborum superfluitas semper vitanda.*

In privilegijs Apostolicis etiam quælibet syllaba debet aliquid operari. Ibid.

121 *Dictio (ad id) comprehendit antecedẽtia, & consequẽtia.*

123 *Solum habentes Bullam ex praxi gaudent facultate Commissarij, & n. seq.*

124 *Confirmatur ex Pascaligo.*

125 *Eleemosyna desideratur pro dicta licentia.*

126 *Iterum convincitur P. Sylva, & n. seq.*

128 *Rejicitur etiam P. Nogueira, & nn. seqq.*

135 *Alia est facultas erigẽdi, alia approbãdi Oratoria, & nn. seqq.*

139 *DD. laudantur pro sententia Authoris, cum seqq.*

1 IN hac quæstione pro negativa sentẽtia stãt omnes moderni Expositores Bullæ, nixi declaratione Cardinalium, jussu Pauli V. edita 10. *die Martij, anno* 1615. quã transcribit P. Nog. *de Bulla disp.* 12. *sect.* 4. §. 2. *n.* 36. *pag.* 149. & declaratione facta à Gregor. XV. anno 1622. per Epistolam de ejus mandato scriptam ab Eminentissimo Cardinali Ludovisio ad Illustrissimum Nuntium Hispaniæ; cujus verba transcribit idem Nog. *loco citato* §. 3. *num.* 43. ex Moya *tom.* 1. *tract.* 2. *de Relig. q.* 1. *num.* 16. *in* 1. *edict.* & Bullâ Urbani VIII. expeditâ anno 1626. quâ interdicitur Episcopis licentiam præbêre, ut in privatis Oratorijs celebretur, de quâ idem Nog. *suprà* §. 1. *n.* 30. *cum seqq.* & Bullâ Clementis IX. datâ Romæ, *die* 28. *Octobr.* 1669. de quâ etiam Nog. *suprà.*

2 Stabilitur etiam hæc negativa sententia in eo, quòd Bulla Latina non continet hanc facultatem erigendi Oratoria, cõtroversumque hoc fuisset jam in hoc Regno inter Illustrissimũ Dominum D. Antonium Mascarenhas tunc tẽporis Commissarium Generalem, & Illustrissimum Joannem Baptistam Pallotto Collectorem in hoc Regno, super quam controversiam cadere Bullam Urbani VIII. ait idẽ Nogueir. *suprà* §. 2. *num.* 34. quâ de

de causâ hanc negativam sentẽtiam fortiter defendit locis citatis, & P. Fr. Emman. à Sylva *de Bullâ, disp. 3. art. 2. num. 10. cum seqq.* Moya *quæst. mor. tom. 1. tr. 2. de Relig. disp. 3. de Oratorijs, q. 2. §. 3. num. 15. cum seqq.* & quamplurimi ab ijsdem, & alijs relati, qui etiam multos referunt pro affirmativa sententia, nempè, posse Commissarium licentiam elargiri, ut Oratoria erigantur, dummodò ab Ordinario sint approbata, & cogere Ordinarios ad ea approbanda, ut apud eosdem citatos videri potest.

3 Ut clariùs procedamus in hac quæstione, sciendum est in ea non vocari in dubium, an possint erigi Oratoria virtute Bullæ Cruciatæ; ab hoc enim pro nunc præscindimus: sed utrùm Commissarius ipsius Bullæ habeat de facto potestatem sibi à Summo Pontifice concessam, ad dandam licentiam fidelibus habentibus ipsam Bullam Cruciatæ, ut erigant Oratoria approbãda, & visitanda ab Ordinario, duratura, quoad vixerit persona, cui à Commissario præstita fuerit talis facultas, ut in illis possit celebrare, vel celebrari facere. Hoc adnotato,

4 Est resolutio: Commissarius Bullæ Cruciatæ habet de facto ex indulto speciali Pontificio potestatem concedẽdi fidelibus Bullam habentibus facultatem erigendi Oratoria ad celebrandum, approbanda, & visitanda ab Ordinario, duratura quoad vixerit persona, cui talis licentia præstita fuerit ab ipso Commissario.

5 Ducor; quia id expressè habetur in Bulla Leonis X. expedita ad instantiam Regis Emmanuelis, *die 12. Octobris anni 1517.* Pontificatûs ejusdem Pont. 5. quæ asservatur in Archivo Tribunalis Bullæ, cujus meminit P. Nog. *disp. 1. de Bullâ sect. 12. num. 83.* quoad jurisdictionem interpretandi Bullam, & privilegia: licèt illius non recordetur, quatenùs in ea etiam referantur aliæ ejusdem Pontificis indulta, & privilegia circa Oratoria. Bulla autem prout in Archivo Cruciatæ invenitur, ita se habet.

LEO PAPA X.

UNiversis Christi fidelibus præsentes litteras inspecturis, salutem, & Apostolicam benedictionem. Nuper universos Christi fideles in Regnis, & Dominijs, Terris, Insulis, & locis charissimo in Christo Filio nostro Emmanueli Por-

Portugalliæ,& Algarbiorũ Regi illuſtri ſubjectis habitantes, quòd pro Redemptoris noſtri gloriâ, eidem Regi in cõtinuando proſecutionis, & expeditionis contra Chriſti nominis hoſtes ſubſidiũ cum bonis, & perſonis, pro viribus, ſemèl, & pluriès aſſiſtere vellent; per alias noſtras ſub plumbo hortati fuimus, requiſivimus,& monuimus; ac eiſdem fidelibus in Regnis, & locis hujuſmodi habitantibus, & qui infra annum à die publicationis earundem litterarum, ex illarum datis infra duos menſes faciendâ computandos, in illis tunc expreſſa adimplerent,plenariam indulgẽtiam,& omnium peccatorum remiſſionem,aliaque omnia,& ſingula in litteris Cruciatæ antè eidem Regi conceſſæ contenta privilegia, & indulta conceſſimus; ipſaſque Cruciatæ,& alias etiam in forma Brevis litteras, per quas eidem Emmanueli Regi conceſſimus, ut Executores tot, quot ſibi viderẽtur expedire, nominare, ac pecuniarũ ex hujuſmodi Cruciatâ, & facultatibus proveniẽtium Theſaurarios, & Receptores, qui pecunias, juxta ipſius Regis ordinationem, conſervẽt, deputare poſſet, cùm omnibus, & ſingulis in eis contentis conceſsionibus, & clauſulis ad dictum annum *innovavimus, & de novo etiam conceſſimus, ac voluimus, ut Executores in prioribus litteris Cruciatæ deputati, facultate, & poteſtate eis per ipſas priores litteras conceſsis, dicto anno durante, uti*: & Stationis Urbis quibusvis perſonis ſuprà dictis etiã cõcedere: *ipſi verò, quibus per eoſdem Executores Altare portatile*, & confeſsionale, ac ſtationes hujuſmodi conceſſa forent, illis, quoad viverẽt, uti poſſent,prout in ſingulis litteris prædictis pleniùs continetur;& licèt ex dictis poſterioribus litteris clarè, & manifeſtè appareat, *quòd facultas illa, quæ eſt conceſſa Executoribus*

Digitized by Google

bus concedendi Altare, & Cõfeſsionalia, ac Stationes Urbis, eſt temporalis, & reſtricta ad annum dùmtaxat, & non illa, quæ datur recipientibus Confeſsionalia, & Stationes, *ac Altare portatile*, eligendi Confeſſorem, & Presbyterum ad celebrandum Miſſam, & Eccleſias pro conſequendis Indulgentijs conceſsis viſitantibus Eccleſias Urbis, & extra eam ad id deputatas, quæ eſt illis ad eorum vitam conceſſa, & non expirat, niſi per obitum eorũ quibus *Altare portatile*, & Cõfeſsionalia, ac Stationes hujuſmodi conceſſa fuerunt: quia tamen, ut idem Rex nobis nuper exponi fecit, aliqui ſuper hoc hæſitarunt, ac etiam alios de nonnullis alijs circa dictas noſtras litteras dubitare contingit, *pro quorum declaratione* ad Nos habere recurſum plurimùm laborioſum, & difficile eſt: & propterea idem Rex ſummopere cupit eiſdem Executoribus dubia, quæ circa dictas noſtras litteras pro tẽpore occurrent, juxta eorum cõſcientiam interpretandi, & declarãdi licentiam concedi: Nos itaque votis ejuſdem Regis annuentes, *Executoribus litterarum Cruciatæ hujuſmodi pro tempore occurrentia juxta eorum conſcientiam declarandi, & interpretandi eiſdem authoritate, tenore præſentium, licentiam concedimus, & facultatem*; ac declaramus, quòd illi, quibus *Altare portatile*, vel Confeſsionale, aut Stationes Urbis cõceſſa fuerunt, illis, quoad vixerint, uti, ac qui Presbyteri fuerint, *Miſſam celebrare*; ſeu ipſi, & alij, qui Presbyteri non ſunt, *celebrari facere*, ac Confeſſorem, qui eorum auditâ confeſsione abſolvet, & Eccleſias pro cõſequentibus Indulgentijs etiam eligere, donec in humanis fuerint, poſq; ſint, in cõtrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque. Datum Tuſcanelle ſub Annulo Piſcatoris, die 12. Octobris 1517. Pontificatûs

noſtri anno quinto.

Evangeliſta.

6 Ex hac namque Bullâ, & ex alijs in ea relatis, pateſcit, privilegium hoc fuiſſe ſpecialitèr conceſſum Commiſſario, erigendi Oratoria duratura quoad vixerit perſona, cui talis facultas erogata fuerit; ut patet ex verbis dictæ Bullæ, ibi: *Ac declaramus, quòd illi, quibus* Altare portatile, *vel Confeſſionale, aut Stationes Urbis conceſſa fuerunt, illis, quoad vixerint, uti, ac qui Preſbyteri fuerint, Miſſam celebrare, ſeu ipſi, & alij, qui Presbyteri non ſunt, celebrari facere.* Junctis verbis, ibi: *Conceſſimus, ac voluimus, ut Executores in prioribus litteris Cruciatæ deputati, facultate, & poteſtate eis per ipſas priores litteras conceſſas, dicto anno durante, uti, & Stationes Urbis, quibus perſonis ſuprà dictis, etiam concedere; ipſi verò, quibus per eoſdem Executores* Altare portatile, *& Confeſſionale, ac Stationes hujuſmodi conceſſa forent, illis, quoad vixerint, uti poſſent.* Et iterùm, ibi: *Quòd facultas illa, quæ eſt conceſſa executoribus, concedendi Altare, &c.* Cùm ergò dicta Bulla referatur ad contenta in Bullâ Cruciatæ, fuiſſetque ad tollenda dubia, quæ oriebantur ex interpretatione Bullæ Cruciatæ in hac materiâ; benè ſequitur non eſſe dubitandum privilegium hoc inclusum eſſe in Cruciatâ; quia ita declaravit Pontifex, qui ipſam Cruciatam conceſſit, ex illo vulgari axiomate: *Illius eſt declarare, cujus eſt condere*; unde ceſſant interpretationes à DD. traditæ ſuper Bullâ ejuſdem Cruciatæ; utrùm ſcilicèt in ea comprehendatur privilegium ad erigenda Oratoria, vel non.

7 Fortiùs hoc procedit, quia Pontifex per hoc declarat ſuam voluntatem in hac Bullâ; de jure verò quis propriam, non verò alienam voluntatem declarare poteſt, *ex text. in L. idem Pomponius §. ult. ff. de reivendic.* ubi Bald. Barth. & Angel. in terminis Surd. *conſ.* 281. *num.* 30. Declaratio nāque non eſt nova diſpoſitio, *ex L. hæres palam §. quid ff. de teſt. Clem. exivit §. harum declarationum, de verbor. ſignif. gl. verbo de novo in cap. per tuas de Donat.* Ergò cùm Pontifex in hac Bullâ declaraſſet ſuam propriam intentionem in alijs Bullis ab eodem conceſſis, & in hac ipſamet relatis; benè ſequitur in Bullis Cruciatæ ab eodem Pontifice emanatis, contineri facultatem Cōmiſſario conceſſam in ordine ad erigenda Oratoria; ac per conſequens non ſubſiſtere interpretationes, de quibus DD. in hac materiâ.

8 Deinde ſi attentè legas hanc Bullam, invenies unum in ea ſupponi, alterum verò declarari: nàm dùm Pontifex refert facultates à ſe emanatas, ſupponit in eis contineri facultatem Com-

Commissario concessam in ordine ad erigēda Oratoria tanquàm sine dubio: declarat tamen tales concessiones esse vitalitias, & duraturas ad vitam illius, cui concessæ fuerint; sicut accidit in privilegijs à Pontificibus concessis in ordine ad Oratoria, & Nūtijs, ut eas elargiri possint, quæ sunt tantùm vitalitiæ; de quo erat dubitatio, ut patet ex contextu ejusdem Bullæ: ergò neque novam declarationem, neq; novam dispositionem continet prędicta Bulla, sed ex ejus contextu apparet, in Bullâ Cruciatæ concessam esse Commissario facultatem in ordine ad erigenda Oratoria, duraturam pro vita illius, cui concessa sit talis facultas.

9 Argues: Bulla loquitur per verba illa, *Altare portatile*; atquî per præfata verba non possunt intelligi Oratoria stabilia, sed viatica pro itinere: ergò non benè stat nostra resolutio in dicta Bullâ Leonis X. fundatà, quatenùs asserit virtute talis Bullæ, posse Commissarium Cruciatæ potestatem præbere ad erectionem Oratorij.

10 Maior patet ex ipsamet Leonis Bullâ; minor probatur ex *text. in cap. quoniam* 12. *de privil. in* 6. ibi: *Præsenti constitutione indulgemus eisdem, ut Altare possint habere viaticum, & in eo celebrare, ac facere celebrari ubicumque.* Ergò non Oratoria, &c.

11 Ad solutionem hujus argumēti prænotandum est, Altare duplex esse, aliud stabile, & fixum, aliud mobile, & portatile: stabile, & fixum illud est, quod in certo loco immobile manet, de quo est *text. in cap. si motum, de consecrat. dist.* 1. *text. in cap.* 1. *& cap. in dubijs, & cap. ligneis, de consecrat. Eccles.* ubi disponitur, quòd si Altare motum fuerit, amittit consecrationem.

12 Mobile verò, & portatile illud est, quod in tabulis constituitur, & avelli, aut mutari potest, de quo est *text. in cap. cōsedimus* 30. *de consecrat. dist.* 1. *in verbis*: ibi: *Modo Ecclesiæ fuerint incensæ, & combustæ, in Capellis cum tabula consecrata Missas interim celebrari permittimus:* ubi *gl. verbo Sacerdotali*, ita ait: *Sacerdotali, ideſt Episcopali.* Et verbo *Oratorium*, ibi: *Oratorium, ideſt locus specialitèr destinatus ad orandum.* Et verbo *in Capellis*, ibi: *In Capellis, ideſt Oratorijs non consecratis. Gl. in dict. cap. si motum, verbo Altare*, ibi: *Nam tabula consecrata de loco ad locum movetur.* Alias differentias de uno, & alio Altari vide apud Pasqualig. *de sacrif. nov. leg. tom.* 1. *tract.* 1. *de Altari q.* 668. & *q.* 681. ubi ait Altare portatile dici omne illud, quod consecratum non est.

13 Quibus sic prænotatis, respondeo ad argumentum, concedendo maiorem, negando verò minorem; quia non solùm di-

citur portatile Altare pro itinere, ſed etiam quodcumque aliud, quod moveri poteſt.

14 Patet hoc *ex Gloſ. ſupra tranſcriptis*, & adnotatis, & etiã ex verbis dicti *text. in cap. concedimus*; ubi poſt verba jam tranſcripta de Altari ex tabulis conſtructo, agit de viatico pro itinere his verbis, ibi: *In itinere verò poſitis, ſi Eccleſia deficeret, &c.*

15 Ergò utrumque, videlicet pro itinere, ideſt Viaticum, de quo in *dict.c.quoniam,de privil.* & in tabula amovibili, de quo *dict. cap. Concedimus*, portatile dicitur, & etiam illud,quod in Capellis, ideſt in Oratorijs, conſtruitur, eſto ſit amovibile; ac per conſequens, dum Bulla loquitur de Altari portatili duraturo quoad vixerit perſona, cui illud Commiſſarius conceſſerit,de Oratorijs dicendum eſt loqui; ſic ſentit Auguſt. Barb. dum ex præfato textu *in cap. Quoniam, de privileg.* colligit conceſſam eſſe Epiſcopis facultatẽ ad Oratoria erigenda: rectè ergò illa verba,*Altare portatile*, de Oratorijs intelligenda ſunt. Quare nobis non officit objectio.

16 Hanc Bullam, & privilegia in ea contenta, expreſsè enervare contendit P. Nog. *de Bulla diſp. 1. ſect. 12. num.*84 in hunc modum: *Hæ tamen declarationes hodie nihil probant, quia expirarunt cum Bulla, ob quam fuerunt conceſſæ; nec hodie in ſucceſſoribus extenduntur, aut prorogantur; quia tantummodò prorogantur, & extenduntur conceſſæ à Gregor. XIV. & illius ſucceſſoribus, ut patet ex ipſis originalibus in Archivo Cruciatæ aſſervatis.*

17 Sed ſiniſtrè incaſſumq; laborat; ſtat enim contra 1. quia in his præfatis verbis jam nobiſcum facit, dum fatetur in hac Bulla prædictas declarationes contineri.

18 Stat utique 2. ultra ea, quæ jam diximus *quæſt. 1. n. 18. cum ſeqq.* quòd contenta in Bullis Cruciatæ, de quibus Pontifex in hac Bullâ agit, & ab eo conceſſa, fuiſſent ſemper revalidata, ut patet ex earum cõtextu; quãvis enim proximiores ſolummodò referantur ad conceſſam à Gregor. XIV. tamen viſa alia antecedenti Bullâ conceſsâ à Greg. XIII. quæ in Archivo Cruciatæ invenitur, eaſdem habet conceſſiones; ſolummodò namque differt in eo, quòd iſta fuit conceſſa ad redimendos Captivos;Gregor. XIV. verò, ad ſublevandos Milites contra Mauros pugnantes: ſed clauſulæ, indulta, & facultates nullam habent differentiam: talitèr quòd ſummarium, quod vulgari idiomate nunc circumfertur, ſit genuina traductio Bullæ Gregor. XIII. ut tibi patebit, ſi conferas.

19 Unde cùm tales gratiæ, & facultates ſint eędem, emanaſſentque à primæva conceſſione facta à Leone X. qui talem facit declarationem: eadem de-

cla-

claratio adhuc viget, cùm non ſit mutata, neque revocata, immò potiùs ſemper fuerit continuata eadem facultas, retento eodem themate.

20 Stat deinde contra: quia quanvis relatio fiat tantùm ad Bullam Gregor. XIV. non inde ſequitur expiraſſe Leonis declarationem; ſiquidem norma Bullæ à Leonis Bullâ tranſcriptâ, etiam invenitur in alijs ſubſequentibus per eadē verba, quæ etiam leguntur in Bullâ expeditâ à Gregor. XIII. *anno* 1584. *quarto Kalendas Auguſti*, Pontificatûs ſui *anno* 13. & eodem modo, eiſdemque verbis, quibus Gregor. XIV. Cardinali Alberto taxas eleemoſynarum commiſit per Bullam, quam refert P. Emman. à Sylva *de Bull. diſp.* 1. *art.* 1. *n.* 6. *p.* 77. aliaq; ejuſmodi Bulla invenitur expedita ab eodem Gregor. XIII. *die* 3. *Decembr. anno* 1584. Pontificatûs ſui 13. quæ aſſervatur *in libro Archivi Cruciatæ fol.* 6. *verſ.* quam tranſcribit Sebaſt. à Coſta *de Bulla*, *q.* 11. *pag.* 39.

21 Ratio autem cur Bullæ ſolummodò referantur ad conceſſam à Gregor. XIV. eſt, quia à principio Bullæ Cruciatæ prò uno tantùm anno concedebantur, ut patet ex Bullâ Leonis X. ſuprà tranſcripta: poſtea verò fuerunt ad biennium conceſſæ, deinde ad triennium, & denique ad ſexennium; ſed quoad clauſulas, & indulgentias, nulla in eis datur differentia, ut eas conferenti patebit: ſicut enim prima, ita aliæ ſunt tranſcriptæ, & ſolummodò in annorum extenſione conſiſtit diverſitas, propter quam de novo typis dabantur, quando annorum fiebat ampliatio: hoc idem refert P. Nogueir. *de Bullâ*, *diſp.* 1. *ſect.* 3. *à num.* 10. ubi enumerat Bullas conceſſas noſtro Portugalliæ Regno, inter quas meminit hujus Bullę Leonis ſuprà à nobis relatę; ubi etiā ait privilegium Bullæ ſemper fuiſſe revalidatum per diverſos Pontifices, & hæc ſunt illius verba formalia, ibi: *Septima* (*ex quâ conceſſio continuata fuit*) *initium habuit à Gregorio XIV.* Jam verò continuatio non eſt nova cōceſſio, ſicut nec renovatio; quia ſolummodò eſt in priſtinum ſtatum reductio, inſtauratio, & reformatio, ex traditis à Cald. *de renovat. lib.* 1. *q.* 1. *n.* 2.

22 Argues tamen, hanc Leonis Bullam eſſe revocatam per Cardinalium declarationem juſſu Paul. V. factam 10. *die Martij*, *anno* 1615. quam tranſcribit Nog. *diſp.* 12. *ſect.* 4. §. 2. *num.* 36. *pag.* 149. in hunc modum:

Perilluſtris, ac Reverendiſsime Domine, (uti frater). Tametſi S. Congregatio Cardin. Concil. Trid. interpretum, optimis innixa rationibus ſæpiſsimè reſpōdit, celebrandi licentias in privatis Oratorijs, non niſi à Sede

Apoſtolicâ eſſe concedendas: compertum eſt tamen per plures Antiſtites ejuſdem Concilij verba in alium ſenſum detorquentes, paſsim illas, ac nullum propè delictum impertiri: quâ quidem facultate nedum ipſi Pontificiam ſibi authoritatem aſciſcunt, illarumque Eccleſiarum & frequentiam minuunt, & dignitatem: verùm etiam, (quod ſummè dolendum eſt), tremẽdum illud Myſterium, quo nullum aliud opus adeò Sanctum, atque Divinum à Chriſti fidelibus tractari poſsit, inter domeſticos parietes, plerumque tantâ cum irreverentiâ peragetur, ut nihil ferè inter prophanam, & Divinam domum intereſſe videatur. Quod ſanè teterrimũ exemplũ ut de Chriſtianâ republicâ evellãt Illuſtriſsimi Patres, Amplitudini T. cæteriſq; Archiepiſcopis, atq; Epiſcopis univerſis Sanctiſſ. D.N. juſsu ſignificandum duxerunt; facultatem hujuſmodi licentias dandi ipſius Concilij decretis unicuique ademptam eſſe; ſolique Rom. P. eſſe reſervatam, proindeque Amplit. T. abſtinendum ab illis utcumque tribuendis, ac ſi quas hactenus, vel à ſe ipſa, vel à ſuis anteceſsoribus, aut aliàs quoque modo, quàm ab ipſo S. Pontifice conceſsas repererit, nullas, atque irritas eſſe, quamprimùm decernendas; atque enixè curandum, ne ulla illarum ratio in poſterum habeatur; quam quidem S. Congregationis, atque adeò Sanct. ſuæ voluntatem Ampl. T. perficiet; harumque litterarum exemplum in acta publica primo quoque tẽpore referendum, ac deinde ad ſingulos iſtius Provinciæ Epiſcopos curabit: & benè valeat Amp. T. in Domino, à quo cuncta illi proſpera, ac ſalutaria precamur. Romæ, die 10. Martij anno 1615.

Quam declarationẽ refert Moya *tom. 1. tract. 2. diſp. 3. q. 1. n. 18.* & Auguſt. Barboſ. *de jur. Eccleſ. tom. 2. lib. 2. cap. 8. num. 16. verſ. in his*, qui aliam declarationem refert ejuſdem Congregationis de mandato ejuſdem Paul. V. *die 25. Octobris ejuſdem anni* prohibentem, ne tales facultates concederentur, niſi de licentia Pontificia.

23 Sed reſpondeo, hanc declarationem ſolummodò loqui cum Archiepiſcopis, & Epiſcopis, & non comprehendere Bullæ Cruciatæ privilegia, ex ratione, quâ ipſemet P. Nog. *diſp. 1. ſect. 3. num. 110.* aſſerit, ea non com-

comprehendit in *Extravaganti*, *Quemadmodùm Xisti V. de pœnit. & remiss. peccat.* citans Navar. *de indulg. notab.* 28. *à num.* 13. ideoque idem P. Nog. firmat Cruciatam non suspendi per Jubilæum anni Sancti.

24 Deinde, quia privilegia Bullæ Cruciatæ conceduntur per modum contractûs onerosi, ut patet ex verbis; *porque vós déstes, &c.* & etiam pro subsidio contra infideles, & in fabricam Sancti Petri, ut patet ex Bullis, & tenet Sanch. *lib.* 8. *de matrim. disp.* 33. *num.* 10. & *in Decal. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 27. & Nog. *suprà n.* 11. & *sect.* 3. ubi recenset Bullas cõcessas; ex quibus patet omnes fuisse per viam cõtractûs ad bellum contra Christi hostes concessas: Atquî privilegia concessa per viam contractûs, non revocantur per clausulas revocatorias generales; ex Vital. *de claus. pag.* 11. *col.* 1. *num.* 1. Crescent. *dec.* 2. & 5. *de privil.* Gutier. *in repet. L. nemo potest, num.* 185. *cum seqq. ff. legat.* 1. Put. *dec.* 47. *num.* 1. *lib.* 1. Mohedan. *dec.* 23. *in fin. de Præb.* cum aliis à nobis adductis *Enucl. Ord. Milit. Enucl.* 2. *comp.* 5. *num.* 81. *pagin.* 99. *col.* 2. cum à Costa, Dian. Abreu, Basil. de Leon. Bonacin. Salas, Pal. Roderic. Soar. Vasq. & aliis ibidem à nobis citatis.

25 Taliterque hoc procedit, ut neque de plenitudine potestatis valeat Princeps privilegia ex contractu oneroso revocare. Ita Soccin. *cons.* 86. *num.* 14. *col.* 4. Cephal. *cons.* 16. *col.* 4. Beroius *cons.* 138. *num.* 1. & 9. *col.* 3. Bursat. *cons.* 16. *num.* 36. *col.* 2. Grammat. *dec.* 65. *num.* 26. Peregr. *de jure Fisci lib.* 1. *tit.* 2. *n.* 44. & *cons.* 7. *num.* 1. *col.* 3. Aug. Barb. *claus.* 41. *num.* 26. Ergò cùm Bullæ privilegia non comprehendantur in hac Cardinalium declaratione, quæ tantummodò loquitur cum Archiepiscopis, & Episcopis; benè sequitur non esse revocata ejus privilegia, & adhuc existere in suo esse.

26 Insurgit contra hanc nostram responsionem immediatè præstitam Pater Portel *in respons. moral. p.* 2. *casu* 4. *n.* 1. *cum seqq.* damnando sententiam asserentium, Bullam Cruciatam esse cõcessam per modum contractûs, arguitque in hunc modum. Contractus nõ initur inter duas personas, nisi quando utraque persona dat, vel promittit id, ad quod aliàs non erat obligata: atquî quando Pontifex dat, vel dedit Regibus redditus Cruciatæ, non tenebatur illos dare, & potuit non dare: ergò contractum non fecit. Ita Portel, exemplũque affert in beneficijs, & Episcopatibus, in quibus Pontifex pẽsiones imponit, non per viam contractûs, ex eo quòd potest beneficium non dare, cùm sit actus merè facultativus.

27 Sed contra: quia ex præmissis syllogismi Patris Portel

nequit deduci talis conſequentia; ſed potiùs contraria, ut patet in hoc ſyllogiſmo à nobis ſic conſtructo. Contractus per Portel non fit inter duas perſonas, niſi quãdo utraque perſona dat, vel promittit id, ad quod aliàs non erat obligata: atqui Pontifex dat indulgentias, quas dare non tenetur, neque ad eas diſtribuendas adſtrictus erat; ſicque concedit res, ad quas aliàs non erat obligatus, & ex parte Regum datur ſubſidium tam ad Milites contra Chriſti hoſtes, quàm ad fabricam Templi D. Petri, ad quod Reges non tenentur, præſtantque rem, ad quam obligati non erant; eodemque modo fideles, qui Bullam aſſumunt, eleemoſynam præſtant, adquam de jure non tenentur: ergò in conceſſione Bullæ Cruciatæ fit contractus. En ex eiſdem præmiſſis ſui ſyllogiſmi evadit legitima conſequentia oppoſita cõſequẽtię ab eo illatæ:& ex eâdẽ ſua doctrina liquet Cruciatam conceſſam fuiſſe per modũ contractûs.

28 Secundò, quòd Bulla ſit conceſſa per modum contractûs oſtendo ex doctrina ejuſdem P. Portel, & aliorum: nam idem Portel fatetur *num.* 8. *propè finem*, contractum definiri, *Obligationem ultrò, citròque obligatoriam, ex L. Labeo* 19. *ff. verbor. ſignif.* Ab alijs verò definitur: *Ultima, & perfecta conventio partium, interveniente ſolemnitate à jure requiſitâ pro formâ, & ſubſtantiâ ejus: text. expreſſus in L.* 1. *in fin. ff. de pactis, text. in L.* 1. *ff. de act. & oblig. L.* 1. *ff. de verbor. oblig. L.* 5. §. *Stipulatio, eod. tit. L. cõtractu, Cod. de fid. inſt.* §. 1. *inſt. de empt. & vendit.* Atquî Pontifex cõcedit privilegia Bullæ ad inſtãtiam Regis pro eleemoſyna eroganda in fabricam Templi Divi Petri, & in ſubſidium contra Fidei hoſtes pugnantium: ergò per modum contractûs conceditur Bulla, ut tenet expreſsè Nog. *tract. de Bull. diſp.* 5. *ſect.* 1. *n.* 13. *pag.* 46. *col.* 2.

29 Neque dicas cum Portel ſuprà, eſſe ſcandaloſum, & ſimoniacum dare indulgentias, & rem ſpiritualem pro temporali; quia reſpondẽt tibi Mend. *de Bull. diſp.* 1. *cap.* 5. *n.* 29. & Nog. *etiam de Bull. loco citato*, non eſſe ſimoniam aliquod onus in diſpenſationibus injungere, immò communitèr tenent AA. ſalubre eſſe diſpẽſationibus aliquod gravamen annecti, ne invalidæ evadant ob defectum cauſæ ſufficiẽtis: & ne facilè diſpenſationes petantur, diſciplinaque Eccleſiaſtica relaxetur, tenent etiam Sylva *de Bull. diſp.* 1. *art.* 5. *n.* 25. *pag.* 82. Trullench *de Bull. lib.* 1. §. 3. *dub.* 1. *num.* 8. firmans non eſſe ſimoniam pro re temporali ordinata ad rem ſpiritualem indulgentiam concedere, qui *n.* 1. tenet Bullam concedi ex quodam contractu: lege Bard. *de Bull. p.* 2. *tract.* 1 *cap.* 1. *ſect.* 1. *n.* 3. &

Digitized by

& 4. ibi: *Sed dicendum eſt, in hac permutatione, nempe in erogatione pecuniæ pro Bulla recipiendâ, nullam prorsùs eſſe ſimoniam: ita communiter Doctores; ex quibus de hac re in terminis loquuntur Roderic.* in Bullâ, §. 12. num. 14. *Ludovic. à Cruce* in expoſitione Cruciatæ, diſp. 1. cap. 8. dub. 10. n. 5. *Aegid. Trullench* lib. 1. §. 3. dub. 1. num. 8. *& loquentes de indulgentijs, quæ interdum conceduntur ſub onere ſolvendi aliquam pecuniarum quantitatem in eleemoſynam docet S. Thom.* in 4. diſt. 20. q. 1. art. 3. q. 3. *S. Bonavent.* ibid. a. 2. quæſt. 4. *Corduba* lib. 5. de indulg. q. 21. *ſequens Adrianum, quem ipſe citat.*

Probatur autem concluſio eâ ratione, quâ loco citato utitur Angelicus Doctor, temporale, ſi ſecũdum ſe ſpectatur, licèt nequeat abſque vitio ſimoniæ permutari cũ re ſpirituali, tamen temporale ordinatum ad finem ſpiritualem poteſt permutari (& præſertim ita Summo Pontifice diſponente) cum re ſpirituali, & ſic de facto Bulla Cruciatæ non conceditur, neque datur pro pecunia, ut ſic conſiderata, ſed pro pecunia, ut ordinata tanquàm medium in finem ſpiritualem, videlicèt in bonum Eccleſiæ, quatenus, mediante pecuniâ iſtâ, ſubvenitur Regi Catholico ad ſacram expeditionem peragendam, per quam infideles reprimantur, ne pacem Eccleſiæ perturbent, ut ibidem notat S. Thom.

Igitur in erogatione hujus pecuniæ pro receptione Bullæ, nulla intervenit ſimonia, neque aliquid contra jus Divinum; quoniam non permutatur merè temporale cum ſpirituali, & temporali, quod effectum eſt ſpirituale, ratione illius ordinis, quem habet ad finem, ut diximus; nam medium, ut mediũ, ſortitur bonitatem, aut malitiam per habitudinem ad finem, in quem primò, & per ſe ordinatur; neque eſt ſimonia contra jus Canonicum probibens commutationem alicujus ſpiritualis cum ſpirituali; quia Pontifex eſt ſupra tale jus, & poteſt diſpenſando auferre ab actione iſta malitiam ſimoniæ contra jus humanum.

Dicendum eſt ſecundò: conceſſio Bullæ pro pecunia taxata, eſt actio honeſta, & valdè pia, quia tota ordinatur in bonum Reipublicæ Chriſtianæ, & ad vires inimicorum ſanctæ Fidei reprimendas: ita Angles in ſumma de Indulg. diffic. 5. *Rodrig.* hîc §. 1. num. 25. *Sebaſtianus à Coſta* in Bullam q. 11. *Ludov. à Cruce* dub. citat. num. 9. *& alij.*

30 Probatur ſupradicta ſententia ex *Trid. ſeſſ. 22. cap. 5. de reformat.* ubi agens de diſpenſationibus Ordinarijs committendis, ita ait: *Eæ verò, quæ gratioſè concedentur, ſuum non ſortiantur effectum, niſi priùs ab eiſdem, tanquàm delegatis Apoſtolicis ſummariè tantùm, & extrajudicialiter cognoſcantur*: ubi manifeſtè diſpenſationes gratioſè conceſſas diſtinguit ab alijs, quæ gratioſè non

non conceduntur, ſed cum aliquo onere ſuperaddito.

31 Neque in contrariũ facit diſpoſitio ejuſdem Trid. *ſeſſ.* 25. *de reform. cap.* 18. dùm declarat diſpenſationes legum eccleſiaſticarum gratis eſſe præſtandas; quia reſpondeo Trid. ſolùm intendere, nè pro aliqua re temporali, tanquàm pro pretio, exhibeantur, non verò quòd eis non jungatur aliquod onus perſonale, vel reale, ſeu pecuniarium, in aliquod pium opus expendendum.

32 Quòd autem prædictum onus in diſpenſationibus imponi poſſit, eſt omnium communis doctrina: ita Soar. *tom.* 1. *de relig. lib.* 4. *de ſimon. cap.* 10. *num.* 14. Leſſius *lib.* 2. *de juſt. cap.* 35. *n.* 57. Raphael de la Torre *tom.* 2. *de Relig. q.* 100. *art.* 2. *&* 3. *ad fin.* Baſil. Legionenſ. *in explicat. man. ſcript. Bullæ, cap.* 1. *num.* 13. idem Suar. *toto lib.* 2. *de diebus feſtis, c.* 33. *num.* 10. qui ait, Epiſcopum diſpenſantem ad laborandum in diebus feſtis, poſſe aliquod onus imponere; de quo eſt *text. in cap. licet, de ferijs*, ibi: *Ita quòd poſt factam capturam Eccleſijs circumpoſitis, & Chriſti pauperibus congruam faciant portionem.* Ex quibus verbis patet, quòd erogatio eleemoſynæ pro onere imponitur; quod quidem intelligi non poteſt de Decimis, cùm hæ pauperibus non ſolvantur; & ſolũmodò de his intelligi verba poſſint per ordinem ad Eccleſias, ut elucet per verba ejuſdem *text.* ibi: *Eccleſijs circumpoſitis*, & tenet *Gloſ. in dict. text. verbo Eccleſijs.* Et quanvis Sanch. *de Matrim.* intelligat, textum hunc loqui de conſilio, non verò de præcepto, ut patet *lib.* 3. *diſp.* 10. *num.* 11. tamen loqui de præcepto tenent Angel. *verbo feriæ num.* 35. Caiet. 2. 2. *quæſt.* 122. *art.* 4. *dub. penult.* §. *in ſeptimo caſu*; & Summa *verbo feſtorum violatio*, §. *violentia autem, verſ. quarto ex occurſu*; Navar. *in Summa cap.* 13. *num.* 9. Abb. verò *in dict. text.* ſentit poſſe illi, cum quo diſpenſatur ex aliqua cauſa circa jejunium, aliquam imponi eleemoſynam. Sicque etiam intelligit hũc textum Mend. *de Bull. diſp.* 1. *cap.* 5. *n.* 29.

33 Idem etiam probatur ex ſacris, literis, primò juxta illud Tobiæ *cap.* 4. *num.* 11. *&* 12. ibi:

Quoniam eleemoſyna ab omni peccato, & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras, fiducia magna erit coram ſummo Deo eleemoſyna omnibus facientibus eam.

Ubi Deus tribuit ſupernaturalia bona, tanquàm præmium eleemoſynarum, quæ ſunt media, tùm ad ea aſſequenda, tùm ad ſatisfaciendum pro culpis. Secundò ex Eccleſiaſtico *cap.* 3. *n.* 33. ibi:

Elee-

Digitized by Google

Eleemosyna resistit peccatis, & Deus prospector est ejus, qui reddit gratiã.

Et *cap.* 29. *num.* 14. ibi:

Pone thesaurum tuum in præceptis Altissimi, & proderit tibi magis, quàm aurum.

Et *num.* 15. ibi:

Conclude eleemosynam in corde pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo.

Tertio, ex Daniel. *cap.* 4. *num.* 24. ibi:

Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum: forsitan ignoscet delictis tuis.

Denique ex Matth. 19. *num.* 21. Luc. 11. *num.* 41. & 14. *num.* 13. & 14. & 19. *n.* 9. & passim alibi. Ergo cùm eleemosyna pro Bulla erogata sit in opus pium expendenda, nempe in subsidium pugnantium contra Fidei hostes, & in fabricam Divi Petri, & pro consequendis peccatorum remissionibus; dicendum non est esse simoniam; ac per consequẽs concessam esse per modum contractus: vide Fr. Ludovic. à Cruce *de Bull. disp.* 1. *cap.* 8. *dub.* 9. & 10. ubi latissimè de hac materia.

34 Argues præterea, non dari contractum, nisi ubi extat obligatio præcisa, non verò voluntaria, & facultativa, ut est in eleemosyna, quæ pendet à volũtate, non verò ab obligatione; sicut etiam in indulgentiarum concessione, quæ est mera gratia, in quâ contractus existere non potest, per *text. in L.* 1. & *L. Arist.* 18. *ff. de donat.* Ex quibus, & alijs donatio, quia ex libera voluntate descendit, contractus non dicitur, ex *L. sicut*, 20. ibi: *Sed donationis causa contrahi non potest*: *ff. locat. L. si res æstimata* 12. *in princ. ff. jur. dot. L. interdictum* 14. *ff. precario*; Pichard. *in §. actionum* 28. *q.* 27. *num.* 51: & *in rubr. de donat. num.* 17. Anton. Faber, *decad.* 45. *errore* 8. *num.* 2. & 5. & *decad.* 77. *error.* 2. *post med.* & *error.* 6. *in princ.* Atquí in Põtifice est actus voluntarius Cruciatæ concessio, & in accipiente, etiam est actus voluntarius sumptio Bullæ, cùm non teneatur quis Cruciatam sumere, neque eleemosynam elargiri: ergò cõtractus dici non potest.

35 Ut hujusmodi objecto satisfaciam, prænoto inter Doctores controversum esse, an donatio pura, sit contractus, vel non? Et quidẽ in hac quæstione variæ sunt opiniones; quarum prima defendit donationem tam olim,

olim, quàm hodie esse contractũ nominatum. Ita Bart. *in L. fin. n. 6. de condit.* Reminald. *in rubric. de donat. num.* 45. Clarus §. *donatio quæst.* 1. *num.* 2. Tiraq. *de jur. marit. glos.* 5. *num.* 43. Cõmunis *opinio* 8. *tit.* 31. *in princip.* Padill. *in L. naturales num.* 25. *de præscript. verb.* Mantic. *de contract. lib.* 1. *tit.* 8. *num.* 3. *& lib.* 13. *tit.* 3. *n.* 5. Celsus Bergal. *lib.* 3. *de dolo cap.* 6. *num.* 4.

36 Secunda tenet utroque tempore esse contractum innominatum *ex addit. ad Clar. dict.* §. *donat. quæst.* 1. Reminald. *in rubr. de donat. num.* 46. Mantic. *dict. tit.* 8. *num.* 3. Mendonç. *lib.* 3. *cap.* 3. *à num.* 2. 13. *&* 16. Bereng. *in L. pacta conventa, cap.* 3. *à n.* 54. *ff. contrah.*

37 Tertia verò opinio asserit donationem, attento tempore hodierno, esse contractum nominatum; de jure verò digestorum innominatum, *ex glos. fin. in L. fin. de condit. causâ datâ, glos. verb. facies, post med. vers. præterea donat. in L. jure gentium ff. de pactis, glos. verb. ex rebus, in L. in ædibus* 9. §. 1. *ff. de donat. gl. verb. resolvatur in L.* 2. *Cod. de condit. ob caus.* & cum pluribus idẽ sentit Reminal. *in rubr. de donat. n.* 43. Marc. Aquil. *in rubric. de verb. num.* 62. Mend. *lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 17. unde ex his tribus opinionibus constat donationem esse contractum sive nominatum, sivè innominatum.

38 Jure verò hodierno esse contractum nominatum (quanvis jure digestorum contractus non esset) tenent Expositores ex Covarr. *in L. post contractum, num.* 3. *de donat.* Cujacius *lib.* 10. *observ.* 28. & *in L. jur. gent.* & ibi Duaren. *num.* 25. *de pact.* Dueñas *regul.* 224. *limit.* 13. Petr. Fab. *in L. Divus Pius, ff. de regul. jur.* Anton. Faber *decad.* 45. *error.* 8. & *lib.* 19. *in conject. cap.* 2. Pichard. *in rubr. de donat. num.* 17. & plures relati à Præceptore Anton. Laurent. *in privatis scholijs ad text. in L. contract.* 24. *ff. reg. jur. num. mihi* 6. *cum seqq.* Et licèt hoc controversum sit in donationibus simpliciter factis, tamen in donationibus, quæ sub modo, vel conditione fiunt, certum omninò est, esse contractum, seu quasi contractum, ut tenent omnes suprà relati, & alij à Præceptore Laurent. *suprà num.* 7. *citati.*

39 Probatur hoc evidenter: quia secundùm Ordinat. nostram *lib.* 4. *tit.* 62. donationes, quæ simpliciter fiunt, indigent insinuatione ad sui validitatẽ; quod tamen non datur in donationibus ob causam, quia contractus non insinuantur: ita Clar. §. *donatio, q.* 16. *num.* 6. Tiraq. *verb. donatione largitus num.* 47. Surd. *tit.* 8. *de alimentis, privilegio* 72. *num.* 5. Molin. *de just. disput.* 279. *vers. donatio,* Petr. Barb. *p.* 1. *leg.* 1. *ff. solut. matrim. ex num.* 12. *in fine*

Digitized by Google

fine cum ſeqq. & p. 7. num. 40. Pinell. *in L.* 1. *Cod. de bon. matern. p.* 3. *à num.* 62. Gam. *dec.* 213. *&* 307. *à num.* 7. Cald. Per. *conſ.* 28. *num.* 18. & alij quamplurimi citati ab eodem Laurentio *dict. num.* 7.

40 Atquî donatio Indulgẽtiarum Cruciatæ eſt facta ob cauſam, nempè ad ſubventionẽ pugnantium contra Fidei hoſtes, ita ut ſi nõ ſubveniatur cũ eleemoſyna, non communicentur indulgentiæ, ut tenent Roderic. *in addit. ad* §. 1. *num.* 15. *de Bull.* Pal. *tract.* 15. *punct.* 2. *n.* 8. Tambur. *de Bull. cap.* 3. §. 6. *num.* 81. Bard. etiam *de Bull. p.* 2. *tract.* 1. *cap.* 1. *num.* 60. Sylva etiam *de Bull. tract.* 1. *art.* 5. *n.* 1. *cum ſeqq. pag.* 76. Ergò per modum contractûs conceditur Cruciata: hoc etiam agnovit idem Portel *num.* 8. ubi fatetur, quanvis non ſit contractus rigoroſus, tamen eſſe per modum contractûs, ſeu ad ſimilitudinem contractûs: ergò benè ſtat noſtra reſolutio, dum ait, Bullam eſſe conceſſam per modum contractûs; in quo omnes Expoſitores conveniunt abſque hæſitatione; multa enim, quæ à principio ſunt voluntaria, fiunt neceſſaria, ut eſt vulgare. Quòd verò in Bullis Pontificijs detur contractus cum Regibus initus, qui reſcindi non poteſt, expreſsè tenet Caramuel *in Theol. fundam. tom.* 1. *lib.* 1. *fundam.* 13. *q.* 2. *num.* 586. ibi: *Cæterum ex hypotheſi, quòd cum Regibus, aut alijs convenerit, eorumq; ſervitia, & obſequia remanent Eccleſiæ præſtita, præmio competenti donaverit, tranſivit in contractum conceſſio, & reſcindi non poterit.* Quanvis aliter dicat in ijs quæ ſunt meræ gratiæ: cùm ergò Bulla Cruciatæ non ſolùm ex merâ gratiâ, ſed ob fidem Catholicam defendendam pro ſubſidio pugnantium, & in fabricam Divi Petri ſolvendam, ſit elargita; benè ſequitur eſſe contractum, reſcindique non poſſe, niſi datâ juſtâ causâ, nulla enim ſuperaret poteſt fidei Catholicæ defenſionem.

41 Neque valet argumentum ejuſdem Portel, de penſionibus impoſitis in Epiſcopatibus, & beneficijs; quia quæ in materia beneficiorum ſpeciali jure prohibentur, ad alias materias minimè ſunt extendenda; aliter enim etiam extenderentur ad votorum commutationem, quę etiam ſunt actus juriſdictionis ſpiritualis: nihilque præcipi poſſet, ut conferretur in opus pium à petente cõmutationem voti, & ſic de ſimilibus; ita Mẽd. *dict. diſput.* 1. *cap.* 5. *num.* 31. *propè fin.*

42 Dices tamen, in dicta declaratione reſolutum eſſe prędictas facultates ſolùm S. Pontifici eſſe reſervatas: unde in hac generalitate comprehendi non ſolùm Archiepiſcopos, & Epiſcopos, ſed omnes, qui eas indulgebant. Sed reſpondeo, hanc

clauſulam eſſe generalem,& non comprehendi in ea Cruciatam ex jam dictis. Deinde reſpõdeo, quòd Commiſsarius non ex propriâ authoritate tales elargitur facultates, ſed ex vi Pontificiæ conceſſionis, ſicut accidit in Illuſtriſſimis Nuntijs, qui Oratoria concedunt ex vi Pontificiæ conceſſionis. Quare facultas hujuſmodi non infringitur prædictâ declaratione, quæ tantùm loquitur cum Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ut patet ex verbis, ibi: *Amplitudini T. cæterisque Archiepiſcopis, & Epiſcopis.*

43 Ratio autem hujus declarationis ea eſt, quia, cùm de jure communi conceſſum eſſet Epiſcopis, & Archiepiſcopis Oratoria concedere, ut habetur *in cap. Miſſarum, de conſecrat. diſt.* 1. & *in cap. Concedimus, eâd. diſt.* tenet Azor *tom.* 1. *Summæ, lib.* 10. *cap.* 26. *q.* 5. Riccius *in praxi for. Eccleſ. dec.* 538. Portel *reſpõſ. moral. p.* 3. *caſu* 20. & Auguſt. Barb. *de pot. Epiſc. tom.* 1. *p.* 2. *alleg.* 23. *num.* 6. allegans plures; controverſumque eſſet, an hęc facultas abrogata cenſeretur per Concil. Trident. *ſeſſ.* 22. *de reform. cap.* 8. *in decret. de obſervand. & evitandis celebratione Miſſæ*, in quo DD. pro utraque parte inveniũtur, ex traditis ab eiſdem citatis ſuprà, & refert idem Barboſ. *in dict. conſ. num.* 17. & 18. ideo juſſu Pontificis emanavit declaratio ſuprà tranſcripta, quam idem Riccius ſuprà refert ad dubia, & opiniones decidendas; ideoque deciſum fuit expreſsè, non poſſe Archiepiſcopos, & Epiſcopos uti facultate ſibi à jure competenti, ſed ſolummodò Pontifici eſſe reſervatam facultatem concedendi Oratoria, neminique competere de jure proprio, ſed Pontifici, & cui ille talem præbêret facultatem, ut accidit in Illuſtriſſimis Nuntijs, quibus à Pontifice elargitur facultas concedendi Oratoria.

44 Igitur cùm facultas per Bullam Cruciatæ ſit à Pontifice immediatè conceſſa, mediante Commiſſario, & non ex jure cõmuni, vel proprio Commiſſarij, ſed ex Pontificis largitione, qui poteſt talem concedere facultatem (de quo non eſt dubitandũ) benè ſequitur non comprehendi talem facultatem in prohibitione declarationis ſuprà tranſcriptæ. Quia adhuc verificatur deciſio illa, quòd ad Pontificem tantùm ſpectat talis facultas ad erigenda Oratoria, quia idem eſt concedere ex Pontificia facultate, ac ſi ipſe Pontifex concederet: qui enim per alium facit, per ſe ipſum facere videtur, ex vulgari juris regula, & ex illo axiomate, noſtra enim facimus, quibus authoritatem impartimur, de quo Barboſ. *axiom.* 163.

45 Quòd autem ſic intelligantur dictæ declarationes, nempè, quòd fuiſſent factæ ad decidenda dubia, quæ oriebantur, an Ordinarij poſt Concil. Trident. præ-

Digitized by Google

prædictas poſſent elargiri facultates, patet ex dictis ab Auguſt. Barboſ. *de jur. Eccleſ. tom. 2. lib. 2. cap. 8. num. 16. verſ. in his, in med.* per verba, ibi: *Et eandem S. C. de mandato SS. D. Pauli V. die 25. Octob. 1615. irritaſſe licentias omnes celebrandi in Oratorijs ab Epiſcopis conceſſas, prohibuiſſeque ne concedere poſſent facultates celebrandi in privato Oratorio abſq; Sedis Apoſtolicæ licentiâ: inſuper declaraſſe conceſſionem hujuſmodi licentiæ ſpectare, & ſemper pertinuiſſe ad ſolum Summum Pontificem, & nunquam Ordinarium eam potuiſſe concedere vigore Trident. ſeſſ. 22. in Decreto de evitandis, &c.* Ergò bene ſequitur, de licentia Pontificis poſſe talia privilegia concedi, & ſolùmodò declaratum fuiſſe, Ordinarios non poſſe ex jure proprio eas præbêre, ex vi Concil. Trid. de quo erat dubitatio.

46 Ulteriùs, privilegia Bullæ Cruciatæ ſunt Regibus conceſſa, & ad Regum inſtantiam, ut patet ex ipſismet Bullis, quas refert, & enumerat P. Nog. *diſp. 1. ſect. 3. num. 10.* nam, ut ille ait, prima Bulla fuit conceſſa *anno* 1246. ab Innocent. IV. ad inſtantiam Regis Sanctij II. cognomento *o Capello:* ſecunda à Clem. IV. *anno* 1267. ad inſtantiam Alphõſi III. tertia à Callixto III. *anno* 1457. poſtulante Alphonſo V. quarta à Julio II. ad inſtantiam Regis Emmanuelis; quinta à Leone X. *anno* 1517. ſexta a Gregor. XIII. rogante Rege Sebaſtiano. Alia invenitur in Archivo Cruciatæ conceſsa ab eodem Gregor. XIII. ad inſtantiam Regis Philippi *anno* 1584. de quæ non meminit idem P. Nog. habeturque tranſcripta *lib. 36. fol. 1.* in eodem Archivo, ſeptima à Gregor. XIV. & ſic de cæteris.

47 Atquî privilegia Regibus indulta, abſque ſpeciali nota, revocata non cenſentur, neque in reſervationibus Apoſtolicis comprehenduntur, ex *text. in cap. fin. in princ. de offic. delegat. in 6. cap. ne aliqui 5. de privil. lib. 6 cap. ſolitæ, de maiorit. & obed. extravag. execrab. §. Nos itaque de præb.* Pariſ. *conſ. 112. lib. 4. in fin.* Staphil. *de lit. juſt. §. petenti Comiti num. 8.* Ideoque jus Regalium Patronatuum non ſubjicitur derogationibus generalibus juris patronatûs, niſi exprimatur, ut habetur *in regul. Cancell. 41.* & tenet Covarr. *pract. cap. 36. à num. 3.* Rebuff. *in prax. benef. p. 3. ſignat. verſ. nec non jur. patronat. num. 12. & 36. & in tract. de nomin. q. 15. num. 2. & 9.* Carol. Mol. *in regul. Cancell. de infirmis reſign. num. 32.* ergò revocata non cenſentur.

48 Quòd verò in regulis Cancellariæ non comprehendãtur regalia beneficia, tradunt Archid. & Joan. Andr. *in cap. 2. de præb. in 6. ſub num. 5.* Gaſpar de Per. *de reſerv. §. quæ autem benef. num. 12.* & Æneas de Falcon. *quæſt. 3. principali n. 3.* idem Covarr. *citat. ſub num. 4. paulo poſt princ. verſ. quæ quidem benef.*

Digitized by Google

regal. Mandoz. *in regul.* 11. *q.* 13. Cabed. *de jur. Patronat. cap.* 35. *num.* 7. Covarr. *iterùm pract. cap.* 36. *num.* 6. Solorz. *de jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 14. quâ de causâ Concil. Trident. *sess.* 25 *de reform. cap.* 9. dum derogat juri patronatuum, Regios excipit per verba, ibi: *Exceptis alijs, quæ ad Imperatorem, & Reges, seu Regna possidentes, aliosque sublimes, ac supremos Principes, jura, & Imperij in Dominijs suis habẽtes, pertinent.* Tenet item Gonz. *in regul.* 8. *Cancell. glos.* 24. *num.* 155. Valenzuel. *tom.* 1. *cons.* 58. *n.* 12. Quod comprobatur ex Pontifice Martin. V. qui ad instantiam Carol. V. Franciæ asseruit à mẽte sua alienum esse, quòd decreta, & leges generales cõprehenderent Franciæ consuetudines, Regumque indulta, cujus verba ponit Guid. *dec.* 1. Idem sentiunt Mendoç. *regul.* 23. *q.* 4. Alexand. *volum.* 5. *cons.* 30. *n.* 4. Gabr. Per. *de man. Reg. p.* 2. *cap.* 58 *num.* 8. ergò cùm dicta declaratio non loquatur expressè de Bullâ Cruciatæ, ejus privilegia revocata dici non possunt.

49 Quòd autem privilegia à Pontifice Regibus cõcessa, sint regalia, & sicut talia regulari debeant, patet, quia gratia Apostolica Regi facta, naturâ suâ operatur, ut quidquid supremo Principi confertur, acceptantis Principis fiat, & Regale nominetur, ad ejusque attineat patrimonium, u t*ex text. in cap. Generali* 13. *de elect. cum multis citatis* Frasso *de Reg. patronat. cap.* 2 *num.* 1. *cum seqq.* Petr. Barbos. *in L. quia tale* 14. *num.* 96. *& in L. Titia* 35. *n.* 41. *ff. de solut. matrimon.*

50 Exemplificatur in Magistratibus Ordinum Militariũ, qui ex privilegio, Coronę sũt uniti, quâ de causâ bona regalia dicuntur ex Per. *de man. Reg. p.* 2. *cap.* 66. *num.* 13. *ex L. si ex toto ff. legat.* 1. *L. in rerum §. si quis post ff. eod. tit. L. cùm fundus* 10. *ff. legat.* 2. Alex. *in L.* 1. *ex toto, ubi etiam,* Jal. *num.* 1. Peralta *in L. cùm fundus num.* 3. Selva *in L.* 1. *num.* 10. *ad fin. de reb. dub.* Petr. Barb. *in d. L. quia tale* 14. *n.* 95. *&* 96. Gam. *dec.* 353. *num.* 6. & relati à Peg. *tom.* 10. *cap.* 41. *num.* 33. *& cap.* 4. *à num.* 31. & ex eadem ratione Paulus III. ad instãtiam Carol. V. declaravit, quòd in generali potestate visitandi Regulares exemptos concessa Archiepiscopo Toletano, non intelligebat comprehendere militias Hispanię.

51 Si ergò hoc accidit in Ordinum privilegijs, quia Coronis Regijs sunt concessa, benè sequitur idem dicendum esse de privilegijs Bullæ, quæ ad Regum instantiam etiam concessa inveniuntur. Deinde Ordinum privilegia non restringenda, sed amplianda sunt, ut tenet Henri. *tom.* 2. *lib.* 7. *de indulgentijs, cap.* 22. *n.* 3. ex eo, quia potiùs empta sunt sanguine, quàm donata, pro quo

facit

Digitized by Google

facit *text. in cap. cùm illis de præb. in* 6. tenetque Navar. *in Apolog. propugn. de reddit. monit.* 16. Pariſ. *lib.* 4. *conſ.* 44. *num.* 10. eo ducti fundamento, quia ad bella contra Fidei hoſtes conceſſa inveniuntur; atquî etiam Bulla Cruciata ad ſubſidium pugnantium pro Fide Catholica, & contra Fidei hoſtes conceſſa invenitur, ut ex illâ pateſcit: ergò eódem modo ejus privilegia extẽdi, non verò reſtringi debent.

52 Non minùs hoc procedit in decimis à Sede Apoſtolicâ Regibus conceſſis, tam in Hiſpania, quàm in noſtro Regno, in partibus Ultramarinis, quæ Regiæ Coronæ naturam imbibunt, ita ut de illis Reges diſponere poſſint tanquàm de bonis proprij patrimonij: cauſæque, & lites, quæ circa eas moventur, ad Regiæ Coronæ judicium ſpectant, ex Fraſ. & Barb. *ſuprà citatis*, Solorz. *de jur. Ind. tom.* 2. *cap.* 1. *num.* 30. Cabed. *p.* 2. *deciſ.* 33. *num.* 3. *verſ. Secundò infertur, cum ſeqq.* cum multis Caſtill. *de tertijs, cap.* 3. *num.* 30. *& cap.* 11. *à num.* 1. Reynoſ. *obſerv.* 50. *à n.* 15. Salgad. *de ſupplic. ad Sanct. p.* 1. *cap.* 1. *num.* 116. *&* 140. Peg. *tom.* 10. *de Leg. ment. ad Ord. lib.* 2. *tit.* 35. *ad rubr. cap.* 41. *num.* 33. Atquî Decimæ ſunt de jure Divino, & ad forum Eccleſiaſticũ pertinent earum cauſæ, ut notum eſt: ergò ſi prædictę Decimæ, ex eo quòd Regibus ſunt conceſſæ ad Fidei defenſionem, fiunt Regalia, & ad judicium ſæculare pertinent, earumque privilegia, quia Regibus conceſſa, immutabilia fiunt; nil mirùm, quòd idem dicendum ſit de Bullæ Cruciatæ privilegijs, quæ Fidei Catholicæ defendendę causâ Regibus inveniuntur indulta, eorumque cauſæ in Regio Tribunali deciduntur, ex Nog. *diſp.* 24. *ſect.* 1. *cum ſeqq.*

53 Corroboratur noſtra aſſertio ex eo, quòd privilegia Regibus indulta, quãdo à pluribus Põtificibus cõfirmata ſũt, difficiliùs tolluntur, ex Dec. Alex. Ant. de Amato, & alijs, quos refert Auguſt. Barboſ. *clauſ.* 83. *num.* 25; nam geminatio manifeſtè denotat Pontificis voluntatem, *ex L. Balliſta*, cum ibi notatis *ff. ad Trebell.* Pariſ. *conſ.* 94. *num.* 42. *lib.* 2. Cravet. *conſ.* 101. *num.* 41. Menoch. *conſ.* 10. *num.* 1. *& conſ.* 155. *num.* 41. Actus quippe geminati cenſentur facti cum maiori animi deliberatione, *cap. & ſi Chriſtus, de jur. jurand.* Dec. *conſ.* 15. *ſub num.* 1. Oroſc. *dec.* 38. *n.* 16. Roland. *conſ.* 61. *num.* 39. *cum ſeqq.* Barb. *ſuprà num.* 27. *cũ ſeqq.* Atquî privilegia Cruciatæ ſunt Regibus conceſſa, & à pluribus Pontificibus confirmata, ut ex dictis abundè liquet: ergò cùm de illis non fiat in tali declaratione expreſſa mentio, derogata cõſeri non debent.

54 Præterea Pontifex non exprimit in tali declaratione Cruciatæ privilegia, in quibus

terminis comprehendi non poſſunt in generali derogatione, quanvis illa contineret verba exorbitantia, ex dictis à Roderic. Soar. *allegat.* 38. *num.* 9. *ex text. in cap.* 2. *de Decimis lib.* 6. *cap. dudum, de privileg. cap. cum noſtris, de conceſſ. præb. cap. veniens, de reſcript. text. in L. Decurionibus, Cod. de licent. lib.* 12. *cap.* 1. *&* 2. *& cap. cæterùm, de reſcript. cap. cùm olim, de re judicat.*

55 Neque ad privilegiorum derogationem ſufficit clauſula generalis, *de quibuſcumque*, ſi non fiat expreſſa mentio de verbo ad verbum privilegij, quod derogatur, quanvis addatur illud pro declarato haberi, ut cum multis idem Soar. plura congerens *num.* 11. *verſ. in tantum*, Barb. *in cap.* 6. *à n.* 11. *de reſcript.* Dian. *Coord. tom.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 7. §. 3. Menoch. *de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 10. *num.* 2. *cum ſeqq.* præcipuè *num.* 5. idem *Concilior. lib.* 1. *conſ.* 36. *à n.* 34. in ſpecie Per. *de man. Reg. cap.* 58. *num.* 8.

56 Quod clarè oſtenditur: etenim ut derogetur privilegiũ, quod conceſſum fuit communitati, & piæ cauſæ, quòd derogãs de eo expreſsè meminerit, neceſſe eſt, ut cum Barth. Rom. Felin. Dec. Soccin. & alijs, quos citat Menoch. *num.* 5. & 6. Aug. Barb. *clauſ.* 83. *num.* 18. 19. & 20. ubi docet cum plurimis, non haberi pro derogato, quod fuit cõceſſum ad cauſas pias, vel ob publicam utilitatem: ergò cùm privilegium Cruciatæ cõceſſum ſit Regibus, & omni populo ob publicam utilitatem Eccleſiæ, & cauſam piam, nempè ad ſubſidium pugnantium contra Fidei hoſtes; benè ſequitur non eſſe derogatum, cùm in tali declaratione de eo non fiat expreſsa mentio.

57 Fortiùsque hoc procedit; quia privilegia Bullæ ſunt conceſsa in recompenſationem meritorum; conceduntur enim militantibus, vel mittentibus milites in bellum contra infideles, vel aliquo modo concurrentibus cum ſubſidijs ad bellum peragendum, & ſuſtentandum, ut patet ex Bullæ contextu, & deſcribit Mend. *de Bulla diſp.* 1. *cap.* 4. *& diſp.* 5. Atquî privilegia in recompenſationem meritorum conceſsa, nec de plenitudine poteſtatis revocari poſsunt, ex Aret. *in cap. novit, de judic. n.* 28. ubi Felin. *num.* 11. Tiraq. *in L. ſi unquam, verb. donat. largit. num.* 15. *Cod. de revoc. donat:* Nata *conſ.* 122. *num.* 20. Barb. *clauſ.* 41. *num.* 30. Afflict. *dec.* 128. *n.* 10. Ergò Bullæ privilegia minimè dici poſsunt revocata.

58 Confirmatur hoc ex traditis à Nog. *diſp.* 1. *ſect.* 15. *n.* 130. ubi aſserit, non poſse Pontificẽ, durante anno publicationis Bullam revocare; ſi tamen juſtâ intercedente cauſâ, illam revocaverit, teneri compenſationem facere illis, qui jam Bullam acceperant: idem tenet Mend. *diſp.* 2. *cap.*

cap. 6. *à num.* 32. *ubi, & seqq.* hac ratione ductus, nimirùm, quia Bullæ privilegia sunt per modũ contractûs concessa, & contractûs oneroſi, non nisi interveniente justâ causâ revocari possunt; ibique plura alia adducit ad intentum. Idem tenet Bard. *de Bull. p.* 1. *tract.* 2. *cap.* 6. *sect.* 8. §. 4. *per totum*; & præcipuè *num.* 164. & §. 3. Ergò Bullæ privilegia, cùm sint in remunerationem elargita, revocari nequeunt; ac per consequens non censentur revocata per talem declarationem, quæ non exprimit privilegia Bullæ.

59 Confirmatur 2. quoniam si, ut ex adverso supponitur, hæc declaratio, quia generalis, revocat omnes facultates ad erigenda Oratoria concessas, non solùm eas, de quibus loquitur, sed generalitèr quascumque alias, quia declarat soli S. Pont. competere talem præbere facultatẽ; sequitur etiam revocata esse privilegia mendicãtibus elargita ad Oratoria in domibus fidelium erigenda: atquì, ut cum multis tenet Moya ab eo citatis *tom.* 1. *tract.* 2. *de relig. disp.* 3. *quæst.* 3. prædicta declaratio non cõprehendit mendicantium privilegia: ergò etiam non comprehendit privilegia Bullæ, nec privilegia concessa à Leon. X. non enim video diversitatis rationem, ut ut iam, non verò aliam comprehẽdat facultatem, cùm de neutra expressam faciat mentionem.

60 Non me latet Pasqualigum *de sacrif. nov. leg. tom.* 1. *tr.* 1 *de Orat. privat. q.* 638. duo nobis objicere. Prius est generalitas declarationis prædictæ, ex quâ generalitate deducit revocationẽ omnium facultatum, atque adeo etiam Bullæ Cruciatæ. Posterius, verba illa ipsius declarationis præfatæ, nimirùm: *Soli Pontifici*: si potestas concedendi Oratoria solius Pontificis est, nullus alius eâ gaudet; ac per consequens nec Bullę Commissarius.

61 Ast, & si hoc sciam, parum de eo curo: enimverò prius abundè manet elisum ex dictis; ostendimus quippè jam facultates, & privilegia Bullæ non comprehendi in clausulis generalibus, nec per generales clausulas revocari.

62 Posterius utique hoc pacto facilè diluimus. Faremur hujusmodi potestatem soli S. Pont. reservatam, & proprium, competereque illi soli: sed quid inde? Nunquid eam alteri præstare nequibit, si velit? Aut aliquis illum vetare potest, ne concedat, si sibi placeat? Num adeò avarè illam habet, & uritur illâ, ut illius neminem participem velit facere? Si concedat alteri, nunquid aliquid de illius potestate adimitur? vel per ejus concessionem aliqua illius portio abrogatur? Certè, etsi eam alteri concedat, integrè solius ipsius Pontificis tota manet, & propria, sibique soli competens. Testa-

mur propriam esse solius Pontif. & dicimus Commissarium Cruciatæ non vi nudę commissionis, aut ex proprio jure gaudere facultate concedendi Oratoria; sed ex liberali concessione Leonis P. X. per specialem Bullam in nostræ resolutionis fundamentum adductam, & in principio hujus quæstionis non solùm memoratam, sed de verbo ad verbum transcriptam.

63 Et si ex Pontificia potestate Commissarius prædictam facultatem concedit, quis dubitet eam à Summo Pontifice cõcedi? Exemplo sint Illustrissimi Nuntij Apostolici ad erigenda Oratoria passim licentiam concedentes, non suâ fulti, sed Summi Pontificis potestate. Desinat ergò Paschaligus argumento nobis objecto, tamquam apertè dissoluto tantùm considere.

64 Adducitur item adversus nostram resolutionẽ alia declaratio facta à Gregor. XV. *anno* 1622. per epistolam de ejus mandato scriptam per Eminentissimum Cardinalem Ludovisium, missam ad Illustrissimum Nuntium Hispaniæ, cujus verba transcribit idem Nog. *loco citato* §. 3. *num.* 43. quam deducit ex Moya *tom.* 1. *tract.* 2. *de Relig. q.* 1. *num.* 16. *in* 1. *editione*; quæ sic se habet:

Muy Ilustre, y Reverenda Señor: Nuestro Señor ha hecho ver, si el Patriarcha de las Indias tiene facultad de conceder Oratorios particulares, despues de la revocacion hecha del Papa Paulo de feliz memoria; y se ha hallado, que en virtud de la Bula de la Cruzada nó se pueden conceder Oratorios particulares, y que esto mismo se intentó tambien en el tiempo del Papa Paulo: mas estudiada diligentemente la controversia de orden del mismo Pontifice de buena memoria, del Cardenal Lancelloto, del Señor Cardenal de Santa Susana, y de Monseñor Matardi, entonces Datario, se resolvió, que nó se podia. Lo mismo ha ordenado Su Santidad, que escriva aora a V. S. para que haga entender a Monseñor Patriarcha (tunc Cõmissario Cruciatæ) *que son ningunas las gracias que ha hecho, y que para en delãte se abstenga. Nuestro Señor guarde a V. S. de Roma* 20. *de Mayo* 1622. *De V. S. affectissimo, como hermano. Ludovico.*

Ex quibus verbis patet, loqui expresse de Bulla Cruciatæ: ergò corruit nostra resolutio, dùm excipit Bullam à revocatione Pauli V. ex eo, quia est generalis declaratio.

65 Sed

65 Sed reſpondeo primò, prædictam epiſtolam fuiſſe ſcriptam ad Patriarcham Indiarum, & ad Regnum Hiſpaniæ, adeoque ſolummodò comprehendere Bullam Hiſpanam, non verò conceſſam noſtro Regno Luſitano, nam in multis differunt inter ſe; ut tenet idem Nog. *diſp.* 4 *ſect.* 7. *num.* 52. *cum ſeqq. & diſp.* 22. *ſect.* 12. *num.* 120. Idemq; tenet Sylva *de Bull. diſp.* 3. *art.* 14. *num.* 22. *pag.* 390. *& num.* 29. *pag.* 392. Nam ſicut Luſitani gaudere non poſſunt privilegijs conceſſis in Bulla Hiſpana, ut tenet idem Nog. *diſp.* 1. *ſect.* 12. *num.* 84 *cum ſeqq. & dict. ſect.* 7. *num.* 53. ita etiam revocationes factę pro Bulla Hiſpana, non comprehendunt Luſitanam Bullam, ex vulgari regula, *qui ſentit, &c. de regul. jur. in* 6.

66 Secundò reſpondeo, hanc epiſtolam eſſe correctoriam privilegij conceſſi in Bullâ Cruciatæ Hiſpanâ, ut in ea expreſsè videtur; atquî lex correctoria loquens in uno caſu, non extenditur ad ſimilem, etiamſi militet eadem ratio, ut tenent Calderic. *in conſ.* 147. *aliàs conſ. unic. ut lite pendente verſ. per prædicta*, Portel *tract. de conſort. & fid. commiſſ. cap.* 6. *num.* 15. Card. Tuſch. *lit. R. concl.* 31. *num.* 43. & Auguſt. Barboſ. *axiom.* 197. *n.* 6. Ergò minimè extẽdi debet prædicta epiſtola ad revocanda privilegia incluſa in Bullâ Luſitanâ, quanvis eadem cõſiderari poſſit ratio.

67 Quod fortiùs procedit, quia quando lex ſpecificè diſponit ſuper aliqua re, non licet illam ad alias extendere, ſed illę res non expreſſæ cenſentur ſub antiqua diſpoſitione remanere, ut poſt Bald. docent Thom. Grãmat. *Concil. civil.* 76. *n.* 1. Caſtill. *de uſufruct. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 53. *& ſeqq.* Girond. *de privileg. & præſumpt. & exempt. monit.* 556. *&* 886. *per text. in L. ſi verò ff. ſolut. matrim.* DD. *in regul. odia*, & *in regul. quæ à jure, de regul. jur. in* 6. multos refert Petr. Barb. *in L. ſi conſtante in princip. num.* 103. *ff. ſolut. matrimon.* Soar. *de legib. lib.* 6. *cap.* 3. *&* 4. noſque diximus *in lib. Emucl. Ordin. Milit. enucl.* 2. *compr.* 4. *num.* 51. *pag.* 87. *col.* 1. & *enucl.* 3. *num.* 39. *pag.* 418. *col.* 2. Atquî hæc epiſtola ſpecificè loquitur de Bullâ Hiſpana, quia ad eam revocãdam invenitur facta: ergò ad Luſitanam extendi non debet; immò potiùs dicendum eſt, noſtram Bullam adhuc in ſuo primævo eſſe exiſtere; ac per conſequens nil contra noſtram ſententiam deducitur ex dicta Epiſtola.

68 Facit etiam quod ait Moya pro reſolutione noſtra, loco citato ſuprà *in* 1. *edit. tr.* 2. *diſp.* 3. *q.* 1. *num.* 18. nempè ante prædictas revocationes Bullæ Hiſpanæ, contineri in Bullis conceſſis à Paulo V. & Gregor. XIII. verba illa *de licentia Commiſſarij*; & quòd Bullæ conceſſæ poſt dictas revocationes non habent prædictam

ctam clauſulam; tunc ſic, ſed in noſtris Luſitanis Bullis nulla ablata invenitur clauſula, omnes nāque in primæva contentæ, in ſubſequentibus inveniuntur: ergò benè ſequitur illam revocationem ad Hiſpanos factam, non comprehendere Luſitanam Bullam, cùm privilegiorum revocatio ſemper ſtricto modo ſit intelligenda, nec extendi poſſit, niſi ad illud, in quod cadit, ut cum Butr. Dec. Felin. Achill. tenet Aug. Barb. *clauſ.* 43. *num.* 11. Sicque deciſum invenitur coram Pontifice Gregor. XV. *die* 10. *Martij* 1604. teſte Farinac. *dec.* 766. *à num.* 3. *p.* 2. *recent. deciſ.* Lege tamen Hiſpanam Bullam conceſſam à Gregor. XIII. tranſcriptam à Mend. *pag.* 2. *col.* 2. & invenies in ea prædictam particulam in verbis, ibi: *Et qui facultatem ad id à Commiſſario Generali habuerint.* Facit utique Trullench, quatenus in proœm. *dub.* 2. *num.* 5. *fine*, teſtatur, eandem formam Bullæ Greg. XIII. duraſſe uſque ad Innoc. X. Non fuit ergò ſublata illa particula *de licentia Commiſſarij*, ut ſcribit Moya; in noſtra quippe Luſitana Bullâ legitur prefata particula, *qui facultatem ad id à Commiſſario habuerint.* Ergò, &c.

69 Adducitur etiam contra noſtram reſolutionem Bulla Urbani VIII. conceſſa *anno* 1626. de quâ meminit Nog. *diſp.* 12. *ſect.* 3 §. 2. *num.* 34. aſſerens fuiſſe datam pro deciſione cauſæ agitatæ inter Illuſtriſſ. D. Antonium Maſcarenhas tunc temporis Bullæ Cōmiſſarium, & Illuſtriſſ. D. Joannem Baptiſtam Palloto. Et licèt fateatur prædictus Pater non inveniſſe talem Bullam, neque in Bullę, neque in Legatiæ Archivis, attamen illam contra nos adducit, ut probet ſuum aſſertum, ex eo ductus, quia litigium ortum habuit anno 1625. Bulla verò edita anno 1626. Ergò infert dict. Pater prædictam Bullam fuiſſe reſolutionem litigij.

70 Aſt quàm fragilis ſit hæc conſequentia, per ſe patet, non enim ſequitur fuiſſe talem Bullam Pontif. reſolutionem litigij, ex eo, quòd illo durante, emanaſſet, quando de ejus tenore non conſtat; præcipuè, quia conſtat ex relatione facta à prædicto D. Antonio Maſcarenhas ad Sanctiſſ. Papam Urban. VIII. fuiſſe typis datam *die* 21. *Maij*, *anni* 1626. de quâ etiam meminit idem Nog. *diſp.* 24. *ſect.* 1. *n.* 6. aſſerens de exitu litigij ſibi non conſtare: ſi ergò dicto Patri non conſtat de exitu litigij, quomodò firmat talē Bullam Urb. VIII. fuiſſe deciſionem litigij? maximè cùm non conſtet de menſe, quo talis Bulla emanavit. Itaque credendum non eſt, quòd tam brevi temporis curſu reſoluta eſſet contenſio adeò gravis, conſideratâ diſtantiâ, & difficili recurſu ex hac Civitate ad Curiam Romanam: neque creditu dignum eſt, quòd ſi prædicta Bulla ema-

emanaſſet ad cauſæ reſolutionē, non exiſteret in Archivo, ſive Bullæ, ſive Legatiæ, ut in aliquo illorum eam invenire poſſet prędictus Pater: ac per conſequens nec quòd talis Bulla Urban. VIII. emanavit ad reſolutionem prædictæ cauſæ.

71 Confirmatur hoc, quia circa dictam controverſiam edictum publicavit Illuſtriſſ. Commiſſarius D. Antonius Maſcarenhas, quod invenitur in relatione ab eodem factâ S. Urb. VIII. *fol.* 16. *verſ.* tenoris ſequentis.

DOm Antonio Maſcarenhas, do Conſelho de Sua Mageſtade, Deaõ de ſua Real Capella, & Commiſſario Geral Apoſtolico da Bulla da Santa Cruzada neſtes Reynos, & Senhorios de Portugal, &c. Fazemos ſaber a todos os fieis Chriſtaõs deſtes Reynos, & Senhorios de Portugal, que Sua Santidade, entre outras graças, que concede áquelles, que tomarem a Bulla da Santa Cruzada, paſſada em ſubſidio dos lugares de Africa, he huma, que os Sacerdotes poſſaõ dizer Miſſa, & as mais peſſoas ouvilla em Oratorios dedicados ao Culto Divino, viſitados, & approvados pelo Ordinario, ainda em tempo de interdicto, tendo a dita Bulla. E porque à noſſa noticia veyo, que algumas peſſoas, levadas de ſuas particulares cõſideraçoens, encontravaõ o uſo deſtas graças, & os Sacerdotes ſe intimidavaõ, temendo caſtigo, & vexaçaõ, em menoſcabo da authoridade Apoſtolica, & notavel detrimẽto do dito ſubſidio; nos pareceo, com maduro conſelho de muitas, & varias peſſoas Religioſas, & doutas, mandar paſſar proviſoens em favor de algumas peſſoas particulares, que juſtificavaõ diante de Nós terem Oratorios já viſitados, & approvados pelo Ordinario, na fórma que na Bulla ſe requere. E porque nas ditas Proviſoens damos licença para nos taes Oratorios aſſim approvados ſe dizer, & ouvir Miſſa pelos Sacerdotes, & peſſoas que tiverem a Bulla, naõ por via de no-

nova conceſſaõ, mas por via de declaraçaõ da graça, q̃ já as ditas peſsoas tem immediatamente do S. P. conformandonos com os termos de direito, & poderes, que para excluſaõ da dita Bulla nos ſaõ concedidos, naõ faltaõ peſsoas, que indevidamente repugnem as ditas Proviſoens: Mandamos em virtude de ſanta obediencia, & ſob pena de excõmunhaõ mayor *latæ ſententiæ*, & de duzentos cruzados applicados para ajuda da ſuſtentaçaõ, & defenſaõ dos lugares de Africa, que nenhuma peſsoa de qualquer qualidade que ſeja, ainda que eſteja conſtituida em Dignidade Eccleſiaſtica, & por qualquer outra via ſeja exempta, impida o uſo da dita graça, & proviſoens: & para ceſsarem as duvidas que neſta materia ſe tem levantado, & mayor ſegurança do uſo da dita graça, & quietaçaõ das conſciencias dos fieis Chriſtaõs; declaramos, que a ordem de Sua Santidade, & decreto dos Illuſtriſſimos Cardeaes acerca dos Oratorios particulares, & das licenças dadas para nelles ſe dizer Miſſa, naõ comprehendeo eſta, que á Bulla concede; por quanto emana immediatamẽte do Sũmo Põtifice, cujas licenças eſtaõ no dito decreto expreſſamente exceptuadas, & a approvaçaõ, & viſitaçaõ do Ordinario, que a Bulla requere, naõ reſpeita licença do tal Ordinario nos Breves Apoſtolicos de ſemelhantes licenças. E outroſi declaramos, que a Nós direitamente pertence declarar; & defender eſta graça com todas as mais, que na dita Bulla ſe contèm. E que neſta materia temos inteiro poder, & jurdiçaõ dada pela Sé Apoſtolica immediatamente, de que ninguem póde allegar ignorancia, por todos os annos ſe publicar a dita Bulla, & poderes della. E finalmente declaramos, que aſſim neſta materia, como nas mais pertencentes à dita Bulla, naõ temos ſubor-

ſubordinaçaõ alguma, ſenaõ ao Romano Pontifice, & Sé Apoſtolica immediatamente; porque a Bulla nos naõ poem alguma outra dependencia; & deſta maneira foy ſempre entendida, & praticada, aſſim neſtes Reynos de Portugal, como em todos os outros de Eſpanha, a que Sua Santidade concedeo a Bulla da Cruzada. E porque Sua Mageſtade tem ordenado que o dito eſtylo ſe guarde: mãdamos a todas as peſſoas ſem exceiçaõ alguma debaixo do meſmo preceito, & penas acima declaradas, que recorraõ ſó a Nós nas materias, & cauſas que ſe offerecerem, movidas, & por mover, para provermos como for juſtiça, & razaõ em ſeus requerimentos. E por eſta os havemos por citados para proceder contra elles, em caſo, que façaõ o contrario, em menoſcabo da Authoridade que Sua Santidade communica aos Commiſſarios Geraes. E para que eſta noſſa declaraçaõ venha à noticia de todos, outroſi mandamos ſob a dita pena de excõmunhaõ maior *latæ ſententiæ*, & de cincoenta Cruzados applicados para ajuda da ſuſtentaçaõ dos lugares de Africa, a todos os Prelados das Religioens, Prégadores, Abbades, Vigarios, Reitores, & Capellaens das Igrejas deſte Reyno, & a todos os mais Sacerdotes Regulares, & ſeculares, que com eſta noſſa Apoſtolica Carta requeridos forem, a leaõ, publiquem, & façaõ publicar em ſuas Igrejas todas as vezes, que lhe for apreſentada para o dito effeito, & da publicaçaõ paſſem ſuas certidoens. Dada em Lisboa ſob noſſo ſinal, & ſello, aos ſete dias do mez de Novembro de mil ſeiſcentos & vinte & cinco annos. Miguel de Abreu Secretario da Santa Cruzada a fez.

Dom Antonio Maſcarenhas.

72 Contrà hoc edictum aliud in contrarium publicavit Illustrissimus Joannes Baptista Palloto, tunc temporis Collector in hoc Regno, quod etiam legitur in eadem relatione *fol.* 19. sicque se habet:

JOaõ Baptista Palloto Referẽdario de ambas as assignaturas de Sua Santidade, & seu Collector Geral Apostolico, com poderes de Nũcio, em estes Reynos, & Senhorios de Portugal, &c. A quantos esta nossa Provisaõ virẽ, fazemos saber, que tendo noticia como D. Antonio Mascarenhas Commissario da Bulla da Santa Cruzada concedeo licẽça a algũas pessoas particulares de mandarem dizer, & ouvirem Missas em Oratorios privados de suas casas, excedendo notoriamẽte os termos de sua commissaõ, & usurpando o que he especialmente reservado a Sua Santidade, ainda por Breve expresso do Summo Pontifice: Nós para cumprirmos com a obrigaçaõ de nosso officio, de conservar a jurdiçaõ, & direito de Sua Santidade, & prover quẽ naõ haja erros no povo, *authoritate Apostolicâ* a Nós concedida, & de que usamos nesta parte, declaramos por nullas, & de nenhum vigor, & effeito as sobreditas licenças.

E mandamos em virtude de santa obediencia, & sob pena de excõmunhaõ *latæ sententiæ*, & de suspensaõ das Ordens por seis mezes, a todos os Sacerdotes seculares, & Regulares, ou por outro qualquer modo izentos, naõ digaõ Missa nos Oratorios, que tiverem as taes licenças. E outrosi mandamos às pessoas, que as tiverem, que em termo de quatro dias, que se contarem do dia que tiverem noticia desta, entreguem as taes licenças em nossa maõ, ou do nosso Secretario. E para que esta venha á noticia de todos, mandamos aos Priores, Vigairos, Curas, Capellaẽs, & assim a todos os Superiores

riores das Religioens, a publiquem, ou mandem publicar nas suas Igrejas, & Mosteiros. Dada em Lisboa sob nosso sinal, & sello, aos 15. dias do mez de Novembro de 1625. annos.

I. B. Pallotus, Collector Apostolicus.

73 Qua de causa prædictus Commissarius S. P. Urban. VIII. Epistolam scripsit, quæ invenitur in eadem relatione typis datâ *fol.* 19. *vers.* in hunc modum.

BEATISSIME PATER:

POtestas, & jurisdictio Beatitudinis vestræ à Deo immediatè emanat (Vicarius namque Iesu Christi Domini nostri existis in terris) unde eam non solùm venerari debemus fideles omnes, sed etiam totis viribus, usque ad sanguinis effusionem defendere ab incursibus diaboli, cæterorumq; Ecclesiæ Sanctæ hostium tenemur. Idcirco quâ possum animi submissione, fideliquè amore, ad pedes Sanctitatis vestræ provolutus oro, ut meis precibus annuens præcipiat hujus Regni Collectori, *ut ijs mediis, quæ ad pacem facere videntur, maximè studeat, meque in munere obeundo, quo vestræ Sanctitati deservio, minimè interturbet, hominem scilicet, qui abhinc quadraginta annis Sedi Apostolicæ, quâ possum diligentiâ, & fidelitate deservio, tam in sacro Inquisitionis Tribunali, quàm in plurimis Apostolicis Delegationibus; quæ munera ita obivi, ut Sanctissimus Pontifex Paulus Quintus felicis recordationis, vestræ Sanctitatis prædecessor suo diplomate ad me misso, hoc meum studium, fidelitatem, ac diligentiam commendare dignatus sit: Modò etiam in Apostolica commissione Cruciatæ ita me gero, ut nihil omittam eorum, quæ curæ meæ demandata sunt. Occurrente namque hoc Sancto anno Iubilæi, exortaq; cõtroversia per Ioannem Baptistam Palloto, Collectorem Apostolicum circa suspensionem, & validitatem Bullæ Cruciatæ per ipsius declarationem de facto suspensa fuit. Egò verò de communi Doctorum scribentium doctrina, & sententia, juxtaque declarationem prædecessorum Sanctitatis vestræ, quod Bulla Cruciata non*

censeatur suspensa per suspensionem generalem indulgentiarum anni Sancti. Visa etiam declaratione Beatitudinis vestræ Romæ datâ 24. die Septembris anni prateriti, censui à me declarandum Bullam Cruciatam suspensam non esse, posseque Christi fideles eâ frui, sicut anteà.

Denuò nunc suspensa per Capitulares hujus Diœcesis (Sede vacante) facultate utendi privatis Oratorijs, licèt per Ordinarium approbata existerent: visum mihi fuit declarare per indultum Cruciatæ talibus Oratorijs uti posse omnes illos, qui indulgentijs Cruciatæ fruebantur ad exēplar diplomatis, quod originaliter offero. Collector prædictus ita agrè tulit, quod ego in prædictis gessi officium, & juris dictionem meam, seu, ut verius dicam, Apostolicam exercens, ut non semel, sed pluries me vocarit ad judicium ipsius, & ignominiosè tractarit, cum præjudicio notabili authoritatis, & reddituum Cruciatæ; immò forsan querelas adversus me offeret Sanctitati vestræ, quas jam Regi Catholico obtulit. Neq; distulerę voluit unquam deprecationibus meis, ut juxta Decretum Sacri Concilij Tridentini, ad arbitros Iudices recursus fieret. Deprecor igitur humiliter Beatitudinem vestram, ut hujusmodi controversijs finem ponat, nosq; dirigat in viam pacis; libenter vero adibo pedes Sanctitatis vestræ, ductus spe largæ benedictionis, quam humiliter peto. Et Deus Sanctitatē vestram in plurimos annos servet incolumem. Datum Olisbonæ octavo die Novembris, anno millesimo sexcentesimo vigesimo quinto. Humillimus servus, & orator Sanctitatis vestræ, D. Antonius Mascarenhas.

Ex omnibus his hactenùs adductis, non constat de resolutione prædictæ controversiæ agitatæ: & si prædicta Bulla Urbani VIII. fuisset resolutio talis contentionis, esset prædicto Commissario intimanda; inveniretur que in Archivo Legatiæ, aut Cruciatæ: nullibi invenitur. Ergò non fuit talis Bulla pro resolutione causæ. Hoc magis ex infrà adducendis patefiet.

74 Hoc evidentiùs constat ex eo, quòd litigium adhuc perseveravit usque ad annum 1627. in quo resolutū fuit, non quoad Ora-

Oratoria erigenda, ſed quoad recurſum per viam appellationis à Commiſſario ad Legatiam, ſuper quem tantummodò cadit reſolutio, ut patet ex Epiſtola aſſervata in Archivo Cruciatæ; quæ ſic ſe habet.

Copia da Carta do Cardeal Barbarino.

MVito Illuſtre, & Reverendiſsimo Senhor como Irmaõ: Na Congregaçaõ, que ſe fez de ordem de N. Senhor ſobre as differenças que tem Dom Antonio Maſcarenhas, Commiſſario da Cruzada neſſes Reynos de Portugal com o Tribunal Apoſtolico da Legacia; depois de madura conſideraçaõ dos poderes, & das razoens deduzidas por huma, & outra parte, foy reſoluto: Que quando o Comiſſario ſobredito procede como mero Executor da Bulla, & naõ excede os limites de ſua commiſſaõ, entam do Commiſſario ſobredito nam ſe dá appellaçaõ, nem devolutiva, nem ſuſpenſiva; mas quando excede os termos de ſua cõmiſſaõ, ou grava as partes, pódem ao menos por via de querela recorrer ao Colleytor, como ſuperior; o qual póde, guardados os ſagrados Canones, inhibir, & depois, conhecido inteiramente o gravame, ou exceſſo, emendallo, & prover, como he juſtiça.

O meſmo póde fazer quãdo o Cõmiſſario procede como Iuiz, ou mixto Executor; mas nos caſos, nos quaes o Direito commum expreſſamente concede appellaçaõ, pódem as partes appellar, & o Colleytor recebella ad utrumque effectum, *& no ſobredito modo inhibir.*

Poderá por tanto V. S. na conformidade deſta reſoluçaõ proceder daqui em diante nas cauſas de recurſo, & appellaçoẽs ſobreditas, & acabar as que pẽdem ao preſente com o dito Maſcarenhas; para que fiquem de todo determinadas as contendas, & ſe poſſa fazer o ſervico de Sua Mageſtade, como N. Senhor deſeja.

E demais, de ordem de N. Senhor, ſe dá a V. S. toda a faculdade neceſſaria, & opportuna, para abſolver por ſi meſmo, ou por outros, ao dito Maſcarenhas das cenſuras fulminadas

contra elle , ou por outro modo por elle encorridas , por razaõ das cõtroverſias ſobreditas, aindaque foſſem reſervadas por virtude da Bulla Cœnæ Domini, *com que obedeça a eſtas ordens, remetendo Sua Santidade as penas, & ſatisfaçaõ , & outra couſa, que ſe offereceſſe á prudencia, & arbitrio de V.S. a quem peço de Deos proſperidade. Roma , aos* 14. *de Septembro* 1627. *De V. S. como Irmaõ affeiçoadiſsimo.*

Cardeal Barbarino.

75 In fine cujus Epiſtolæ extat declaratio facta, manu propriâ D. Antonij Maſcarenhas, ibi:

DOm Antonio Maſcarenhas do Conſelho de Sua Mageſtade, & Commiſſario Geral da Bulla da Santa Cruzada nos Reynos, & Senhorios de Portugal, digo, que a mim me foy intimada por parte do Illuſtriſſimo Senhor Lourenço Tramello, Biſpo , & Colleytor Apoſtolico a Carta do Illuſtriſsimo Senhor Cardeal Barbarino , cuja copia ſe cõtèm no tranſumpto acima, E dey em reposta aos dous Notarios Iſthimo de Paz, & Gaſpar Preto, digo Guilherme Dias, & Gaſpar Preto , que ma intimaraõ, que eu punha ſobre a minha cabeça , & em meu coraçaõ a reſoluçaõ dos ditos Capitulos na Carta conteùdos , cuja deciſaõ prometi guardar , quanto em mim foſſe , & totis viribus defendere , *& naõ haveria daqui em diante outra couſa; o meſmo digo agora,* & inſuper juro, ſic me Deus adjuvet, & Sancta Dei Evangelia. *Lisboa* 28. *de Dezembro* 1627.

D. Antonio Maſcarenhas.

76 Idem etiam conſtat ex Epiſtola miſſa à D. Michaele Soares Pereira tunc temporis hujus Regni negotiorũ geſtore in Romana Curia, quæ ſic ſe habet.

Copia da reſoluçaõ, que mandou authentica o Doutor Miguel Soares Pereira, Agente de Sua Mageſtade em a Curia de Roma.

O Conteùdo he eſte. Que quãdo o Commiſſario da Cruzada exceda ſuas faculdades, & poderes, & induzir gravames, entaõ a peſſoa aggravada pòde haver recurſo ao Colleytor per viam

viam recurſus, non autem appellationis: *& neſte caſo naõ ſe ve n a ſuſpender a execuçaõ da ſentença do Commiſſario, nem ſe pòde inhibir, ſenaõ depois que ſe conhecer, que haja excedido as faculdades da ſua commiſſaõ, & que tenha feito gravamen; pois iſto vem a ſer recurſo, & naõ appellaçam na maneira que diſpoem o* Cap. Paſtoral. de appellat.

77 Ubi etiam extat reſolutio Tribunalis ſubſcripta à Cõmiſſario, & Deputatis in hunc modum.

Aſſento da Iunta da Cruzada.

VIo-ſe eſta reſoluçam dos Illuſtriſſimos Senhores Cardeaes na Junta da Cruzada, & pareceo, que na conformidade della, o procedimento da parte do Senhor Commiſſario Geral foy conforme a direito, & aſsim naõ ſe podia da parte do Auditor, nem do Colleytor proceder com cenſuras, nem inhibitoria, por ſer o tal procedimento nullo. E que o Senhor Commiſſario Geral devia mandar ao Colleytor a copia deſta reſoluçaõ dos Illuſtriſſimos Senhores Cardeaes, para que mãde levantar as cenſuras, & procedimentos, que da parte da Legacia eſtaõ feitos; viſto como pelos autos, que ſe proceſſáraõ cõtra o Conego Antonio Moniz da Camera conſta procederſe a inhibitoria, & mais cẽſuras em grao de appellaçaõ, ſem primeiro haver recurſo, & ſe juſtificar o gravamen, com conhecimento do exceſſo dos poderes do dito Senhor Commiſſario Geral, na fórma da dita reſoluçaõ. Lisboa 16. de Dezẽbro de 1627. E eu Miguel de Abreu Secretario da Cruzada o eſcrevi. D. Antonio Maſcarenhas. Dinis de Mello. Manoel Coutinho. Lourenço da Gama Pereira.

Digitized by Google

78 Extat præterea alia resolutio Tribunalis ſuper Epiſtola Eminentiſſimi Cardinalis Barbarini, in hunc modum.

Aſſento que ſe tomou ſobre a Carta do Illuſtriſsimo Senhor Cardeal Barbarino.

VIo-ſe na Junta da Cruzada a copia do que o Illuſtriſsimo Senhor Cardeal Barbarino eſcreveo ao Senhor Colleytor em carta de 14. de Setembro deſte preſente anno, ſobre as differenças, que houve entre o Tribunal da Legacia, & o da Cruzada. E pareceo que conforme ao primeiro capitulo da dita copia, o procedimento da parte do Senhor Commiſſario Geral he conforme a direito, & às faculdades de ſua commiſſaõ; & aſsim que no caſo de Antonio Moniz da Camera, em quanto foy chamado pelo dito Senhor Cõmiſſario Geral, que notoriamente tem Tribunal erecto neſta Corte, naõ havia lugar a appellaçaõ que interpoz para a Legacia, nem em razaõ della, de lá ſe lhe podia paſſar inhibitoria, porque o dito Senhor Commiſſario Geral procedeo neſte negocio, em razaõ de mero Executor da Bulla da Cruzada, & dos poderes que por ella ſe lhe concedem; nem no dito chamamento ſe póde conſiderar gravame, em razaõ do qual, por via de querela ſe pudeſſe requerer ao Tribunal da Legacia. E aſsim neſte caſo naõ ſe podia recorrer ao dito Tribunal ainda por via de recurſo, ſenaõ conſtando primeiro do gravame, & examinados os ditos poderes, para ſe ver ſe da parte do dito Senhor Cõmiſſario havia exceſſo. Pelas quaes razoens ſe moſtra, que ainda nos termos da dita copia, & reſoluçaõ dos Illuſtriſſimos Senhores Cardeaes, o dito Senhor Commiſſario Geral tem procedido bẽ; & pelo conſeguinte nam tem encorrido nas cenſuras, & penas, que pelo dito Auditor da Legacia lhe

lhe forão cõminadas; & assim não ha lugar para da parte do Senhor Cõmissario Geral se pedir absolviçaõ, nem aceitalla: antes o Senhor Colleytor deve mandar levantar as censuras, & interdicto *simpliciter, & absolutè*: & quando por via de recurso, & querela quizer examinar no sobredito caso o excesso dos poderes, & averiguar o gravame de que a parte se queixa, entaõ se lhe póde, & deve dar o traslado authentico dos autos na fórma costumada, para q̃, ouvidas as partes, se possa fazer justiça. Mesa 23. de Dezembro de 1627. Miguel de Abreu Secretario da Cruzada o escrevi. Dom Antonio Mascarenhas. Gaspar Pereira. Manoel Coutinho. Lourenço da Gama Pereira.

79 Unde liquidò constat non fuisse Urbani VIII. prædictã Bullam factam pro resolutione dictæ causæ, quæ perduravit usque ad annum 1627. resolutionemque fuisse solùmodò quoad appellationem, non verò quoad erigenda vel non Oratoria.

80 Patet hoc evidentiùs ex verbis Epistolæ Cardinalis Barbarini in verbis, ibi:

Poderá por tanto V. S. na conformidade desta resolução proceder daqui em diante nas causas de recurso, & appellaçoens sobreditas, & acabar as que pendem ao presente cõ o dito Mascarenhas, para que fiquem de todo determinadas as contendas, & se possa fazer o serviço de Sua Magestade, como N. Senhor deseja.

81 Atquî adhuc dicto anno 1627. existebat litigium, eratq; decidendum: ergò perperam ait P. Nog. prædictam Bullam expeditam anno 1626. fuisse ad decisionem litigij: præcipuè cùm sententiæ à Commissario prolatæ obtinuissent, approbataque essent illius gesta: quæ quidẽ sententiæ, & processus asservantur in Archivo Cruciatæ, quin ad Legatiam remitterentur acta, quæ continebant materiam controversam.

82 Ulteriùs, si prædicta Bulla expedita esset ad litigij decisionẽ, in prædicta Epistola Eminentissimi Cardinalis cõprehenderetur: atquî nulla de eâ fit mentio in dicta Epistola; immo potiùs disponitur, ut causæ, & processus expediantur: ergò non fuit ad causæ decisionem.

83 Dein-

83 Deinde ſicut prædicta Epiſtola intimata fuit Commiſſario judicialiter, ut patet ex ejus declaratione; eodem ferè modo Bulla intimata eſſet Commiſſario, ut eam obſervaret; & ſicut prædicta Epiſtola aſſervatur in Archivo Cruciatæ, ita etiam prædicta Bulla in eodem extaret: atqui Epiſtola fuit Commiſſario intimata, & in Archivo Cruciatæ invenitur: Bulla autem nec intimata, nec in Archivo Cruciatæ, nec Legatiæ apparet, ut fatetur idem Nog. Ergò non expedita fuit ad deciſionem cauſæ, neque ad revocanda Cruciatæ privilegia.

84 Sed dato, & non conceſſo, quòd talis Bulla exiſteret, de quâ mentionem faciũt Nog. *loco cit.* Dian. *Coord. tom. 4. tr. 2. reſol. 19. num. 4. & reſol. 20. n. 1.* Portel. *reſponſ. mor. p. 3. caſ. 20. n. 1. in med.* & alij ab eiſdem relati; nullus tamen prædictam trãſcribit Bullam: quare cùm non appareat Bulla originalis, non poſſumus ſuper ea verum formare diſcurſum, ex illo vulgari affatu: *Niſi totũ lege perlectâ, &c.* Sed tamen viſis authoribus de dicta Bulla loquentibus, omnes verba Portelij, quem ſequuntur, allegant, & tranſcribunt; quæ quidem verba ita habent: *Addi poteſt ad hoc, quod ego vidi meis oculis anno 1626. in aula cujuſdam Domini tunc Collectoris iſtius Regni, publicari edictum Sancti Domini Papæ Urbani VIII. in quo prohibetur, ne Epiſcopus aliquis, vel ſimilis Prælatus licentiam dare poſſet alicui celebrandi, vel celebrare faciendi in Oratorijs privatis, & ſcirent omnes talem licentiam concedere, eſſe reſervatum ſoli Summo Pontifici, &c.* Ex quibus verbis pateſcit, talem Bullam loqui tantummodò de Epiſcopis, & de alijs, qui abſque Apoſtolicâ facultate licentias de jure erogabant abſque Pontificiâ largitione: atquî Commiſſarius non ex jure proprio, ſed ex Pontificis indulgentia tales elargitur facultates ad Oratoria erigenda: ergò minimè comprehendi poteſt hęc facultas in revocatione ab Urbano facta, ut ſuadent fundamenta ſuprà à nobis præſtita circa revocationem Pauli V.

85 Deinde adverte, Portelium firmare ſe audiviſſe publicare prędictam Bullam in Legatiâ, abſque alio authentico documento: Pater verò Nogueira firmat, ſe in Legatiæ Archivo talẽ Bullam non inveniſſe, & eſt incredibile, quòd ſi publicata eſſet, in Legatia non aſſervaretur, vel in illius Archivo ejus tranſumptum non inveniretur: itemque cùm omnes DD. eam referant, tantummodò ex teſtimonio ſolius Portelij abſque alio juridico documento, & non appareat in Legatia talis Bulla, aut teſtimonium authenticum publicationis illius, nec in Bullarijs inveniatur, fidem non facit talis allegatio: maximè ad revocanda privile-

gia.

Digitized by Google

gia, quoniam ut revocentur, neceſſaria eſt expreſſa mentio cum certâ notitiâ illius privilegij, quod revocatur; ſiquidem privilegiorum revocatio ſemper ſtricto modo eſt intelligenda, & non extendenda, niſi ad illud, in quod cadit, ut cum Butr. Dec. Felin. & Achill. tenet Auguſt. Barb. *clauſ.* 43. *num.* 11. ſicque deciſum invenitur coram Pontifice Greg. XV. 10. *Martij* 1604. teſte Farin. *dec.* 766. *à num.* 3. *p.* 2. *recent.* & nos diximus *Enucl. Ord. Milit. enucl.* 2. *compr.* 5. *n.* 78. *pag.* 97. *col.* 2. Neque talis revocatio extenditur ad gratiam ſpecialiter factam, ex Caſtill. *lib.* 5. *cap.* 89. *num.* 150. Ergò cùm tenor prædictę Bullæ non appareat, ut fatentur eam allegantes, ſitq; revocatoria privilegiorum Epiſcoporum, extendi non debet ad privilegium ſpecialiter factum virtute Bullæ Cruciatæ, Leon. X. eam declarante per Bullam in principio tranſcriptam. Vel dici poteſt edictum, quod Portel vidiſſe, & publicari audiviſſe teſtatur, fortè non aliud fuiſſe, quàm epiſtolam, non Vrbano VIII. ſed Gregor. XV. mandante, ab Eminentiſſimo Cardinali Ludoviſio ad Nuntium Hiſpaniæ ſcriptam, atq; à nobis relatam *n.* 64. *p.* 152. quam forſan Illuſtriſſimus Collector Pallotus tunc publicari juſſit, exiſtimans in ea contineri deciſionem cõtroverſiæ inter ipſũ, & Illuſtriſſimum D. Antonium Maſcarenhas per id tẽporis agitatæ; cùm tantùm reſolutionem contineat ad Hiſpaniæ Regna ſpectantem, ut citato loco demonſtravimus.

86 In ſpecie verò loquendo de revocatione Bullæ Cruciatæ per Bullam Cœnæ, tenet cum multis Sylva *diſp.* 1. *art.* 3. *n.* 42. *& ſeqq.* per hanc illius non revocari privilegia ex eo, quia ſunt Regibus conceſſa, & in vim cõtractûs, ut ſuprà jam latiſſimè diximus, referique declarationem Xiſti V. idemque refert Coſta *de Bulla q.* 55. Si ergò hoc procedit in Bullâ Cœnæ, quæ exorbitantes habet clauſulas revocatorias, à fortiori debet procedere, ubi tales non inveniuntur clauſulæ.

87 Lege tandem, quæ affert P. Nog. *diſp.* 12. *ſect.* 6. *num.* 85. & 86. agens de declaratione Sacræ Congregationis Concilij ſub die 14. Novembr. 1648. relata à Dian. *p.* 9. *tract.* 1. *reſol.* 4. & *Coord. tom.* 4. *tract.* 2. *reſol.* 54. *num.* 3. quam prædictus P. Nog. ait non comprehendere Cruciatam in verbis, ibi: *Attamen Mend.* in ſtat. diſſert. 14. num. 26. *inquit, Dian. non aſſerre verba formalia illius declarationis: nec ullus alius illam refert, niſi ex ipſo Diana; quare ex illa non poteſt certum deſumi argumentum, cùm non cõſtet, circa quid ea prodierit declaratio.* Et infrà: *Cum ergò illa declaratio proferatur obſcura, & non authentica, & ad alium finem, non eſt contra noſtrum aſſertum; ſi tamen*

men aliud conſtiterit de illâ, illi firmiter adhærebimus.

88 Tunc ſic: Bulla Vrban. VIII. ſolummodò refertur à Portel, & omnes ex eo illam referunt, eſtque ad alium finem: ergò idem ſimiliter ex doctrina ejuſdem P. Nog. dicendum eſt, prædictam Bullam non eſſe contra noſtrum aſſertum, cùm ejus declaratio itē proferatur obſcura, & non authentica, ac à ſolo uno atteſtata. Differentiam de uno ad alium caſum percipere non poſſumus.

89 Omnia manifeſtiſſimè apparent ex Bullâ ejuſdem Pontificis Vrban. VIII. edita die 15. *Februarij anni* 1625. tranſcriptâ à Nog. *diſp.* 1. *ſect.* 13. *num.* 113. *pag.* 17. quâ prædictus Pontifex, cùm moveretur dubium, an per publicationem Jubilei anni Sancti ſuſpenderetur Cruciata, declaravit à ſua mente alienum eſſe in revocationibus privilegiorum, Cruciatam comprehendere, ut conſtat ex prædictâ Bullâ, quæ ſic ſe habet.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

CVm Nos ſuperioribus diebus ad inſtantiā chariſsimi in Chriſto filij noſtri Philippi Portugalliæ, & Algarbiorum Regis Catholici, omnibus in Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis, & Inſulis, Provincijs, & Dominijs conſiſtentibus, qui Fidei Catholicæ, & zelo ducti intra certum tunc expreſſum tempus ad exercitum ejuſdem Philippi Regis contra infideles pugnaturi, aut aliud ſervitij genus gratuitò facturi, ſuis ſumptibus acceſsiſſent, & ibidem uſque ad finem expeditionis ejus anni permanſiſſent, aut de bonis ſibi à Deo collatis; expeditionem prædictam adjuvaſſent; plures indulgentias, ac peccatorum remiſſiones, & relaxationes pro vivis, & defunctis, aliasque ſpirituales conceſsiones, necnon privilegia, facultates, & indulta, vel quovis alio nomine nuncupatas gratias conceſſerimus; cùmque aliàs occaſione celebrationis Sancti Iubilæi præſentis anni univerſo populo Chriſtiano indicti multorū Romanorum Pontificum morē ea in re ſequuti de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnes, & quaſcumque indulgentias, etiam plenarias, etiam ad inſtar Iubilæi,

lei, & earum cauſa facultates, conceſsiones, & indulta quæcũq; à Nobis, & dicta Sede, ejaſque authoritate, quibuſcumque Eccleſijs, & Monaſterijs utriuſq; ſexus, & Conventibus, Domibus, Congregationibus, Hoſpitalibus, & alijs locis, necnon Ordinibus, etiam Mendicantium, & Militarium, necnon Confraternitatibus, & Univerſitatibus, earumque, & alijs cujuſcumque Dignitatis, gradûs, & conditionis, perſonis, Eccleſijs, etiam ſæcularibus, per univerſum Orbem conſtitutis, etiam per modum communicationis, & extẽſionis, & aliàs quomodocumque perpetuò, vel ad tempus quibusvis modis, & ex quibusvis cauſis conceſſis cum irritantis decreti adjectione, & clauſulis in illis appoſitis ſuſpenderimus, interdicentes, nè ullæ aliæ, quàm prædicti à Nobis indicti Iubilei indulgentiæ interim ſivè publicè, ſivè privatim, ubique locorum, & gentium publicarentur, prædicarentur, aut nuntiarentur; ſecùs autem facientes, excommunicationis ſententiam eo ipſo *incurrerent, & ab Ordinarijs locorum pro cujuſcumque arbitrio punirentur, & aliàs prout in literis Apoſtolicis deſuper expeditis pleniùs cõtineretur: Nos quibus præcipuè curanda ſunt ea, quæ ad Fidem Catholicam tuendam, & , adjuvante Domino, aliquando propagandam pertinent*, quique eo animo, eâque voluntate nunquam fuimus, ut indulgentiæ, facultates, cõceſſiones, & indulta quæcumque intuitu dictæ expeditionis, & Cruciatæ, ut dicitur, impedirentur, aut revocarentur, *ad dictarum omnium literarum ſeriem, ac ſi dẽ verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro expreſsis, & inſertis habẽtes*, authoritate præſentium declaramus, ſuſpenſionem eandem ad indulgentias, facultates, conceſſiones, & indulta quæcumque occaſione dictæ expeditionis, & Cruciatæ in Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis, & Inſulis, Provincijs, & Dominijs, & locis Coronæ dictorum Regnorum ſubjectis, ut præfertur, conceſſa non extendi, eaque omnia, & ſingula, ſub dicta ſuſpenſione minimè

comprehendi, ac propterea Commiſſario Generali, & alijs ab eo deputatis, & prò tempore deputandis omnia, & ſingula ſibi per doctos homines demandata facere, exequi, & plenariæ executioni demandare. *Prædicatoribus verò juxta tamen eaſdem noſtras literas deputatis, & deputandis indulgentias, & alias gratias, conceſsiones, & indulta prædicta juxta dictarum literarum tenorem, & illarum ſummarium in dictis Regnis, Dominijs, & locis promulgare, denuntiare, & prædicare abſque aliquo conſcientiæ ſcrupulo, ſententiarumq; cauſarũ, vel pœnarũ incurſu, ut priùs, antequam eadem ſuſpenſionis literæ à Nobis emanaſſent, licére, ita quòd deſuper per quoſcumque etiam locorum Ordinarios moleſtari, perturbari, aut impediri nequeant, ſicque per quoſcumque Iudices Ordinarios, vel delegata authoritate fungentes, & cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, necnon S.R.E. Cardinales quacumque inſtantiâ ſublatâ eis quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, ubique judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane quidquid ſecùs ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Non obſtantibus præmiſsis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſq; omnibus, quæ Nos in conceſsione indulgentiarum, & aliorum privilegiorum ad favorem dictæ expeditionis conceſſorum, voluimus non obſtare, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Ut autem declaratio noſtra hujuſmodi, quoties, & ubi opus fuerit, innoteſcat, volumus harum literarum exempla manu Notarij publici ſubſcripta, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſticâ conſtitutæ munita, ubique eandem fidem facere, quam preſentes facerent, ſi exhiberentur. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris, die 15. Februarij 1625. Pontificatûs noſtri anno ſecundo.*

90 Hoc idem jam ante declaraverat Greg. IX. ut patet ex dictis ab Illuſtriſſ. Commiſſario D. Antonio Maſcarenhas in relatione facta ad Urban. VIII. *fol.* 8. *verſ.* Aliamque ſimilem declarationem factam à Gregor. XIII. an-

no 1574. refert Mend. *de Bullâ, disp. 2. cap. 7. num.* 49. Idem quoque declaravit iterùm Clemens VIII. in Bullâ editâ die 8. Maij anno 1600. quam refert Costa *de Bullâ pag.* 101. in dicta relatione transcriptam *fol.* 8. *vers.* ibi:

NOs quibus præcipuè curanda sunt ea, quæ ad Fidem Catholicā tuendam, & adjuvante Deo, aliquando propagandam pertinent, *quique eo animo, & ea voluntate nunquam fuimus, ut indulgentiæ, facultates, concessiones, & indulta quacūque intuitu dictæ expeditionis in infideles concessa, & Cruciatæ, ut dicitur, impedirentur, aut revocarentur*; ad dictarū literarum omnium seriem, ac si de verbo ad verbum insererētur, præsentibus pro expressis, & insertis habentes, authoritate præsentium declaramus, suspensionem eandem ad indulgentias, facultates, cōcessiones, & indulta quæcumque occasione dictæ expeditionis, & Cruciatæ in Portugalliæ, & locis Coronæ Regnorū ipsius subjectis concessa non extendi, eaque omnia, & singula sub dicta suspensione minimè cōprehendi, atque propterea Commissario Generali, & alijs ab eo deputatis, & pro tēpore deputandis omnia, & singula sibi per prędictas literas demandatas facere exequi, & plenariæ executioni demandare, absque aliquo conscientiæ scrupulo, sententiarū, censurarum, aut pœnarū incursu, ut priùs antequā suspensionis literæ à Nobis emanassent, licere.

91 Idem per eadem verba declaravit Clemens X. Bullâ editâ die 10. Octobr. 1674. quæ asservatur iu Cruciatæ Archivo. Sicque ait:

HInc est, quòd Nos, quibus præcipuè curanda sunt ea, quæ ad Fidem Catholicam tuendā, adjuvante Domino aliquando propagandam pertinent; *quque eo animo, eaque voluntate nunquam fuimus, ut indulgentias, facultates, concessiones, & indulta quacumque intuitu expeditionis in Turcas,*

eas, & alios infideles, ac Cruciatæ impedirentur, aut revocarentur; dictarum omnium literarum seriem, ac si de verbo ad verbũ insererentur, præsentibus pro expressis, & insertis habentes, authoritate Apostolicâ tenore præsentium *declaramus, suspensionem eandem ad indulgentias, facultates, concessiones, & indulta quæcumque occasione dictæ expeditionis, & Cruciatæ in Portugallia, & Algarbiorum Regnis, eorumque Insulis, Provincijs, Terris, & Locis eorundem Regnorum dominio temporali subjectis præfatis, ut præfertur, concessa non extendi, eaque omnia, & singula sub dicta suspensione minimè cõprehendi*: ac propterea *Commissario Generali, & alijs ab eo deputatis, & pro tempore deputandis omnia, & singula sibi per dictas literas demandata facere, & exequi, ac plenariæ executioni demandare.*

92 Itaq; ex his omnibus declarationibus satis liquet à Pontificũ mẽte alienũ esse revocare Cruciatæ privilegia; præcipuè per clausulas generales non faciẽtes expressam mentionem de Cruciatâ, sicut declaravit Pius IV. per Bullam expeditam die 12. Octobr. 1560. teste Lara *lib. 1. de Cruciatâ pag. 27. num. 14.* Quòd verò revocationes generales non cõprehendant Cruciatam, ultrà jam à nobis dicta varijs in locis, tenet Fragos. *tom. 2. de regim. disp. 5. num. 14. vers. nihilominus*, ubi etiam transcribit Bullam Greg. XIII. de quâ suprà.

93 Ultima tamen revocatio in nostram sententiam adducta, est Clementis IX. 28. Octob. 1668. quam ex Moya transcribit Nog. *suprà citat. num.* 44. & sic habet.

Summa cum animi latitia nunc accipimus te sapientissimo Regina pijssima judicio maximè dignum existimari, cui gravissimum Commissarij Cruciatæ munus obeundũ committatur. Quòd idem & Nos omninò censemus, & unicè probamus; pro certò nimirùm habentes, eximiam, & perfectam virtutem tuam hujus officij tanti partibus omnibus egregiè satisfacturam esse, neque locum ullum inconveniẽtibus, & præjudicijs relicturam, quibus ex antecessoribus tuis nõnulli fines juris dictionis suæ prætergressi, Pontificiæ solicitudini causam justam expostulãdi non rarò præbuerunt. Qua ne tempori-

poribus tuis accidant, quamvis verendum non sit, tamen ut à te summopere petamus, cùm rei gravitas, tum etiam debita Pastoralis providentiæ cura profectò facit. Sed omnia plenius ex Venerabili Fratre Patriarcha Alexandrino Nuntio nostro coram intelliges.

Quibus verbis moti prædicti PP. Moya, & Nogueira attestantur Nuntium Castellæ prohibuisse Commissario Hispano Cruciatæ cõcedere in posterum facultatem, & privilegium ad Oratoria erigenda: & hoc inter alia Commissario fuisse principaliùs intimatum, & interdictũ: Ergò Commissarius tali facultate non gaudet.

94 Falluntur sanè, & in primis, quia in verbis præfatis nihil adinvenitur circa revocationem privilegiorum Bullæ tantâ maturitate Regibus concessorum; cùm dicta Bulla Clementis non contineat talem revocationem; ut ex ipsa clarè constat; tùm etiam quia (non obstantibus replicatis Pontificum revocationibus) nunquàm illarum aliqua observata fuit, sed potiùs Commissarij in dando hujusmodi licentias ad Oratoria erigẽda persistunt, & perseverant: tùm præterea, quia P. Moya est testis unus tantùm ex auditu, & confessione extrajudiciali, qui proinde non probat, ut est jure notum: tùm denique, quia non constat de forma authentica, nec an fuisset ad alium finem talis resolutio, & declaratio facta; quapropter (teste P. Nogueir. nobis contrario, & in hoc utique sibi ipsi oppositò) attestatio Moyæ vim ad probandum non habet.

95 Oppones primò. Nostra resolutio fũdatur in Bullâ Leon. X. in principio transcriptâ, cujus duratio, & consistentia solũmodò extendebatur ad annum: ergò, anno finito, expiravit talis Bulla, cum omnibus facultatibus, & privilegijs in ea contentis: igitur absque ratione, aliquovè fundamento ad præsentem annum illius durationem extendimus, atque protrahimus. Probatur antecedens per sequentia verba ipsius Bullæ, videlicèt:

Et licèt ex dictis posterioribus literis clarè, & manifestè appareat, quòd facultas illa, quæ est concessa Executoribus, concedendi Altare, & Confessionalia, ac Stationes Urbis, est temporalis, & restricta ad annum dumtaxat.

96 Sed respondeo, prædictam Bullam Leon. X. quamvis ad annum tãtùm fuisset duratura, tamen, ut ex illa apparet, quo ad concessionem ad Oratoria, refertur ad Bullam Cruciatæ ab

Digitized by Google

eodem Pontifice elargitam anno 1507. cujus meminit idem Nog. neque fuiſſe novam conceſſionem, ſed declarationem facultatum Cruciatæ: cùm ergò Bulla Cruciatæ ſemper fuiſſet extẽſa, & de novo eademmet forma continuata: in hacque Leonis fuiſſet declaratum, Cruciatam comprehendere facultatem ad erigenda Oratoria: benè ſequitur non expiraſſe declarationem Leonis, ſed fuiſſe reformatam per ſubſequentes Bullas Cruciatæ, quæ omnes inveniuntur eâdem ſerie, & tenore expeditæ, & quanvis proximiores ſolummodò referantur ad Gregor. XIV. jam diximus *num.* 20. id procedere ex eo, quia hæc fuit ultima extenſio ad triennium, & quia tempus fuit extenſum, ideo de novo trãſcripta invenitur: quod non fit, niſi quãdo ad maiorẽ annorũ numerũ Bulla ipſa cõceditur, ut in omnibus Bullis pateſcit.

97 Argues 2. cum Moya, Nog. *locis ſupra citatis*, & Sylva *de Bulla diſp.* 3. *tract.* 2. *à num.* 5. alios allegantibus, non conſtare in Bullâ, quòd Commiſſarius habeat poteſtatẽ aliquam ad dãdas licentias ad erigenda Oratoria. Ergò perperam virtute illius præſumit Commiſſarius eâ gaudere. Probatur antecedens per verba ſequentia ipſius Bullæ relata à P. Nog. *pag.* 2. *col.* 2. & Sylva *pag.* 3. *fine*, & 4. *in princ.* ibi: *Illis quoque, qui, ut præfertur, cõtulerint, ac etiam alijs, qui intra dictum triennium in manutentionis hujuſmodi ſubſidium, alias pias eleemoſynas fecerint, pariter concedimus, ut eodem durãte triennio, liberè poſsint in privato Oratorio ad Divinum cultum dumtaxat deputato, ab Ordinario loci approbando, & viſitando, etiam in locis interdicto quavis authoritate ſuppoſitis, dummodò ipſi cauſam non dederint hujuſmodi interdicto, vel per eos non ſteterit, quominùs illud amoveatur, ac etiam Illuſtribus, & alijs Nobilibus, qui facultatem ad id à Commiſſario ſuper hoc deputando habuerint, etiam per horam antequam dies eluceſcat.*

98 Ex quibus verbis prædicti Patres ſic argumentum formant: Eodem modo conceditur per Bullam tam tempore interdicti, quàm extra illud celebratio, & auditio Miſſæ in Eccleſijs, quo conceditur in Oratorijs. Atquî conceſſio circa Eccleſias non eſt ad eas erigendas: ergò nec conceſſio circa Oratoria, eſt ad illa erigenda: quo pacto namque Pontifex erectas ſupponit Eccleſias, ſic jam erecta ſupponit Oratoria: atque adeò non erigenda per Bullam.

99 Huic objectioni facilè occurritur negando abſolutè maio-

maiorem ; diversimodè namque loquitur Bulla de Ecclesijs , & Oratorijs : etenim cùm de Oratorijs agit, declarat , quòd sint priùs ab Ordinario approbanda, & visitanda; quod quidem , cùm de Ecclesijs agit , non declarat. Et ratio est: quia erectio Ecclesiarum pertinet ad Ordinarios, sine quorum licentia ædificari non possunt per *text. in cap. Nemo, & cap. Placuit , de consecrat. dist.* 1. *cap. ad hoc , de Relig. dom. cap. cùm olim* 14. *vers. Insuper , de privil. auth. de Eccles. §. si quis autem, collat.* 9. cum multis Barbos. *de pot. Episc. p.*2.*alleg.*26. Et cùm Ecclesiarũ erectio ad Episcopos attineat, ideirco Pontifex in Bullâ Ecclesias erectas supponit.

100 Ast erectio Oratoriorũ à licẽtia Episcoporũ nõ solũ nõ pẽdet , sed nec de illorum licentia erigi queunt ob replicatas prædictas revocationes Pontificias, per quas Episcopi tali facultate fuêre privati : unde cùm talis facultas sit quid privativè ad solum Pontificem attinens , solus ille præstare potest licentiam ad erigenda Oratoria, vel illi , cui illam concedere velit : quâ de causâ solùm dicit in Bullâ visitãda esse , & approbanda ab Ordinarijs Oratoria erigenda, vel jam erecta, aut de sui ipsius licentia , aut Commissarij , quam facultatem illi per Bullam concedit.

101 Itaque Pontifex in ijs quæ ad Episcopos pertinẽt , non se intromittit , nonvult enim auferre illorum jurisdictionem, nec illis præjudicium inferre. Ast quod suum est, per Bullam Commissario concedit : quomodo namque approbanda, & visitanda forent Oratoria , si non per Bullam supponerentur erecta? Et quomodo concederetur per Bullam celebratio Missæ in Oratorijs , si per ipsam Bullam non daretur utique facultas ad illa erigenda? Missa quippe in Oratorio celebranda necessariò supponit Oratorium erigendum, vel erectum; unde cui data est facultas dandi licentias celebrandi , vel faciendi celebrare in Oratorio, etiam, ob connexionem, data est facultas dandi licentias ad erigenda Oratoria. Prior de facto data est Cõmissario per Bullam : ergò & posterior per Bullam utique illi est data.

102 Stat pro hac doctrina , & nostra resolutione primò quia in jure vulgaritèr dicitur : Cui conceditur maius, & minus concedi visum est. *L. filius-familias §. fin. ff. donat. L. marcell. ff. de donat. caus. mort. L. non debet ff. regul. jur. cap. experto , de Decimis*, Joann. Maria Novar. *q. fori, lib.*1. *q.*24. *num.* 5. Nam minus semper inest in eo, quod est plus, *L. in eo ff. regul. jur. cap. cui licet* 53. *eod. tit. in* 6. Farinac. *in prax. crim. p.*4. *dec.*10. *num.*6. Quando enim licet plus , etiam quod minus est, licebit, *L. non debet ff. regul. jur. auth. multò magis, Cod.*

ſacroſ. Eccleſ. Farinac. *concil.* 60. *num.* 109. *lib.* 1. Thom. de Thomaſ. *regul.* 8. Surd. *concil.* 288. *n.* 14. Novar. *citat. num.* 6. Quare de maiori ad minus validum eſt argumentum in jure, ut latiſſimè Barb. *loco* 67. *à num.* 1. Ergò cùm maius ſit ſacrum dicere, ſeu celebrari facere, quàm Altare, & Oratorium erigere, & Oratorium, & Altare contineantur in Miſſæ celebratione, ſine quo celebrari non poteſt, nihil mirum, quòd privilegium ad Miſſam celebrandam contineat, & includat privilegium ad erigenda Oratoria.

103 Stat etiam 2. effatum illud, quòd contentum ſequitur naturam continentis, ut tradunt Abb. *in cap. ad audient.* 1. *de Eccleſ. ædific. num.* 11. Lambert. *de jur. patronat. lib.* 1. *p.* 1. *q.* 8. *art.* 6. Gonçal. *in regul.* 8. *Cancell. gl.* 10. *num.* 10. Ergò cùm in Miſſæ celebratione contineatur Oratorium, nil mirùm, quòd facultas celebrandi, ſeu celebrari faciendi extendatur ad Oratoria, præſertim cùm ſit materia favorabilis, ſicut & facultas diſpenſandi ex eodem titulo latiſſimè eſt extendenda, ut notat Gutier. *de matrim. cap.* 124. *num.* 1. nam in hoc caſu valet argumentum de maiori ad minus, ex Sanch. *de matrim. lib.* 8. *d.* 2. *à num.* 1. *ex cap. per venerabilem, qui filij ſint legit.* nemini quippe nocere poteſt, niſi ſoli concedenti, qui poteſtatem ſuam totam, vel ejus partem communicare poteſt; nam aliud eſt facultas ad diſpenſandum, quæ eſt favorabilis, & aliud ipſa diſpenſatio, quæ in ſe ſtricta eſt, & odioſa, ut latè probat Sanch. *cit. ex gloſ. cap. hi qui, verbo in poteſtate in fine* 15. *q.* 8. *cap. dudum, verbo benefic. de præbend. in* 6. Oldrad. *conſ.* 152. *n.* 1. Barb *L.* 2. *in princ. num.* 2. *ff. verbor. oblig.* & ibi Bald. Covarr. *in* 4. *decret. p.* 2. *cap.* 8. §. 8. *num.* 6. *verſ.* 8. *& num.* 11. Gut. *can. q. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 125. Henriq. *lib.* 7. *de indulg. cap.* 13. *n. fin.* Molin. *tom.* 1. *de juſt. tract.* 2. *d.* 137. *col.* 4. *verſ. obſervandum eſt*, Sayr. *theſaur. caſ. tom.* 1. *lib.* 6. *cap.* 11. *num.* 8. Roder. *tom.* 1. *ſum. cap.* 166. *n.* 3.

104 Stat 3. illa vulgaris regula dictans, acceſſorium ſequi naturam principalis; quæ procedit etiam in his, quæ ſunt ſtricti juris, ex Barb. *axiom.* 4. ex *cap. dependentia, de donat. inter vir. & uxor. L. nihil ſol.* §. *cùm principal. ff. regul. jur. cap. & hæc diximus* 16. *q.* 7. *L. non dubium Cod. de leg. regul. acceſſ. de regul. jur. in* 6. cum vulgaribus. Atquî Miſſam celebrare eſt principale, Oratorium verò erigere eſt acceſſoriũ, & præparatorium ad celebrandum: ergò conceſſo principali, etiam acceſſorium cõceſſum dicendum eſt.

105 Stat utique 4. alia regula aſſerens: Illi, cui conceditur principale, cenſetur conceſſum id, quod venit ex natura actûs, ut

ut latè Aymon *de antiq. temp. 4. p. in princ. num.* 70. Farinac. *fragm. crim. p.* 1. *num.* 223. & cui conceditur principale, intelligitur cõcedi id, quod consecutivè venit ad illud consequendum, *cap. prudentiam §. si verò, & ibi communiter DD. de offic. deleg.* Albert. *in L. cum principalis ff. regul. jur.* Bald. Ias. & Roch. de Curt. quos referens sequitur idem Aymon *à num.* 67. *& num.* 121. Everard. *in loco à cons. ante ad cons. num.* 2. *L. fin. Cod. de frum.* multos citat Villagut. *tract. de extens. leg. correct. & pœnal. num.* 66. vide Pal. *de benef. disp.* 1. *punct.* 11. §. 2. *n.* 5. Ubi ex eo, quòd Legatus à latere possit conferre beneficia non reservata, infert consequenter in illis pensiones imponere posse, ex eo quòd talis impositio veniat in consequentiam officij.

Ergò similiter, cùm à Pontifice conceditur facultas ad celebrandam Missam, ita etiam & facultas in consequentiam venit ad erigenda Oratoria, sine quibus in domibus celebrari non potest, cùm sit immediatè, & necessariò connexa: & connexio sufficit, ut concessio extendatur de uno ad aliũ casum, sicut tenent Jas. *in L.* 4. *col. ult. ff. de acq. poss.* Ant. de Butr. *in cap. cùm dilectus, col.* 4. Zabarell. *cons.* 19. *lib.* 2. Roman. *cons.* 243. idem Jas. *cons.* 185. *col.* 3. *lib.* 2. sequitur quòd facultas, concessa ad celebrandum, extenditur ad Oratoria erigenda.

106 Stat denique expressè in nostris terminis Pasqual. *de sacrif. nov. leg. tract.* 1. *de Orator. privat. q.* 661. *num.* 5. ibi: *Ex quibus deducitur, quòd cùm in commissione celebrationis Missæ in privato Oratorio, id, quod principaliter conceditur, sit celebratio in privato Oratorio, & erectio Oratorij privati veniat in consequentiam ad concessionem celebrationis privatæ, tanquàm quid necessarium pro usu privilegij, non potest cum fundamento dici, quòd sit concessa privata celebratio Missæ, & quòd non possit ad praxim deduci, nisi adsit Oratorium privatum, aliàs legitimè erectum; nam cùm erectio privati Oratorij veniat in consequentiam ad facultatem faciendi celebrare in privato loco, tãquàm ad ipsam celebrationem ordinata, eo ipso, quòd convenit alicui facultas pro privata celebratione Missæ, venit etiam in consequentiam, tanquàm quid necessarium facultas erigendi privatum Oratorium, juxta* cap. prudentiam §. si verò de offic. deleg. *& notant DD.* in L. 2. ff. de jurisd. omn. jud.

107 Accedit, quòd Pontifex in prædicta concessione occurrit indigentiæ populi interdicto oppressi, & ideo concedit facultatem ad erigenda Oratoria, quæ faciliùs eriguntur, quàm Ecclesiæ: nam dùm istæ construerentur, finiretur interdictũ, frustraneaque esset prædicta facultas. Quæ verò conceditur ad

Missam

Missam audiendam in Ecclesijs, ideo conceditur, quia tempore interdicti celebrari non potest: quâ de causâ Bulla facultatē præbet, ut in eis possit Missa celebrari, & Divinis officijs fideles interesse, quod non habentibus Bullam interdicitur, ut notum est in jure.

108 Nec inferas: ergò privilegiū est tantùmmodò ad interdictum. Non, inquam, hoc inferas; quoniam nō solùm talis facultas est ad interdictum, sed etiam ad tempus in quo interdictum non extat. Hoc namque denotat particula illa, *etiam*, ut unanimiter tenent omnes DD. etiam negantes Commissario facultatem erigendi Oratoria; omnes quippe tenent, virtute Cruciatæ posse Missam celebrari omnibus diebus, etiam extra interdictum, ex dictione illa, *etiam*, quæ comprehendit utrumque casum.

109 Oppones tamen ex his, quæ P. Sylva affert *pag.* 114. *n.* 9. Si ex eo, quòd facultas ad Missam celebrādam in domibus privatis non posset dari, quin detur etiam facultas ad erigēdum Oratorium, sequeretur concessum esse in Bullâ privilegium conferendi sacros Ordines, benedictionem Aræ, Ecclesiam, vitam, usum rationis, quia hæc omnia requiruntur ad usum privilegij; hoc dicendum non est: Ergò, &c. Respōdetur dari maximam differentiam, quia Ordines Sacri solummodò ab Episcopo conferuntur, cùm id sit Ordini Episcopali privativum; similiter & benedictio Aræ: cùm ergò hoc fieri non possit, nisi ab Episcopo, minimè præstari potest ab alio: Ecclesiæ etiam erigi non possunt absque Ordinarij facultate, ut jam demonstravimus: vitam, & usum rationis ad solum Deum concedere pertinet: at verò Oratoria erigere solūmodò Pontifici convenit, & cui ille concedere voluerit: ergò in privilegio solummodò comprehenduntur ea, quæ concedere potest ille, qui privilegium permittit, non verò quæ ad tertium pertinent; quia Pontifex quæ sua sunt, non verò quæ ad tertium attinent, concedit, quia nunquam jus acquisitum ab aliquo auferre intendit.

110 Nec audiendus est idē P. Sylva *num.* 7. dùm quoque opponit in privilegio supponi interdictum: ergò per Bullam dari facultatem ad ponendum interdictum. Non, inquam, audiēdus est, quia ipsamet Bulla non loquitur de interdicto, nisi ad exemplum secundùm fortiorem casum, in quo viget privilegium; neque necessarium est præcisè existere interdictum, ut exerceatur privilegium: at verò Oratorium necessariò debet existere, ut Missa celebrari possit; aliter enim minimè est celebrandū, quod diversimodè procedit.

111 Oppones 2. cum eodem P. Sylva *pag.* 213. *num.* 8. quòd concedens maius, concedit

dit minus in eodem genere, non verò in alio. Patet hoc ; nam maius eſt abſolvere à cenſuris, quàm Sacrum dicere in privato Oratorio ; & tamen privilegium concedens unum, non concedit aliud. Atquî celebrare Sacrum, & erigere Oratoria ſunt in diverſo genere: ergò, &c. Reſpondetur, exemplum eſſe valdè diverſum; quia abſolutio à cenſuris non eſt ejuſdem generis, atque Miſſam celebrari, quia benè poteſt abſolvi à cenſuris, quin Miſſa celebretur ; & benè poteſt Miſſam celebrare, qui non poſſit à cenſuris abſolvere, ut patet in Presbyteris, qui facultatem non habent ad conſcientias confeſſione expiandas; Miſſam autem non poteſt quis celebrare in domibus privatis, quin Oratorium erigatur, quæ ſunt ejuſdem ſpeciei ; pertinentque ad eundem finem, & abſque uno, alterum exerceri nequit : ergò non benè ſtat prædicti Patris ſolutio.

112 Nec denique aliquid valet ratio ab eodem Patre adducta, nempè eſſe materiam cõceſſionis odioſam, quæ non eſt ampliativa privilegij, ſed reſtrictiva ; enimverò materia, de qua agimus, nihil odij continet, immò potiùs cedit in favorem Militum pugnantium pro fide Catholica, quorum ſubſidium fuit cauſa finalis hujus conceſſionis ; & in favorem Fidelium, ut cõmodiùs Sacrum audire poſſint, tam tempore interdicti, quàm extra illud, quibus de cauſis Nogueir. *diſp.* 1. *ſect.* 10. *num.* 67. & Mend. *de Bull. diſp.* 1. *cap.* 6. *n.* 46. tenent, privilegia Cruciatæ eſſe latiſſimè interpretanda, præcipuè cùm in eis præjudicium non detur : igitur cùm in noſtro caſu nulli præjudicium inferatur, benè ſequitur conceſſionem non verſari in materia odioſa, ſed favorabili, non reſtrictiva, ſed ampliativa.

113 Et ratio eſt : quia eſtò privilegium juri communi contrarium ſtrictè debeamus interpretari, hoc tamen non procedit, quando privilegium eſt in favorem Religionis, vel pię cauſæ ; ſummum enim eſt jus, quod pro Religione facit, *L. ſunt perſonæ ff. de Relig. & ſumpt. fun.* Soar. *cap.* 27. *num.* 7. *de leg.* Bonacin. *de leg. diſp.* 2. *q.* 3. *p.* 9. §. 1. *num.* 5. Salas *diſp.* 17. *ſect.* 8. *n.* 52. *& diſp.* 20. *n.* 90. *verſ.* 6. Sanch. *lib.* 8. *de diſpenſ. diſp.* 1. *num.* 33. Roderic. *d.* 4. *punct.* 10. *num.* 5. *de privileg.* Tiraq. *de pia cauſa num.* 160. Atquî privilegia Bullæ ſunt conceſſa pro Religione Catholica, & ob piam cauſam : ergò non ſtrictè, ſed lato modo ſunt interpretanda.

114 Nec me latent, quæ nobis objiciunt P. Nog. *diſp.* 12. *ſect.* 4. §. 5. *num.* 33. & P. Moya, dum aiunt præſumendum non eſſe Pontificem omnibus ſumentibus Bullam (in quibus plures ex plebeis reperjuntur) conceſſiſſe id, quod maxima cum difficultate No-

Nobilibus concedit, prohibetq; Nuntijs, & Epiſcopis ne concedant: nec quoque ex vi verborum Bullæ, eſſe credibile talem facultatem præſtari. Reſpondeo namque ex verborum contextu non concedi omnibus ſumentibus Bullam, Miſſam dicere, ſeu celebrari facere, niſi de facultate Cõmiſſarij, cujus diſcretioni relinquitur talem facultatem præbêre; ſicut accidit in Nuntijs, quibus eodem modo conceditur facultas ad Oratoria diſtribuenda; Commiſſario itaque competit diſcernere quiſnam capax ſit dictæ facultatis: & ſic corruit objectio.

115 Probo aſſertum ex Bullæ verbis, ibi:

Pariter concedimus, ut eodem durante triennio, liberè poſsint in privato Oratorio ad Divinũ cultum dumtaxat deputato, ab Ordinario loci approbando, ac viſitando, etiam in locis interdicto, quàvis etiam authoritate ſuppoſitis, dummodò ipſi cauſam non dederint hujuſmodi interdicto, vel per eos nõ ſteterit, quominus illud amoveatur, ac etiam Illuſtribus, & alijs Nobilibus, qui facultatem ad id à Cõmiſſario ſuper hoc deputando habuerint, etiam per horam antequam dies eluceſcat, & per horam poſt meridiem, excõmunicatis, & interdictis prorsùs excluſis, vel per ſe ipſos, ſi Presbyteri ſint, ſeu per alium, vel alios Sacerdotes, &c.

Quæ verba requirunt facultatẽ Commiſſarij ad hoc, ut in Oratorio celebrari poſſit; ut patet ex illis, *qui facultatem ad id à Commiſſario habuerint*: ergò, &c.

116 Replicabis prædicta verba, *de facultate Commiſſarij*, ſolummodò referri ad Illuſtres, & alios Nobiles, quoad Miſſam celebrandam per horam antequam dies eluceſcat, & etiam per horam poſt meridiem, non verò ad facultatem conceſſam omnibus habentibus Bullam. Ita P. Sylva, dum in 5. nota, in principio operis ait, nullam requiri Commiſſarij licentiam, neque eleemoſynam ad hoc, ut in Oratorijs celebrari poſſit in diebus prohibitis (facultatibus ad Oratoria conceſſis) ubi etiam ſeipſum citat *diſp.* 3. *art.* 1. *num.* 37. in quo tamen numero de hoc non agitur; niſi de conſanguineis; at verò *num.* 71. *cum ſeqq.* tenet ad nullum onus obligari, qui virtute Bullæ in Oratorio celebraverit, vel celebrari fecerit.

117 Sed

117 Sed reſpondeo, prędicta verba: *Qui facultatem ad id à Commiſſario ſuper hoc deputato habuerint*, non ſolùm referri ad Illuſtres, & Nobiles, ſed ad omnes. Probo, quia prædicta diſpoſitio, & oratio non finitur illo verbo, *amoveatur*, nec nova fit oratio à verbo, *ac etiam*, quia reſolutio invenitur in fine totius orationis: *Miſſas, & alia Divina Officia celebrare*: unde facultas conceſſa in his verbis conſiſtit, non verò in alijs, quia oratio eſt cõtinuata, & privilegiũ nõ ponitur niſi in ultimis verbis; nam ſi finiretur oratio verbo, *amoveatur*, nihil conceſſum inveniretur: ergò ex eodem contextu liquet, prædicta verba referri tam ad Illuſtres, & Nobiles, quàm ad alios. Aliter enim plus concederetur plebeis, quàm Illuſtribus, & Nobilibus; quia iſtis imponitur obligatio impetrandi facultatem à Commiſſario, alijs verò minimè; quod dicẽdum non eſt, quando Pontifex iſtis plus concedit, nempè quòd antequam dies elucelcat, & poſt meridiem Miſſam celebrare poſſint, ſeu celebrare facere.

118 Dictio itaque illa, *ac etiam*, non denotat novam diſpoſitionem, ſed conjungit, & auget, ex traditis à Barboſ. *dict.* 3. *num.* 1. & 7. ubi cum Seraphin. *dec.* 562. *num.* 1. aſſerit eſſe ampliativam: unde in noſtro caſu non facit novam diſpoſitionem, ſed continuat, & conjungit eandem reſolutionem, illam amplians, quoad Illuſtres, & Nobiles in eo quòd non ſolùm poſſint idem, quod alij, ſed etiam poſſint ante lucis ortum, & poſt meridiem Miſſam celebrare, vel celebrari facere; dicta quippe dictio ſolummodò cùm ponitur inter duas orationes perfectas, non repetit qualitatem expreſſam in præcedenti ex eodem Barboſa *num.* 3. & cùm in noſtro caſu nõ inveniantur duæ orationes perfectæ, niſi in verbo illo, *Miſſas* dicendum eſt continere qualitates antecedentes, idemque eſſe ſervandum tam quoad plebeos, quàm quoad Illuſtres, & Nobiles, cum illâ tamen ampliatione dictâ, ſemper tamen dependenter à facultate Commiſſarij requiſita, & neceſſaria in omnibus caſibus.

119 Probo ſequi, quia in medio orationis illa invenitur clauſula, *qui facultatem ad id habuerint*, quæ quidem facultas, ut jam probavimus, æqualiter procedit in plebeis, Nobilibus, atque Illuſtribus: ergò eadem facultas requiritur tam in uno, quàm in alio caſu, cùm ſit conditio neceſſariò adimplenda poſita in medio orationis; proindeque comprehendens in uno, & altero caſu non ſolum augmẽtum, ſed etiam primam diſpoſitionem, cùm in eiſdem detur eadem ratio.

120 Confirmatur ſupradicta doctrina ex eo, quia in verbis

Digitized by Google

tranſcriptis, poſtquam diſpoſitum eſt, quòd facultas à Commiſſario habeatur, illa invenitur dictio, *etiam per horam, &c.* quæ dictio eſt ampliativa, & explicat caſum magis dubitabilem, & implicat caſum præcedentem, repetitque conditiones, & qualitates præcedentis diſpoſitionis in ſequentem, ex Barboſ. *dict.* 112. ubi multa ad intentum: atquî ſi facultas Commiſſarij non requireretur, niſi ad celebrandum antequam dies eluceſcat, & poſt meridiem; neque facultas conceſſa Illuſtribus, & Nobilibus eſſet eadem; ſuperfluum eſſet ponere dictionem, *etiam*, quoad augmẽtum conceſſum ad celebrandum ante diem, & poſt meridiem; in privilegijs namque, & in Bullis Apoſtolicis non ſolùm verba, & dictiones, ſed etiam quælibet ſyllaba aliquid debet operari; verborum quippè ſuperfluitas ſemper vitanda eſt, *cap. ſi Papa de privilegijs lib.* 6. DD. communiter *in L.* 3. *in princip. ff. de jur. iurand. gloſ. verb. tanquam in cap. ſolita, de maioritat. & obedient.* Simon de Pret. *de interpret. ult. volunt. lib.* 2. *interpret.* 3. *dub.* 2. *ſolut.* 1. Sanch. *lib.* 3. *de matrim. diſp.* 26. *num.* 6. cum multis Barboſ. *axiom.* 222. *num.* 15. *& ſeqq.* Staphil.. *de lit. grat. tit. de vi, & effectu clauſ.* §. 1. *num.* 6. Ergò cùm prædicta dictio inveniatur, quæ omnia repetit, & conditio petendi facultatem à Commiſſario antecedat; benè ſequitur eſſe hanc neceſſariam, non ſolùm ad unum, ſed etiam ad alium caſum; atque adeò in diſpoſitione Commiſſarij relinqui facultatem ad dandas hujuſmodi licẽtias juxtà rationem.

121 Adde, quòd dictio illa, *ad id*, comprehendit omnia tam antecedẽtia, quàm ſequentia, ideoque ponitur in medio orationis, ut utrumque caſum præſcriptum comprehendat, referturque ad celebrare, ſeu facere celebrare Miſſas, ut expreſsè tenet Paſqual. *de nov. leg. ſacrif. tom.* 1. *tract.* 1. *de Oratorijs, q.* 638. *num.* 4. loquendo in noſtromet caſu: & per hoc profligatum manet argumentum fundatum in eo, quòd præſumendum non eſt, Pontificem omnibus ſumentibus Bullam (in quibus plures ex plebeis reperiuntur) conceſſiſſe id, quod maximâ cum difficultate Nobilibus cõcedit. Enimverò diſcretioni Commiſſarij relinquitur, ſicut accidit Illuſtriſſimis Nuntijs in conceſſionibus à Pontifice factis, licèt Illuſtriſſimi Nuntij, ut extranei, Nobiles, aut plebeos non adeò facilè diſtinguant, ſicut Commiſſarius, quoniam ut naturalis eos agnoſcit, proindeque maturiùs procedit, & maximâ conſideratione præfatas facultates diſtribuit.

122 Verificatur hoc ex dictis à P. Sylva *citato num.* 71. ubi ſibi contrarius, ait, habẽtes Bullam non teneri eleemoſynam præſta-

Digitized by Google

præſtare, neque licentiam à Cõmiſſario petere; teneri tamen non habentes Bullam præbere eleemoſynam, & licẽtiam poſtulare. Quia ſi prædictus P. aſſerit licentiam Commiſſarij ſolummodò requiri, ut Illuſtres, & Nobiles poſſint celebrari facere antequam dies eluceſcat, & poſt meridiem, ex eo, quia talis requiſita licentia Commiſſarij poſita eſt poſt dictionem illam, *ac etiam*, disjungendo orationem: idem eſt quoad illos, qui Bullam non habent, (qui in opinione dict. Patris, hoc gaudere poſſunt privilegio) quia, ut illemet refert, verba Bullæ, in quibus fundatur, ſimul poſita ſunt ante requiſitam licentiam; non enim capio quomodò requiratur eleemoſyna, & licentia quoad unos, non verò quoad alios: certiùs namque eſt quoad omnes requiri, ut ſuprà dictum extat.

123 Praxis verò ab eodem Patre allegata non eſt vera, immò potiùs contrarium obſervatur, quia ut accepimus ab anteceſſoribus, & vidimus in illorum facultatibus, ſemper imponitur clauſula, quòd licentia non valeat, niſi habentibus Bullam; & hoc jure utimur.

124 Pro complemento verò audi verba Paſqualigi *de ſacrif. nov. leg. tom.* 1. *tr.* 1. *de Orator. privat. q.* 661. qui quidem agens expreſsè de hac materia *num.* 2. ſic habet: *Ratio eſt, quia, ut dictum eſt, etiam in ſuperioribus, privilegium celebrandi, aut faciendi celebrare in privato Oratorio, non conceditur omnibus indifferenter, qui habent Bullam Cruciatæ, ſed tantùm ijs, qui facultatem ad id à Commiſſario habuerint, quæ clauſula reſtringitur conceſſione ad ſpecialem perſonam, quibus prædicti licentiam conceſſerint, quæ ſolæ, quoad hoc, ſunt privilegiatæ, & ideo privilegium non extenditur ad alias perſonas, quamvis habeant Bullam* juxta L. maritum, & L. quia tale, ff. ſolut. matrim. & cap. petiſti 7. q. 1. & cap. ſanè de privileg. & *notant Bart.* in L. Paulus reſpondit ff. de acq. hæred. *Anchar.* conſ. 110. n. 2. Et *num.* 3. ibi: *Confirmatur: Bulla Cruciatæ non concedit abſolutè facultatem celebrationis in privato Oratorio, ſed ſub qualitate licentiæ obtinendæ à Commiſſario, ut conſtat ex clauſula: ergò ſi deficit hæc licentia, ceſſat etiam cõceſſio, juxta* L. tutel. ff. de capit. dimin. & L. 4. §. toties ff. de damn. infect. & cap. indemnitatibus, §. penult. de elect. in 6. & *notãt* gloſ. in leg. mancipia verbo avocandam ff. de ſerv. fugit. *Surd.* conſ. 514. n. 4. *Bald.* in L. humanit. n. 28. C. de impub. & alijs ſubſtit. *Cravet.* conſ. 202. n. 31. Et *num.* 4. tenet non ſufficere contrariam obſervantiam contra claram diſpoſitionem, ad quod multa adducit, quæ videri poſſunt apud ipſum. Quo etiam modo reſpondetur, trad. à Nog. *diſp.* 11. *ſect.* 10. *n.* 64.

Digitized by Google

125 Quòd verò eleemosyna requiratur, etiam patet, quia postquam Bulla eam sumentibus bona opera militantis Ecclesiæ communicat, ita ait: *Illis quoque, qui ut præfertur contulerint, ac etiam alijs, qui inter dictum triennium, &c. alias pias eleemosynas fecerint, pariter concedimus.* Unde dictio illa: *Alias pias eleemosynas*: refertur; & intelligi debet de illis, qui alias eleemosynas extra jam datas pro sumptione Bullæ præstiterint; prædictus namque Pater truncat verba, & scribit, *ac alijs etiam qui pias eleemosynas fecerint*, absque dictione, *alia*, quæ est relativa, & repetens similia, ex Barb. *dict.* 26. *à num.* 1. denotatque diversitatem ab expressis, ex eod. Barb. *n.* 15. *&* 16. vide Nog. *de Bull. disp.* 11. *sect.* 2. *n.* 14. *vers. tertia.*

126 Nota tamen, prædictũ P. Sylvam firmare, Commissarium posse Bullâ carentibus hanc præbêre licentiam, cùm tamen *eod. tr.* 3. *art.* 3. *à n.* 3. *pag.* 229. defendat, Commissarium absque Bulla non posse aliquid operari. Ergò si absque Bulla nullam Cõmissarius jurisdictionem habet, quomodo ijs, qui Bullâ carent, licentias, & facultates elargiri potest? Fateor, me non comprehendere has implicãtias, quia modò conceditur Commissario ampliſſima facultas extra terminos Bullæ, modò verò illius potestas restringitur. Cur enim tam variè?

127 Quanvis enim hoc ex Bullę verbis non constaret, sufficit declaratio à Leon. X. facta in Bulla à nobis trascripta *in princ. num.* 5. ubi expresse Pontifex loquitur de Bulla Cruciatæ, distinctéque, ac per verba expressa ait, Executores ejusdem Cruciatę posse Oratoria, & Altare portatile concedere, duratura pro vitâ illius, cui concessa fuerit, talis facultas. Ergò cùm hoc, absq; hæsitatione contineatur in prædicta Bullâ, & in illius declaratione, sequentesque Bullæ sint in illius confirmationem; benè sequitur in prædictis verbis Cruciatæ, contineri facultatem præstitam Commissario ad Oratoria erigenda.

128 P. Nog. contrariæ opinionis sectator, ut nostram resolutionem confutet, illius fundamenta infirmare, & solvere volens. Ad primum respondet, privilegium Bullæ multa circa Oratoria operari, inde etsi circa eorum erectionem nil operetur, non proinde vacuitatem pati.

129 Refellitur facilè hæc responsio; etenim ex eo, quòd Bullæ privilegium aliqua operetur, non bene deducitur, quòd suspendatur ad alia, & non operetur plura, præcipuè cùm in privilegijs quælibet clausula (ut ostendimus suprà) immò quælibet syllaba suum debeat sortiri effectum,

130 Ad illud verò, quod opponit, videlicèt, quòd Commissarius vertit in summario verba Bullæ, quæ sunt futuri tempo-

ris

tis in tempus præteritum, reſpondemus id non obſiſtere, quia, ut ipſe docet, ſat eſt, quòd in declaratione, & interpretatione privilegiorum ſervetur verborum proprietas, quam non adulterat talis verſio. Addimus; Patrem Nog hîc *num.* 48. hujuſmodi verſioni aſſentiri, ſiquidem illam non reprobat, & ipſum pluribus in locis à nobis citatis *in 1. quæſt.* docêre, Cõmiſſarium non poſſe mutare verba Bullæ Latinæ. Ex quibus elucet ejus incohærentia; nam ſi Commiſſarius verba Bullæ Latinæ mutare nequit, quomodò admittit prædictam verſionem, in quâ, ſaltem quoad tempus, Latina verba mutantur? Eò vel maximè, cùm ipſemet fateatur verba futuri temporis aliquid ampliùs in favorem noſtræ ſententiæ operari, ſicut tenet Paſqualig. *de ſacrif. nov. leg. tom.* 1. *tract.* 1. *q.* 638. *n.* 1. ibi: *Ubi notandum eſt, quòd non dicit deſignato, & viſitato, ſed deſignando, & viſitando; quæ verba important actum de futuro, & proinde ordinatum ad celebrationem, quæ ibi conceditur. Si enim vellet Pontifex, quòd ſuppoſitâ exiſtẽtiâ Oratorij privati approbati, poſſet in ipſo celebrari, dixiſſet in Oratorio aliàs deſignato, & viſitato, nõ autem deſignando; & confirmatur, quia Oratorij deſignatio, & approbatio eſt acceſſoria facultati celebrandi. Si ergò Pontifex concedit in Bulla facultatem celebrandi in privato Oratorio, concedet etiam acceſſorium, nempè deputationem Oratorij.* Igitur ut incohærens, non eſt in ſuâ reſpõſione audiendus dictus P. Nog. cum Moya, quem ſequitur.

131 Refellitur ſecunda reſponſio, & aſſerta ſolutio, de qua idem P. Nog. *num.* 48. dum firmat, non poſſe Commiſſarium declarare, quæ in Bulla reperiũtur, quando circa eà datur Summi Pontificis declaratio, quia ad concedentem primo in loco pertinet privilegij declaratio, & interpretatio, quâ datâ, ceſſant aliæ declarationes. Reſpondeo retorquendo argumentum; ergò quia ex Bullâ Leon. X. à nobis tranſcriptâ conſtat, Pontificem Cruciatam à ſe conceſſam declaraſſe; ex ejuſdem Patris doctrina ceſſant aliæ inſimul cũ ſua, DD. declarationes.

132 Dum verò prædictus P. fundatur in declarationibus Pauli V. Urbani VIII. & Cardinalium, jam abundè diximus, in illis non comprehendi privilegia Cruciatæ; quod fortiùs procedit, cùm prædictus P. fateatur fuiſſe prolatas contra privilegia Epiſcoporum, qua de cauſa ſupponit illis fuiſſe intimatas, de quo tamen dubitat. Simili etiam modo reſpondeo ad tertiam ſolutionem, de qua dictus P. *n.* 49. ubi expreſsè fatetur prædictas prohibitiones ad Epiſcopos, non verò ad Cruciatam, factas fuiſſe.

133 Addo, quòd poſt præ-

Digitized by Google

dictas revocationes, multi sunt casus, in quibus Episcopi licentias ad Oratoria erigenda præstare possunt absque Pontificis facultate, quos recẽset Jul. Capon. *dissert.* 183. *à num.* 59. inter quos enumeratur personale privilegium.

134 Videant Illustrissimi D. Archiepiscopi, & Episcopi, an personale privilegium, quo gaudent, ut in privatis Oratorijs celebrare possint, vel ad sui præsentiam facere celebrare, præstet illis locum, ut licitè valeant studiosè cursare Illustrium domos, ut illarum Dominæ cum suis familijs Missam audiant, etiam in diebus in Bulla prohibitis, talitèr, ut ipsis præsentibus in unâ domo Sacerdos adeat Altare, & Missam incipiat, & post inceptam Missam illicò ad aliam, & alias domos pergant, ut simili modo in illis celebretur, ut in hac Lixbonensi Civitate contigit, & visum fuit in die Natalis Dom. anno 1694. Ipsi videant, iterùm moneo, ipsi considerent, ipsi judicent; nostri quippe solùm est de Bullâ sermonem texere, & illius privilegia, ac facultates propalâre.

135 Ad quartam solutionem, de quâ idem P. Nog. *n.* 50. cùm asserit Bullam Pauli V. non expirasse per novam Bullæ cõcessionem à Gregor. XV. ejusdem Pauli V. successore; respondeo, retorquendo etiam argumentum: ergò etiam Bulla Leon. X. à nobis transcripta non expiravit per Bullas à successoribus concessas. Dum verò prædictus P. ait, in Bullâ nunquam concessam fuisse facultatem approbandi Oratoria; concedo, quia aliud est facultas approbandi Oratoria, quæ solùm Ordinarijs competit de jure (ut in sequenti quæstione apparebit) quæ à Pontifice in Bullâ non conceditur; immò verò ipsa Bulla Cruciatæ declarat, quòd Oratoria sint ab Ordinario approbanda. Aliud verò est facultas erigendi Oratoria, quæ est ex merâ gratiâ, ablataq; fuit Episcopis, & declaratum, eis de jure non competere, quia reservata est Pontifici, vel cui ille concesserit; hæc namque est, quæ à Pontifice concessa invenitur in Bullâ, ut latè demonstravimus: ergò nihil facit prædicti Patris assertio.

136 Dum autem prædictus P. asserit, non expirasse decretũ Pauli V. per Bullam declarantem Jubilæum anni Sancti, non comprehendere Cruciatam, nostram confirmat sententiam, quatenùs defendimus non expirasse Bullam Leon. X. Ad illa verò, quæ dict. P. firmat, decretum Pauli V. non fuisse in ordine tantùm ad Bullam Cruciatæ, sed absolutè in eo sibi Pontificem reservasse concessionem privati Oratorij, auferendo potestatem, quam antea Episcopi, & Nuntij habebãt. Nostræ in omnibus favet sentẽtiæ, quia non concedimus Commissa-

missarium hanc ex jure proprio habere facultatem, sed ex Pontificiâ largitione in Bullâ Cruciatæ contentâ,& specificè declaratâ per Leon. X. Bullam, de quâ suprà: ergò nil contra nos.

137 Eodem etiam modo respõdetur ad quintam ejusdem P. rationem, de quâ *num.* 51. Sexta verò, de quâ *num.* 52. pro nostra totalitèr facit sententiâ, ideoque illam trãscribimus per formalia verba; ait enim: *Ad quintum* num. 29. *respondeo, Summum Pontificem Paulum V. non derogasse Bullæ privilegijs, quia ut antea erant concessa, in eodem statu relinquit: unde non erat necessaria expressa mentio de revocatione facta, quia revocatio data non fuit circa Bullam.* Ergò si prædicta revocatio non fuit circa Bullam, & relinquit privilegia ejus in eodem statu, quo anteà erant; quo jure, quave causa in hac Pauli V. declaratione fundatur contrariam tenens sententiam idem P. Nog. in locis à nobis citatis? Quare potiùs pro nostrâ sententiâ, quàm pro contraria hæc P. Nog. attestatio adduci potest.

138 Ad rationem præstitam à dict. P. *cod. n. fine*, videlicet nunquam concessam fuisse facultatem in Bulla ad erigenda Oratoria; respondeo contrarium constare ex dictis in tota hac quæstione. Et non bene arguit, & damnat prædictus P. cõsilium, & resolutionem nostræ inclytæ Conimbricensis Academiæ nostram sententiam multis cum fundamentis probantis, ut clarescit ex relatione factâ à D. Antonio Mascarenhas anno 1626. ad S. P. Urban. VIII. *fol.* 40. *vers.*

Doctores, qui nostram tuentur sententiam.

139 Nostram sententiam mordicùs defendunt Sotus *in* 4. *dist.* 13. *q.* 2. *art.* 3. *vers. Iam verò*, ibi: *Jam verò modò per Pontificũ diplomata ratione Cruciatæ quibusvis concessum est, ut intra lares proprios Missas facere possint celebrari.* Castro Palao *tom.* 4. *tract.* 25. *de Bullâ disp. unic. punct.* 6. *n.* 2 & 3. Henriq. ab eod. Pal. citat. Joan. de Salas *in explicat. Bullæ Cruciatæ p.* 19. Fr. Ludov. à Cruce *de Bullâ disp.* 1. *c.* 5. *n.* 5. ibi: *Quòd si contingat locum esse decentem, & idoneum ad arbitrium boni viri, & Ordinarius nolit illum approbare, nec facultatem præbêre ad celebrandum in illo, potest certè compelli ad concedendam facultatem, quia non potest defraudare, & privare subditum privilegio à Põtifice sibi concesso de habendo domi Oratorium; privaret autem*

non

non concedendo licentiam, immò qui vellet hujuſmodi lites vitare, probabile ſatis videtur, quòd licitè poſſet *tunc uti prædicto Oratorio, & in eo celebrare per ſe, vel per alium, abſq; facultate Ordinarij; quia ſuppoſitâ decentiâ, & idoneitate loci ad arbitrium prudentis viri, certè licentiâ juſtè petitâ, & injuſtè tunc ab Ordinario negatâ, ipſo jure intelligitur conceſsa à Pontifice, ut in ſimili diximus ſuprà* cap. 2. & 3. *juxta communem* DD. *reſolutionem.*

Hieron. Garcia *in ſumma tract.* 3 *diffic.* 8. *dub.* 9. *punct.* 3. ibi:

Los Authores deſta opinion ſon muy graves, y Ludovicus à Cruce demás de ſer muy docto, fué Penitenciario del Romano Pontifice, y aſsi nó ſe puede negar, ſinó que eſta opinion es probable.

Et *num.* 26. ibi:

Eſta miſma opinion tienen muchos Padres de la Compañia, con quien yo lo hé comunicado; y aſsi nó ſe puede negar, ſinó que eſta opinion es probable.

Thomas Hurtado *tom.* 2. *reſol. mor. tract.* 12. *cap.* 1. *in digreſſione de Bullâ Cruciatâ num.* 1236. *ubi, & in ſeqq.* ſatis reſpondet fundamentis ſententiæ contrariæ, tam quoad declarationem Pauli V. quàm Urbani VIII. & tandem *n.* 1242. ſic ait:

Fateor hanc ſententiam valde probabilem eſſe, & tutam in praxi.

Pater Henao *de ſacrif. Miſſæ diſp.* 23. *à num.* 143. & *diſp* 30. *à num.* 205. & *in tom. de ſcientia media fol.* 463. Hieron. Llamas *de ſacrif. Miſſæ diſp.* 23. *à num.* 143. & *diſp.* 30. *à num.* 205. Paſqualig. *de ſacrif. nov. leg. tom.* 1. *tr.* 1. *de Orator. q.* 638. *num.* 1. *qui n.* 4. ita ait: *Quia tamen per citata verba Bullæ videntur talem facultatem concedere, ideo exiſtimo, quòd talis facultas ante decretũ, & declarationem, de quibus infrà, potuerit à Commiſſario Generali Bullæ Cruciatæ concedi cum defectu tamen perſonarum, ut ſolet modò à Sede Apoſtolicâ concedi juxta inſtructionem cõmunicatam.*

Quod ſatis declarant illa verba Bullæ; ac qui facultatem ad id à Commiſſario habuerint: *verba enim illa* Ad id: *referuntur* ad celebrare, ſeu facere celebrare Miſſas, & alia Divina Officia, & conſonant id, quod ſonant. *Alph. Peres* lib. 3. grat. fol. 19. *Trullech.* in

in Bullà lib.2. §.5. num.7. *Mend.* in eadem Bulla disp.37. cap.15. num. 106.

Quòd scilicèt Commissarius Generalis Bullæ Cruciatæ facultatem habeat concedendi Oratoria privata in ordine ad celebrationem Missæ, quod pluribus comprob. Mend. citato c.15.

140 Quanvis *n. seqq. & q.* 668. contrariam teneat sententiam fundatus in prohibitionibus, de quibus nos suprà.

141 Ad aliam verò prohibitionem ab eodem adductam dic 14. Novembr. 1648. respõdeo, loqui de alio territorio, ut ex verbis patet, ibi: *in dicta Diœcesi*, unde loquitur de casu particulari, & non comprehendit nostram Bullam, & ex ea ratione, de quâ Sylva *de Bullâ disp.*3. *art.* 5. *num.*16. *&* 17. *& art.*2. *n.* 25.

142 Favent etiam nostræ resolutioni Martin. de Ledesma, & Vivald. relati à Moya *tract.* 2. *de Relig. disp.*3. §.1. *num.*4. Lezan. *in summa, verbo Orator n.* 5. Quint.Duen. *tom.*1. *tract.* 7. *singul.* 33. quanvis ex vi decreti Pauli V. contrarium teneat, nostram tamen non improbat sententiam: eam fortiter defendit P. Ludovic. de Egea, è Falajerõ, *in suo tract. edito anno* 1677. *Justificacion de la facultad del Señor Comissario General de la Cruzada para conceder Oratorios privados num.*7. *propè fin. & n.*11. ibi:

Del referido contexto se manifiesta claramente, que estas gracias de gozar de los Oratorios privados, estan concedidas a quatro generos de personas, es a saber, a los que se alistaren contra los inimigos de la Fé; a los que embiaren otros en su lugar; a los que contribuyeren liberalmente para esta empreza; y a los que obtuvieren facultad del Señor Comissario General para lo sobredicho, igualandose todos en el beneficio, y gracia deste uso; y assi lo han entendido muy doctos, y graves Authores.

143 Idemque tenet *num.*15. Lara *de tribus gratijs fol.* 59. ibi:

El Comissario General tiene facultad de dar licencias para dezir Missa en Oratorio particular, siendo primero visitado por el Ordinario, y en Altar portatil.

144 At verò Fr. Barnabas Gallego de Verâ *in explicat. Bull.* quantumvis *cap.* 14 *pag.*20. *vers. Peró*; contrariam teneat sententiam, attamen *cap.* 18. *claus.*14. *dub.*187. *pag.*198. *vers.* ubi refert faculates Commissarij vers. *Iten que podemos dar licencias*, nostram

tenet

tenet ſententiam, & fortiùs *pag.* 199. *verſ.* Doctoresque pro contraria confutat in hunc modum, & quia illius verba ſunt notãda, omnia hîc duximus ãſcribenda:

Adviertaſe, que todas eſtas dichas facultades, que publican tener los Señores Comiſſarios Generales Apóſtolicos de la Santa Cruzada, ſe han de tener por coſa cierta, y indubitable, porque las publican en virtud de Breves, y Bulas Apoſtolicas.

Empero, porque Antonio Diana en la parte nona (que es la ultima que haſta aora tenemos de las obras) impreſſa en Leon el año 1650. *en el Tratado* 1. *que es de los Oratorios particulares, en la reſolucion* 24. *afirma, ſin raſtro de fundamento alguno, que los Señores Comiſſarios Generales de la S. Cruzada, no puedan dar licẽcia para q̃ ſe diga Miſſa en Oratorios particulares, viſitados primero por el Ordinario (que es una de las facultades que hemos referido que tienen) es fuerça probar, que Diana ſe engañó.*

Dize pues Diana, que eſta faculdad nó ſolo nó la tienen los Señores Comiſſarios, ſinó que nunca la han tenido, y con lo que ſe convence para afirmar eſta novedad (novedad digo yo) es, porque (dize) en Eſpaña nó ſe platica pedir tales licencias a los Señores Comiſſarios Generales, ſinó que las piden los Eſpañoles al Sũmo Pontifice, ó Señores Nuncios: las palabras de Diana ſon las ſiguientes: Sed ego puto hanc facultatem nũquam extaſſe, quia non video illam in Hiſpania practicatam, & Hiſpani ſemper hanc facultatem petunt à Pontifice, vel à Nuntio.

Digo pues, que eſte fundamiento es falſo, porque lo que ſe platica en Eſpaña, es pedir licẽcia a los Señores Comiſſarios para poder dezir Miſſa en los Oratorios privados, y particulares, y Sus Iluſtriſsimas las conceden a las perſonas que les parece convenir el concederſelas: aſsi me lo ha afirmado, y teſtificado el Iluſtriſsimo Señor Doctor Don Pedro Pacheco, del Conſejo de Su Mageſtad (que es Comiſſario General de la Santa Cruzada eſte preſente año) que las ha cõcedido, y los Secretarios del Tribunal de la Santa Cruzada teſtifican haver dado deſpachos para

para las tales licencias, y tambien Iuan de Talavera, que fue Secretario más de cinquenta años, a quien traté, y comuniqué mucho en esta Corte, despachó muchas de las tales licencias; y tambien el Secretario Don Alonso de Labanes, que oy vive, las ha despachado; pues si los mismos Comissarios Generales, que conceden las tales licencias; y los Secretarios que las despachan, afirman, y testifican, que lo dicho se platica en España; como puede negar esta platica, y uso tan recebido Antonio Diana, escriviendo en Roma, ó en Palerma, partes tan distantes de España? Y assi en esta parte dixo muy bien Andre Mendo, que quien dixesse lo contrario, negando la dicha facultad a los Señores Comissarios Generales, hablaria con temeridad, y sin fundamiento. Assi lo afirma en la explicacion desta Bula de la Santa Cruzada en la disput. 37. en el cap. 15. num. 106. *cuyas palabras son las siguientes:* Temere enim, & absq; fundamento judicaretur oppositum, & in re gravissima fides negaretur tanto viro. *Vá hablando del Señor Comissario General, que publica entre sus facultades la sobredicha, y es de advertir que quando escrivió esto Andre Mendo, aun no havia llegado a España este toma nono de Diana, y assi lo refiere Mendo, entre otros Autores, que nó quitaron, ni negaron en sus escritos la dicha facultad a los Señores Comissarios Generales. Emperó (como he dicho) en el tomo, ó parte nona se la negó Diana, como hemos vista. Supuesto pues, que el fundamento deste Author, es tan flaco, ilesa, y entera queda la facultad, que siempre han tenido, y tienen los Señores Comissarios Generales, de poder dar la sobredicha licencia.*

Y para que nó se nos quede cosa alguna de las que dixo Diana para probar su singular parecer, es de advertir, que alega Garcias en la summa tract. 1. diffic. 8. punct. 2. n. 15. *en quanto afirma, q̃ le dixo una persona muy grave, que el Papa havia quitado a su Nuncio, que lo era en España el año de* 1644. *que pudiesse dar licencia para dezir Missa en Oratorios particulares. Quiziera yo que me dixera Antonio Diana, que impor-*

importa para el caſo preſente lo que eſcrive Garcias, que le dixeron, que muy bien puede ſer, que el Papa al Señor Nũcio quitaſſe la dicha facultad en aquel tiempo; emperó nó ſe ſigue daqui, que ſe la huvieſſe quitado a los Comiſſarios Generales: y lo miſmo digo a lo que trae Diana referindo a Quint. Duen. que deſpues de la Bula de Paulo V. nó pueden los Señores Obiſpos dar licencia para dezir Miſſa en Oratorios particulares, ni los Comiſſarios de la Cruzada; a los quales reſpondo facilmente, que por ſe haver quitado las tales licencias a los Señores Obiſpos, ó haver declarado, que nunca las tuvieron, nó ſe ſigue de aqui, que ſe la ayan quitado a los Señores Comiſſarios, con quien nó habló Paulo V. en ſu Bula, que muchas facultades tienen los tales Comiſſarios, de que no gozan los Señores Obiſpos. Nó nos detengamos más en ſatisfazer a tan flacos, y frivolos fundamientos, como trae Anton. Diana para materia tan grave, como es querer deſpojar de tan antigua poſſeſsion, que en eſta parte tienen los Señores Comiſſarios, la qual executan, y platican nó ſolo en Eſpaña, ſinó tambien en las Indias.

Eſta nueſtra reſolucion, conviene a ſaber, que es cierta, y indubitable la dicha facultad, tienen comũmente los Autores que eſcriven ſobre la Bula de la Sãta Cruzada, y han tocado eſte punto (que nó todos lo han tocado, porque nó lo ſuponian). Eſtes pues ſon Alonſo Peres de Lara en el Compendio de las tres gracias fol. 59. Ægid. Trullench de Bull. lib. 2. §. 5. dub. 3. Andr. Mend. en el lugar citado; Iuan Valero Monge Cartuxo en las diferẽcias de ambos los fueros, en la palabra Miſſa, en la differ. 2. adonde dize, que por eſpecial comiſsion del Sũmo Pontifice tienen facultad los Señores Comiſſarios Generales de la Santa Cruzada para conceder las ſobredichas licencias; y aora noviſsimamente, el año de 1651. el muy docto Thomas Hurtado, Clerigo Regular menor, en el tomo 2. de los tratados varios de reſolutiones morales. tract. 2. cap. 1. §. 4. lo ſupone como coſa cierta, y refiere tambien Trullench, y Alonſo Peres en el lugar, que havemos referido; y eſta doctrina de-

ven

ven enſe ar todos los que ſobre eſte punto eſcrivieron, pues publican los Señores Comiſſarios tener la ſobredicha facultad entre otras muchas por virtud de Breves, y Bulas Apoſtolicas.

145 Et quanvis Moya in 1. edit. contrarium defẽdat, tamen in 2. edit. obmuteſcit, ut ex illo videri poteſt *tract. 2. diſp. 3. n. 16. prope fin.* ibi:

Quòd cùm hactenus inconcuſſum permaneat, ut conſtat ex noviſſima ipſiusmet Illuſtriſſimi Comiſſarij aſſertione, quæ ex opuſculo Domini D. Ludovic. de Ægea nobis nuper innotuit: cùm, inquam, res ita ſe habeat, nil jam contra opinionem ipſi favẽtem convincens occurrit.

Tamburin. *de Bull. cap. 5. §. 5. n. 2. & 5.* tenet etiam Mend. *de Bull. diſp. 37. cap. 15. num. 106. cum ſeqq.* & in ſtat. benign. opin. *diſſert. 14. q. 12.* ubi alios refert, qui in tract. append. & miſcell. *diſp. 5. cap. 12.* fortiora affert fũdamenta, & quanvis pro contraria afferat derogationes, de quibus nos ſuprà, attamen non auſus eſt à primâ diſcedere ſententiâ; ad plurimum tamen quandam aſſignat, & ponit compoſitionem in verbis, ibi:

Unde rectè componitur & Cõmiſſarios Generales Cruciatæ prudentèr fuiſſe operatos, dum facultatem ad concedenda Oratoria promulgabant, eaque concedebant, & nunc prudentèr fore operaturos, ſi non promulgent, neque concedant.

Vide Herman. Buſembaũ *Medul. Theolog. tract. de Bull. dub. 2. n. 8.* ſive (quicumque ille ſit) ejus additionatorem, ibi:

Si puede el Comiſſario General dar licencia para erigir Oratorios en las caſas, y que ſe celebre Miſſa en ellas? Reſp. Que puede, ſiendo primero viſitado por el Ordinario, el Oratorio; porque aſſi lo afirma el miſmo Comiſſario en las facultades ſuyas, que manda publicar: y como advierte Alonſo de Lara, haze fé ſu aſſercion, y ſe le deve dar credito:

146 Lege etiam Fr. Didac. Ramos *de Bull. cap. 6. n. 1. verſ. Si entre Doctores, pag. 51.* qui ita ait:

Si entre Doctores tan graves puedo yó hablar, digo, q̃ los Doctores de la ſegunda ſentencia no dirán, ſegun mi entender, que qualquiera perſona vulgar, que

toma la Bula, puede proximamente tener, en virtud de ella, Oratorio. Porque en casas vulgares, y de oficiales mecánicos, nó se celebra decentemente el sacrificio santo de la Missa: y esta decencia se ha de suponer para el uso del Oratorio; y por esso quiçá la Bula pidió la aprobacion del Ordinario; el qual nó solo deve atender a la decencia, y ornato material del Oratorio, sinó tambien, y muy principalmente a la decencia de la casa, que proviene de la Nobleza; a la qual atienden los Sumos Pontifices, quando conceden privilegios especiales de Oratorios privados, y nó se hallará uno cõcedido a personas vulgares, y menos a personas viles por si mismos, ó por sus oficios. El Sacramẽto de la Eucharistia está siẽpre decentemente reservado en el Palacio del Rey de España; y nó lo estaria en casa de un hombre particular, aunque la Capilla para esse intento fuesse de diamantes; y añadida esta moderacion a la segunda sentencia, (la qual moderacion ella se tiene a mi parecer) queda deshecho el segundo argumento de la primera sentẽcia. Y al primero se puede respõder, negando el antecedente; porque como consta de los fundamẽtos de la segunda sentencia, la Bula concede privilegio de Oratorio privado para tiempo de entredicho; y mejor para el tiempo que no ay entredicho. Y lo confirmo con las palabras de la Bula Latina: In privato Oratorio ab Ordinario visitando, & asignando: las quales palabras son de tiempo futuro, como es claro: luego no se adaptan bien por los Doctores de la primera sentencia al Oratorio en tiempo passado, erigido, y aprobado por el Ordinario en virtud de otro privilegio: sinó al Oratorio, que en virtud de la Bula se ha de erigir de nuevo, y que lo ha de aprobar, y visitar el Ordinario. Y no han reparado los Doctores de la segunda sentẽcia en dichas palabras; y parece que son bien del intento. A lo que dezia la sentencia contraria, que el Papa con grande dificultad cõcede privilegio de Oratorio privado, que nó es verisimil, que por la Bula lo conceda; se puede respõder, que los dichos privilegios suelen pedirse perpetuos; y el de la Bula nó dura más que la misma Bula, q̃ es un año natu-

natural, ó Ecleſiaſtico. Y el poderſe repetir el tomar la Bula, es accidental; porque puede nó cõcederſe de nuevo, y eſpirará con ella el privilegio del Oratorio, que ella concede. Y añado, que eſtando el dicho privilegio claramente concedido en la Bula, ſegun pretenden los Doctores de la ſegunda ſentencia, no ay que recorrer a conjecturas acerca de la intencion del Pontifice; quia in claris non eſt opus conjecturis.

Añado, que en España he viſto licencias concedidas por el Comiſſario General de la Cruzada, y en las Indias Occidentales hê oído a fidedignos, que las ay por los Comiſsarios de los partidos de la miſma Cruzada, a algunas perſonas, que tenian la Bula de la Cruzada, para tener Oratorio privado en ſus caſas. Y eſtas licencias parece cierto, que ſe fundaron en el derecho, que la Bula concede para tener Oratorio privado. Y el haver ſacado dichas licencias, fué porque los Ordinarios ſin ellas, no quiſieron por la Bula aprobarles los Oratorios. Deſuerte, que nó las pidieron como neceſſarias ſimpliciter, ſinó como medios, para que los Ordinarios les aprobaran los Oratorios en virtud de la Bula, pues, aun ſupueſtas dichas licencias, ſe haze en virtud del privilegio de la Bula, la aprobacion del Oratorio por el Ordinario: ſi yá nó fuere, que el Comiſſario General de la Cruzada tenga facultad eſpecial para conceder Oratorios, fuera del que tienen por la Bula, los que la toman, de lo qual ſe tratará deſpues en las facultades del dicho Comiſſario. Y perdone el letor, ſe hé excedido en eſta concluſion los limites de compendio, que la materia es graviſſima, y yó la remito al juizio de los doctos.

Acerca de las licencias para el Oratorio privado, que concede el Comiſſario de la Cruzada, me olvidava de advertir: lo primero, que no quitan la aprobacion, que del Oratorio ha de hazer el Ordinario; antes las miſmas licencias lo piden. Lo ſegundo, que no duran más, ſegun todo mi entender, que dura la miſma Bula; porque durante la Bula, explican las miſmas licencias, que valen. De donde ſe ſigue, que acabada una, ſi la licencia del Comiſſario es ſimpliciter neceſſaria para tener Oratorio por la

Bula, ſe avria de ſacar otra licencia para el tiempo de la otra Bula, y aſſi de las demás. Y nó hé viſto que obſerven eſto los que ſacaron del Comiſsario la licencia para Oratorio privado, ſinó que con una licencia proſiguen en el tiempo de muchas Bulas. Emperó llevando, que la Bula de la Cruzada concede el Oratorio privado al que la tomó; ni la primera licencia del Comiſsario es neceſsaria: y aſſi con una licẽcia ſacada propter formam, ó para que los Ordinarios aprueben los Oratorios, que ſin ella nó quieren aprobar; ſe podrá proſeguir, tomando de nuevo las Bulas de la Cruzada, que ſe van publicando. Y note-ſe eſto, que no hablan palabra deſto los Authores que yo he viſto: como ni tan poco de la queſtion ſiguiente: Utrùm, ſi la aprobacion que el Ordinario hizo de algun Oratorio, en virtud de la Bula de la Cruzada, eſpira, ó nó eſpira quando ſe acaba la Bula? digo el año della: y ſi deſpues que tomó la Bula nueva, ſerá neceſſario, que en virtud de ella, ſe haga por el Ordinario nueva aprobacion del Oratorio? ó a lo menos, ſi podrá el Ordinario aprobar el Oratorio con limitacion, de que la aprobacion fenezca quando ſe acabare el año de la Bula, en virtud de la qual aprueba el Oratorio? Pienſelo el docto, y vea-ſe en eſte cap. n. 26. *Lo que dezia Luis de la Cruz, que ſi el Ordinario no quiſiere aprobar el Oratorio por virtud de la Bula, ſe podrá en adelante dezir Miſſa en èl; me deſcõtenta del todo; porque el Papa en la Bula pide dicha aprobacion, como condicion, ó diſpoſicion neceſſaria, para que en el Oratorio ſe pueda licitamente dezir Miſſa. Y la ſegunda opinion referida arriba no es contra los Señores Obiſpos. Porque aſſentado, como cierto, que oy no pueden cõceder Oratorios privados; ſegun que como tal lo enſeña Diana* p. 9. tract. 1. reſol. 42. *ſinó que el concederlos eſtá totalmente reſervado al Papa, por un Breve que alli cita de Urbano VIII. nó les eſtá mal el poder hazerlo, por la ſegunda opinion, algunas vezes, ſi es que la tal opinion la juzgaren por probable. Vea-ſe el miſmo Diana* reſol. 24. *donde afirma, que el Comiſſario de la Cruzada nunca ha tenido facultad para conceder licencias*

cencias de Oratorios privados: y añade, que nunca tales licencias ha concedido; y en esto se engaña, como lo dize contra Diana, Gallego cap. 14. clausul. 14. dud. 182. fol. 199. *donde dá por assentado, y cierto, que tiene el Comissario la facultad para conceder Oratorios. Y yo hé visto acá, y en otras partes muchas licencias, como arriba dixe. Vease Valerio Cartuxano citado alli por Diana; el qual afirma, que las licencias de celebrar en privados Oratorios, las concede el Comissario de la Cruzada, por especial comision del Papa. Emperó yó entiendo, que la tal comision es solo para los que toman la Bula de la Cruzada, y por orden a ella. Porque para los que nó la toman, nunca he visto concedidas licencias: emperó desso se tratará otra vez entre las facultades del Comissario. Vea-se tambien en Diana* suprà resol. 5. *en el fin, una declaracion de la sagrada Congregacion del Concilio de* 14. *de Noviembre de* 1648. *en que se establece, ó declara, que el privilegio de la Bula de la Cruzada, nó sufraga para los Oratorios privados, y Altares, y celebracion de Missas. Emperó esta declaracion no se propone autentica, ni se dize en ella, que se hiziera consultado el Sũmo Pontifice, y ambas cosas son necessarias para que haga ley. A más, que segun otra dotrina, que antes trae alli Diana, por la nueva publicacion de la Bula, en que se derogan todas las cosas contrarias a su expedicion: parece quedó derogada, caso que tuviera fuerça: y noto, que esta declaracion habla con el Comissario.*

Quanvis contrarium *in eod. tom. advertent.* 1. ductus testimonio Moyæ, cui jam abundè respondimus, teneat.

147 P. Mend. consilium amplectimur, nè tales facultates concedamus. Hanc enim quæstionem solummodò ventilavimus disputationis gratiâ, ad dilucidandam Commissarij jurisdictionem, non ut exerceatur, sed ut verificetur, quod Illustrissimi Conimbricenses Academici cõsuluerunt Illustrissimo Commissario D. Antonio Mascarenhas, & legitur in relatione ab eodem factâ ad S. P. Urban. VIII. anno 1625. de qua meminit P. Nog. *disp.* 12. *sect.* 3. *num.* 21. eos improbando, & habetur in dicta relatione *à fol.* 40. *vers.* Academiæ resolutioni adhæremus, & adhærebimus, nisi aliter statua-

Digitized by Google

tur à Sede Apoſtolicâ, cujus diſpoſitionibus ſemper obedientes erimus in omnibus, & per omnia; ac ſimilitèr ſapientum judicio, quorum cenſuræ ſubjicimur.

148 Advertimus tamen, DD. qui contrariam tuentur ſententiam, non meminiſſe Bullæ Leonis X. à nobis in principio tranſcriptæ pag. 131. ad noſtrum Portugalliæ Regnum ſpecialitèr pro hac materia expeditæ.

Approbatio RR. PP. S. Theologiæ MM. ex Societate Ieſu.

NOs infra ſcripti Societatis Jesu Theologiæ quondam profeſſores perattentè vidimus quæſtionem ab Illuſtriſſimo D. Laurētio Pires Carvalho, Sereniſſimo Regi à Conſilijs, ſacrâque Cortinâ, & Sanctæ Cruciatæ Generali Commiſſario excitatam, in quâ ſolidis admodum fundamentis deciditur Illuſtriſſimis Bullæ Cruciatæ Luſitanæ Commiſſarijs, ex Apoſtolico privilegio licêre eandem Bullam habentibus facultatem concedere ad privata Oratoria erigenda, ab Ordinario approbanda, & pro habentium vitâ duratura: atque ejuſmodi deciſionem (præſertim cum moderamine ad illius calcem adhibito, & dum Sedes Apoſtolica contrarium non ſtatuerit) valdè probabilem judicamus. Ulyſſipone 23. Auguſti 1695. Sub Cenſura,

Alphonſus da Sylveira. Franciſcus à Cruce.
Andreas Vas. Joaõ de Almeyda. Domingos Leytaõ.

Approbatio RR. PP. in S. Theologia MM. Ordinis Prædicatorũ.

NOs ſubſcripti Ordinis Prædicatorum Magiſtri Theologi quæſtionem ab Illuſtriſſimo Domino Laurētio Pires Carvalho, Regis à Conſilijs, & Cortina, Generalique Cruciatæ Commiſſario propoſitam, diſcuſſam, eruditiſſiméque rèſolutam conſideratè legimus; cujus reſolutionem, ut fundatam in Bulla non revocata Leonis X. in conceſſione ipſiusmet Cruciatæ, alijs rationibus, authoritateque DD. ſtabilitam, valdè, & certò probabilem exiſtimamus: ſed laudamus Illuſtriſſimum, & doctiſſimum Dominum Commiſſarium, amplectentem conſilium P. Mendo, ne talis opinio reducatur ad praxim inconſulta Sede Apoſtolica. In Conventu S. Dominici Ulyſſiponenſi die 13. Septembris 1695.

Fr. Dominicus ab Incarnatione Magiſt. *Fr. Antonius Pacheco Magiſt. & Regens.*
Fr. Emmanuel ab Incarnatione Magiſt. *Fr. Manoel de Sãto Agoſtinho Meſtre.*
Fr. Emmanuel Leytaõ.

Appro-

Digitized by Google

Approbatio RR. PP. in Sacra Theologia MM. ex Congregatione Oratorij.

NOs inferiùs ſcribendi Congregationis Oratorij Theologi attenta mentis acie, omnique ſepoſita affectione, perſpeximus ſuperiorem controverſiam ab Illuſtriſſimo, juxta & eruditiſſimo Domino Laurentio Pires Carvalho, Sereniſſimo Regi à Conſilijs, & Cottina, ac Sanctæ Cruciatæ Commiſſario Apoſtolico Generali, egregiè pertractatam, ejusque ſententiam impensè probabilem, immò & oppoſitâ longè probabiliorem exiſtimamus. Quia tamen res, de qua controvertitur, graviſſima exiſtit, & nihiloſecius adhuc ſub judice lis eſt, prudens ipſius Domini conſilium eam ad praxim non reducendi ante litis diremptionem ab Apoſtolica Sede expectandam, ſummoperè collaudamus. Denique Illuſtriſſimum ipſum reverenter hortamur, ut ſimiles frequenter provincias in communem Regni hujuſce, totiusque literariæ reipublicæ utilitatem ſuſcipiat. Ulyſſipone, in hac Congregationis Domo, 8. die Octobris 1695.

Franciſcus Pedroſo, Sacr. Theolog. Profeſſ. ac Studior. Regens.
Didacus Curado, Sacr. Theolog. Profeſſ. Primarius.
Antonius de Faria, Sacr. Theolog. Veſperar. Profeſſ.
Antonius Carvalho, Sacr. Theolog. Profeſſ.
Sebaſtianus Ribeyro, Theologus.

Cenſura R. P. Fr. Pauli Capuccini.

EGo infra ſcriptus attentè vidi ſuperiorem hanc Quæſtionem ab Illuſtriſſimo Domino Laurentio Pires Carvalho, Sanctæ Cruciatæ Commiſſario Apoſtolico Generali, &c. ſapientiſſimè diſcuſſam, validiſſimisque fundamentis dilucubratam; ideo longè probabiliorem eſſe oppoſitâ ſententiâ judico; in ea enim mira elucet profunditas ingenij Authoris, quod paritèr ſummâ cum ſubtilitate, eximium argumentorum pondere conjunxiſſe videtur. Unde cum eruditiſſimis ſupra ſcriptis Doctoribus in eadem ſententia convenio, & me ſubſcribo. Ulyſſipone, die 15. Octobris 1695.

Fr. Paulus à Voragine, Proc. General. Miſſionariorum Capuccinorum Italor.

Cenſura

Cenſura Illuſtriſsimi Epiſcopi Angolenſis.

VIdi has duas Quæſtiones; unam de Poteſtate Commiſſarij Bullæ Cruciatæ, quo ad præbendam facultatem, ut fideles Bullam habentes poſſint Oratoria erigere: alteram de facultate Epiſcoporum ad ipſa approbanda, & viſitanda. Utraque pertractatur ab Illuſtriſſimo, pariterque ſapientiſſimo, ac acutiſſimo Domino, eâ quâ ſolet elegantiâ, ac claritate. Illius ſententiam, quoad utramque Quæſtionem, valdè probabilem judico, tum ob ſolida fundamenta, quibus eam comprobat; tum ob perſpicuas ſolutiones, quibus argumenta contraria elidit; tum ob Authores, quibus eam illuſtrat; tum deniq; ob authoritatem tanti Viri, quæ in omni materia maximè pollet; illique libentiſſimè aſſentior. Et non parùm commendatur prudentiſſima diſpoſitio Illuſtriſſimi Domini Commiſſarij, dum nonvult reducere ad praxim opinionem circa facultatem præbendam ad Oratoria erigenda, inconſultâ Sede Apoſtolicâ, propter controverſias, & inconvenientia, quæ exinde oriri poſſunt. Ulyſſipone, in Conventu Deiparæ Gratiarum Matris, 12. die Octobris 1695.

Fr. Joſephus, Epiſcopus Angolenſis.

Cenſura RR. PP. Ordinis Virginis Mariæ de Monte Carmelo.

INfra ſcripti Sacræ Theologiæ Profeſſores, attentâ conſideratione legimus Quæſtionem ab Illuſtriſſimo, Sapientiſſimoque Domino Laurentio Pires Carvalho, Sereniſſimo Regi à Cortina, ejuſque Cõſiliario, ac Sanctæ Cruciatæ Bullæ Commiſſario Generali Apoſtolico, ventilatam; in qua reſolvit, Illuſtriſſimos Bullæ Cruciatæ Commiſſarios habere ex indulto Pontificio poteſtatem concedendi fidelibus Bullam habentibus, facultatem erigendi Oratoria ad celebrandum, approbanda, & viſitanda ab Ordinario, duratura quoad vixerit perſona, cui talis facultas præſtita fuerit; quam reſolutionem nervoſis quidem roborat fundamentis, addens in fine, illam ſolummodò ventilare diſputationis gratiâ, ad dilucidandam Illuſtriſſimorum D. Commiſſariorum juriſdictionem in Bulla Leonis X. radicatam; non autem, ut exerceatur; dictamque Illuſtriſſimi Domini reſolutionem probalilem judicamus, maturèque, ac doctiſſimè, & pijſſimè diſcuſſam: hoc noſtrum judicium. Ulyſſipone, in Conventu Dominæ noſtræ de Monte Carmelo, die 21. Decembris 1695.

Fr. Franciſcus Ribeyro. Fr. Antonius à Sancto Elia. Fr. Emmanuel à Gratia. Fr. Thomas à Conceptione. Fr. Franciſcus à Nativitate.

Cenſura

Digitized by Google

Cenſura SS. MM. Conimbricenſis Academiæ circa primam, & ſecundam quæſtionem.

VIdimus accuratè ab Illuſtriſſimo Sanctæ Cruciatæ Bullæ Commiſſario, circa ipſiusmet Bullæ interpretationem excitatas Quęſtiones. Primam: An Chriſti fideles Bullam vivorum habentes, poſſint intra annum, non unam, vel alteram tantùm, ſed plures, aut quotquot velint Bullas ſumere pro fidelium defunctorum animabus in Purgatorio detentis, & ipſis fidelibus profuturas? Secundam: An Illuſtriſſimi Sanctæ Cruciatæ Bullæ Commiſſarij poſſint fidelibus præfatam vivorum Bullam habentibus, facultatem præbêre, ut privata Oratoria ad ipſorum vitam duratura queant erigere ab Ordinarijs locorum approbanda? Et matura conſideratione perlectis (prout materiæ gravitas expoſtulat) tam erga primam, quàm ſecũdam Quæſtionem utriuſque ſententiæ fundamentis, ea validiora cenſemus, quæ pro affirmativa unius, & alterius Quæſtionis ſententia doctiſſimè expenduntur, & à tot, ac tam doctis, & Religioſis Viris juſtiſſimè approbantur; & ſummâ laude dignam arbitramur Illuſtriſſimi Commiſſarij diſpoſitionem, dum circa dubium concedẽdæ ad Oratoria privata facultatis ad Sãctam, & Apoſtolicam Sedem Catholicæ veritatis Magiſtram recurrere cupit, ac intentat. Conimbricæ 22. Januarij 1696.

Fr. Joſephus de Carvalho, in hac Conimbricenſi Academia Primarius Sacræ Theologiæ Profeſſor. Fr. Martinus Pereyra, in hac Conimbricenſi Academia Veſperarius Sacræ Theologiæ Profeſſor. Fr. Ludovicus à Purificatione, in Conimbricenſi Academia, Sacræ Scripturæ Primarius Profeſſor. Fr. Franciſcus Ribeyro, in Academia Conimbricenſi Sacræ Theologiæ Profeſſor. Andreas Bernardes Ayres, in hac Conimbricenſi Academia Sacrorum Canonum Primarius Profeſſor. Mandel da Coſta d' Almeyda, in eâdem Academia Sacrorum Canonum Veſperarius Profeſſor. Joannes de Soveral Machado, in Conimbricenſi Academia Decreti Cathedræ Profeſſor. Ludovicus Guedes Carneyro Sextì Cathedræ Anteceſſor in Conimbricenſi Academia. Rochus Ribeyro de Abreu, in alma Conimbricenſi Academia Clementinarum Profeſſor.

Cenſura Illuſtriſſ. D. Antonij Pereyra Sylva.

ADhæreo opinioni, quam Illuſtriſſimus Laurentius Pires Carvalho, Sanctæ Cruciatæ Bullæ Commiſſarius digniſſimus accuratè expla-

explanat, & eleganter decidit; nempè : Commiſſarium Cruciatæ habere de facto poteſtatem, ex ſpeciali indulto Pontificio, præbendi facultatem,ut fideles Bullam habentes poſſint Oratoria erigere ab Ordinario approbanda, eisque liceat, virtute facultatis à Commiſſario conceſſæ, celebrare,& celebrari facere; non ſolùm propter authoritatem tanti Viri, & ſapientiſſimorum Doctorum, ſed propter fundamenta, quæ cenſeo validiora. Ulyſſipone 3. *Aprilis* 1696.

Antonius Pereyra da Sylva.

Cenſura R. P. M. Domni Emmanuelis Caietani à Souſa, Ordinis Clericorum Regularium.

SEmel atque iterum, & tertiò legi hanc quæſtionem eruditiſſimè agitatam circa poteſtatem, quam etiam nunc habet Illuſtriſſimus Dominus Commiſſarius Generalis Cruciatæ,concedendi privata Oratoria ab Ordinario approbanda, in quibus offerri licitè poſſit ſacroſanctum novæ legis ſacrificium à quocumque Sacerdote, non ſolum ut fideles habentes Bullam Cruciatam poſſint proprię cujuſque pietati ſatisfacere, ſed etiam implere Eccleſiaſticum præceptum audiendi Sacrum in diebus feſtis; & obſervari eò gratiorem mihi accidere hujuſmodi diſſertationem, quò altiùs menti per repetitam lectionem infigebatur; & licèt antea ſententia affirmans ſemper adeò arriſerit, exiſtimataque mihi fuerit tantam probabilitatem ſortita,ut maior neque haberi, neque deſiderari poſſet; attamen, cogor ingenuè fateri exiſtimationem illam meam me fefelliſſe, dum lectâ hâc quæſtione, cognoſco ſententiæ affirmanti longè maiorem probabilitatem de novo acceſſiſſe, non ſolùm extrinſecùs, ſed etiam intrinſecùs; extrinſecùs quidem ab authoritate tot Authorum, quorum confertiſſimum agmen Illuſtriſſimus, atque Eruditiſſimus D. Commiſſarius Generalis in hujus opinionis defenſionem avocavit; tot Doctorum, qui ipſius ſententiæ calculum adjecerunt, ejus placitis libentiſſimè ſubſcribentes. Intrinſecùs verò, & à pondere rationum, quibus hæc ſententia ſtabilitur, oppoſita infirmatur; & à dexteritate, quâ adverſariorum argumenta convelluntur : adeo ut mihi videatur Illuſtriſſimus Dominus Laurentius Pires Carvalho hoc ſcripto non ſolùm ſententiæ ſuæ victoriam aſſeruiſſe; ſed etiam probaſſe reliquos Doctores à ſe victos eſſe eruditionis præſtantiâ; immò ſe eâ pollere modeſtiâ, ac prudentiâ, ut ipſius Doctoris gentium imitator poſſit jure merito nuncupari. Si enim Apoſtolus ait 1. *Cor.* 10. 22. *Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt. Omnia mihi*

hi licent, ſed non omnia ædificant. Illuſtriſſimus D. Commiſſarius Generalis Apoſtolicus, poſtquam oſtendit omnia, quæ ſibi licent in cõcedendis Oratorijs privatis; illud conſilium amplectitur quod exiſtimatur magis ad ædificandam univerſam Eccleſiam deſervire. Adeò ultra ſuæ poteſtatis terminos non progreditur, ut illâ utatur non ſolùm modicè, ſed etiam intra modum. Hoc eſt meum judicium, ſalvo meliori. Ulyſſipone, in Domo Clericorum Regularium Divæ Virgini à Providentia dicata, die 10. Auguſti; & invicto Martyri Laurentio ſacrâ, anno ſalutis 1696. Sub Cenſura.

D. Emmanuel Caietanus Souſa. C. R.

Cenſura P. Jacobi Tinoci Sylvij, olim in Sacra Oratorij Congregatione primi, & Primarij Theologiæ Profeſſoris.

ET *parêre decet juſſis, & grata jubentur.* Quæſtionem ſecundam ab Illuſtriſſimo Commiſſario Generali Cruciatæ dilucidè ventilatam, & doctiſſimè reſolutam, ſapientiſſimis Aſſeclis indulgentibus, fateor intellectûs mei imbecillitati in legendo, & recogitando non feciſſe ſatis, nec ullatenus arriſiſſe. Acceſſit præceptum, & cùm *obedientia mandatorum plus dat intellectum, quàm labor ſtudiorum*, mihi aperuit mentis aciem, ìtaut non arridens priùs, arrideat modò valdè: immò tum ſpeciale Indultum à Sapientiſſimo Doctore expromptum, cùm tenor ipſius Cruciatæ ritè ponderatus me cogunt, ut arrideat. Arbitror etenim hujuſmodi conceſſiones à Commiſſarijs Cruciatæ expediri poſſe etiam in perpetuum, & per novam Cruciatæ promulgationem perennitatem non perdere: eas tamen habeo ſuſpenſas, Cruciatâ non reaſſumptâ; ſed ad illius novam ſumptionem illico reviviſcere, mihi indubium eſt; ut in ſimili dicerem de confeſſionalibus ab eodem indulto conceſſis, ſed per novam Cruciatam ſuſpenſis. Hoc ſentio magis conſonum verbis Cruciatæ: abſtinere autem ab iſtiusmodi elargitionibus, dum prima Sedes conſulatur, laudo prudentiæ plus Eminentiſſimi Authoris, quàm neceſſitudinis. Sana ſunt rationum ſtabilimenta: gravia DD. fulcimenta. Sic cenſet Culex Leone coram. Ulyſſipone 10. Kalendas Auguſti 1696. Olimpi. Ecl. 1. Alber. Magn.

Jacobus Tinocus Sylvius.

Cenſu-

Censura R. P. D. Domni Benedicti à Divo Augustino, in Sacra Theologia Magistri, ac Canonici Regularis Congregationis Divi Augustini.

PRæfata quæstio de potestate Commissarij Cruciatæ circa facultatem præbendam fidelibus Bullam habentibus ad erigēda Oratoria ab Ordinario approbanda, in eisque licitè sacrum faciendum, elegantèr excitata, apprimè exposita, & doctissimè resoluta ab Illustrissimo, pariterque Sapientissimo Domino Laurentio Pires Carvalho, Sereniſſimi Regis à Cortina, & à Consilijs, ac Sanctæ Cruciatæ Apostolico Commissario, mihi videtur omnium calculis comprobāda; cùm non solùm indulto Leonis X. radicalitèr probetur, sed etiam firmissimè roboretur tot Pontificum diplomatibus, tot rationum fulcimentis, tot Authorum consensibus: igitur dùm Præclarissimus astruit Consulens Illustrissimos Cruciatæ Commissarios talem potestatem habere ex indulto Pontificio, illius sentētiam valdè probabilem inter disputandum judico, licèt non praxi exercendam inconsultâ Apostolicâ Sede juxta regulas ipsius prudētissimas teneam. Ulyssipone, in Regali Divi Vincentij Monasterio, die 20. Septembris 1696.

Doctor Domnis Benedictus à S. Augustino.

TER;

TERTIA QUÆSTIO

VENTILANDA PETIT:

Utrùm revocationes facultatum, quibus utebantur Ordinarij ad Oratoria erigenda, non solùm vetent, & comprehendant erectionem, sed etiam eorum approbationem, & visitationem ab ipsis Episcopis faciendam?

SUMMARIUM.

1 *Motivum hujus quæstionis.*
2 *Afferũtur DD. pro affirmativ.*
3 *Expenditur illorum fundamentum.*
4 *Bulla præstat facultatem erigendi Oratoria.*
5 *Secundum fundamentum affirmativæ, & n. seq.*
7 *Pro negativa stat Author. Lex correctoria extendi nequit.* Ibid.
8 *Potestas erigendi Oratoria est actus facultativus. Visitatio & approbatio, est actus jurisdictionis.* Ibid.
9 *Ab Ordinario nolente approbare Oratorium, aut illud injustè reprobante, potest appellari.*
10 *Approbatio Oratorij, & facultas ad illud erigendum, sunt inter se diversa.*
11 *Actus meræ facultatis negari possunt.*
12 *Approbatio est judiciũ de sufficiẽtia Sacerdotis, & Oratorij. Jurisdictio autem hujus facultatis concedendæ est actus voluntatis.* Ibid. *& n. seq.*
14 *Ordinarius potest compelli ad præstandam licentiam, ut Ecclesiæ erigantur.*
15 *Intelligitur text. in cap. nullus de jure Patronatus, & nn. seqq.*
18 *De jure communi celebrari nequit in loco ab Episcopo non approbato.*
19 *In gratijs concessis à Nuntijs Apostolicis ad Oratoria declaratur esse visitanda, & approbanda ab Ordinario.*
20 *Nulla datur differentia inter Nuntios, & Commissarios Cruciatæ in his, quæ pertinent ad Cruciatam, & n. 21.*
22 *De præeminentia Commissarij remissivè. A Cõmissario ad Nuntium non datur appellatio.* Ibid.
23 *In gratijs ad Oratoria à Papa concessis, non datur Episcopis nova jurisdictio ad illa approbanda.*
24 *Clausula de approbatione Ordinarij: habet vim conditionis, non delegationis, seu jurisdictionis;*

nis, & n. 25.

26 *In concurſu juriſdictionis ordinariæ, & delegatæ, cenſetur potiùs ordinaria, quàm delegata.*

27 *Quoties verba commiſſionis diriguntur ad officium, ſemper cenſetur ordinaria juriſdictio.*

28 *Quando duo ponuntur copulativè ad augmentum in modum adjectivi non requiritur utriuſque concurſus.*
Prohibitum de uno, de alio cenſetur permiſſum. Ibid.

29 *Satisfit fundamētis contrariæ. Prohibitio non extenditur ad caſus ſimiles.* Ibid.
Maximè ſi ſequatur præjudicium tertij. Ibid.

31 *Præſumptio cedit veritati, fortiorque prævalet debiliori.*

32 *Ratio decidendi denotat finem diſpoſitionis.*

33 *Intentio Pontificis non fuit minuere numerum Oratoriorum, & m. ſeqq.*

36 *Retorquetur P. Nog. & m. ſeqq.*

40 *Doctrina ejuſd. P. opponitur juris principijs, & n. ſeq.*

42 *Semel approbatum reprobare, eſt ſolùm Principis ſupremi.*

1 RAtione præcedentis, & ſubſequentis Queſtionis, hęc venit diſcutiēda Quæſtiuncula; nam ſi Epiſcopis, & Archiepiſcopis interdicitur, non ſolùm Oratoria erigere, ſed etiam viſitare, & approbare, ſupervacaneum eſt diſſertare, an virtute Bullæ poſſint Oratoria erigi, cùm in Bulla expreſsè requiratur Ordinariorum approbatio, & viſitatio: inutilitèr enim Oratorium erigeretur ad celebrandum, ſi viſitari, & approbari non poſſet, cùm hæc ſit conditio, ſine qua non. Inanis quippe eſt actio, quæ non reducitur ad actum, ut eſt tritum in jure; & apud Philoſophos fruſtranea eſt potentia, quæ non reducitur ad actum. Quapropter viſum fuit hanc diſputare quæſtionem, quia licèt primò, & principalitèr ad Bullam non pertineat, ſed ad Ordinarios, tamen incidenter venit diſcutienda, tanquàm præambulum requiſitum ad Bullæ privilegij executionem.

2 Partem affirmativam tuetur P. Moya *tract. 2. de Relig. diſp. 3. q. 1. §. 3. num. 13. & 14.* citatque P. Henao *de ſcient. med. hiſtor. propugn. fol. 463. n. 1676. & 1678.* acceptamque à dict. Moya, eam etiam tenet P. Ludovic. Nog. *de Bull. diſp. 12. ſect. 4. §. 2. num. 37. cum ſeqq.* allegans Paſqualig. in quo tamen hāc non invenio quæſtionem: ſolummodò enim agit de revocatione erectionis, non verò approbationis, & viſitationis: adſtruunt hi Authores, revocationes facultatum factas à Paul. V. Urban. VIII. & à Sacra Congregatione, non ſolùm comprehendere facultatem celebrandi in privato Oratorio, ſed etiam illud approbandi, & declarandi aptum ad celebrandum.

3 Pro-

Digitized by Google

3 Probantque primò: quia olim ſolùm requirebatur, ut quis in Oratorio privato celebraret, quòd daretur facultas Nuntij, Collectoris, aut Epiſcopi ad illud erigendum, approbandum, & ad Divinum cultum deſignãdum; ſicut hodie Regulares ſolummodò indigent approbatione Epiſcopi ad audiendas confeſſiones, nam juriſdictionem ad abſolvendum habent virtute ſuorum privilegiorum: ergò ſi prædicti Ordinarij adhuc haberent poteſtatem ad dicta munia, & per præfatas revocationes ab eis non fuiſſet ablata facultas ad approbanda, & viſitanda Oratoria privata, *jam Summus Pontifex oleum, & operam perdidiſſet: nam uſum Oratorij Bulla concedit.* Igitur, ut certiſſimum tenẽdum eſt, Summos Pontifices, & declarationem Cardinalium non ſolùm prohibere Nuntijs, Collectoribus, & Epiſcopis in prædictis decretis facultates celebrandi in privatis Oratorijs, ſed etiam facultates ad eadem approbanda.

4 Modò relata, & notata verba ſunt P. Nog. deducta ex Moya; in quibus duo obiter obſervo in favorem noſtræ præcedentis reſolutionis, de erectione Oratorij privati. Prius adnotatũ, ſunt illa ipſius verba: *Nam uſum Oratorij Bulla concedit*; quibus videtur noſtram ſententiam amplecti, & approbare. Poſterum adnotatum, ſunt etiam verba illa: *Oleum, & operam perdidiſſet*: ex quibus ſic infero: ergò, verum eſt dicere, quòd Bulla cõtineat facultatem ad erigenda Oratoria, ſiquidem fatetur neceſſariam fuiſſe revocationem, quâ ſublatâ, abſque dubio talis facultas perſiſteret, ſi revocatio viſitationis, & approbationis in ea non comprehenderetur, ne opera, & oleum deperdatur: igitur hęc doctrina prædictorum PP. magis videtur in odium Bullæ, quàm in alium finem excogitata, ſiquidem in ſolis conjecturis fundatur, & eſt contra literas prohibitionum, quæ ſolummodò diriguntur ad Epiſcopos, & Archiepiſcopos, ſeu alios non habentes Apoſtolicas facultates.

5 Secundò probant prædicti PP. ſuam ſententiam: quia finis prædictæ revocationis fuit Oratoriorũ privatorum numerum minuere. Sed hic finis non poteſt obtineri, ſi ex una parte Ordinarij poſſint approbare Oratoria privata abſque licentia S. Pontif. & ex aliâ omnes habentes Bullam poſſint celebrare, vel celebrari facere in Oratorijs ab Ordinarijs approbatis: *Ergò cùm hoc ſecundum dici non poſſit, cùm ſit expreſſum in Bulla*, neceſſariò dicendum eſt primum, nempè Ordinarios non poſſe abſque Pontificis licentiâ approbare Oratoria privata, & hanc facultatem, ſeu licentiam eſſe Sum. Pontifici per prędicta decreta, &

Cardinalium declarationem reſervatam.

6 Hæc utique verba ſunt formalia P. Nogueir. deducta ex Moya, & illa: *Ergò cùm hoc ſecũdum dici non poſſit, cùm ſit expreſſum in Bulla:* Ergò in eis fatetur eſſe expreſſam in Bulla facultatem ad Oratoria erigenda, in quo utique confirmat noſtram doctrinam in præcedenti quæſtione traditam: infertque, & ſolummodò intendit, quòd revocetur privilegium Bullæ. Hæc ſunt fundamenta pro affirmativa ſententia adducta.

7 Nihilominus negativam ſententiam, ut veriſimiliorem amplectimur: & defendimus, in prædictis derogationibus non comprehendi viſitationem, & approbationem Oratoriorũ. Nitimur primò; quia Concil. Trid. *ſeſſ. 22. cap. 8. in decreto de obſervand. & evitand. in celebrat. Miſſ.* diſponit, ne Epiſcopi patiantur privatis in domibus Miſſas celebrare. Ex qua diſpoſitione orta fuit apud AA. dubitatio, videlicèt, utrùm per illam prohibitũ eſſet Epiſcopis præbêre licentias ad Oratoria erigenda; & quia communis opinio fuit, poſſe Epiſcopos, juſtâ de causâ, Oratoria erigere, ut patet ex à nobis citatis præcedenti *q. num.* 43. *pag.* 146 atque ex relatis à Barb. *in dict. conc. num.* 16. Sacr. Congregatio juſſu Paul. V. declaravit, Epiſcopis prohibitum eſſe à Concilio tales præbêre facultates per declarationes in præced. quæſt. à nobis tranſcriptas; ex quibus omnibus liquet, quòd ſolùm fuit prohibita facultas ad erigenda Oratoria, non verò ad illa viſitãda, & approbanda. Etenim lex correctoria privilegij, & pœnalis, extendi non poteſt extra caſum, de quo loquitur, quamvis ſubſit eadem ratio, ut notavimus præced. *q. num.* 66. *pag.* 153. Ergò tales declarationes minimè cõprehendunt viſitationes, & approbationes Oratoriorum.

8 Nitimur ſecundò; quia totalis ratio prædictarum declarationum in eo conſiſtit, quia poteſtas Oratoria erigendi, eſt actus facultativus, quæ de jure communi conceſſa fuit Epiſcopis, per *text. in cap. committimus*, & *in cap. Miſſarum de conſecrat. diſt.* 1. & hanc facultatem reſtrinxit Pontifex, & ab Epiſcopis abſtulit, declarando ad ſeipſum tantũmodò pertinere, ut exprimũt prædictæ declarationes Cardinalium: viſitatio autem, & approbatio eſt actus juriſdictionis, ut expreſsè tenent Paſqualig. *de ſacrif. nov. leg. tom.* 1. *quæſt.* 638. *num.* 9. Bard. *de Bull. p.* 2. *cap.* 1. *ſect.* 2. *num.* 27. & etiam eſt actus juſtitiæ, ut tenet P. Sylva *de Bull. diſp.* 3. *art.* 7. *num.* 15. *pag.* 267. affirmans approbationem eſſe diſtinctam à delegatione juriſdictionis, & P. Nog. *de Bulla diſp.* 14. *ſect.* 1. *n.* 11. *pag.* 160.

9 Taliterque hoc procedit, quòd ſi Ordinarius nolit Oratorium

rium approbare, aut reprobaverit, si sit decenter ornatum cum circunstantijs necessarijs, potest ab eo appellari, ex Quint. Duen. *tom.* 1. *singul. tract.* 7. *sing.* 32. *n.* 3. Ludovic. à Cruce *disp.* 1. *de Bull. cap.* 5. *num.* 5. Dian. *coord. tom.* 4. *tract.* 2. *resol.* 24. *num.* 2. *& resol.* 52. *num.* 1. *vers. quod si contingat*, Garcia *in summ. Theolog. moral. verbo Bulla Cruciata*, *num.* 14. Novar. *de Orat. privat. in summ. Bullarij num.* 3. Jul. Capon. *discept. forens. discept.* 183. *num.* 27. ubi *num.* 1. *& seqq.* refert casum decisum, Bard. *suprà n.* 39. Unde cùm prædictę declarationes solummodò derogent jus facultativum, nempè erigendi Oratoria, extendi non debent ad jurisdictionem, & facultatem Ordinariorum ad approbanda, & visitanda ipsa Oratoria, non solùm quia talis facultas est actus jurisdictionis de jure communi illis competens; sed etiam quia erectio Oratorij, & illius approbatio, & visitatio sunt inter se actus maximè diversi; nam una est ex gratia, altera ex jure cõmuni, ut Ordinarius declarare possit locum esse decentem, & adæquatum: quapropter sublatâ unâ facultate, non sequitur alteram esse sublatam.

10 Dari autem differentiam inter approbationem, & facultatem ad erigenda Oratoria, esseque inter se maximè distincta, sic probo: approbatio Confessarij est quædam sententia, seu juridica testificatio, quam Episcopus profert de aptitudine Sacerdotis ad audiendas confessiones, juxta Patr. Aversam *de pœnit. quæst.* 16. *sect.* 6. & cum Fabio, Bonacin. Bordon. & Tamburin. *lib.* 5. *de pœnit. cap.* 5. §. 1. *num.* 1. Trullēch *de Bull. lib.* 1. §. 7. *dub.* 1. *num.* 1. qui alios refert, P. Nog. *de Bull. disp.* 14. *sect.* 1. *num.* 3. & P. Sylva *de Bull. tract.* 3. *art.* 7. *num.* 15. Approbatio Oratoriorũ est similiter sententia, & testificatio, quam Episcopus profert de idoneitate, & decentia loci ad celebrandum; vel, ut alij tenent, sicut approbatio est mera, & simplex testificatio Episcopi approbativa sufficientiæ Sacerdotis, sinè quâ Sacerdos idoneus Minister Sacramenti pœnitentiæ esse non potest juxta Fagund. *in* 2. *Eccles. præcept. lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 49. Mend. *de Bull. disp.* 22. *n.* 22. Tãbur. *suprà n.* 5. Soar. Lusit. *de pœnit. tract.* 6. *disp.* 1. *num.* 189. Nog. *suprà num.* 5. sic Oratorij approbatio est mera, & simplex testificatio Episcopi approbantis sufficientiam loci, & idoneitatẽ, sine quâ Oratorium ad celebrandum idoneum esse non potest, & in hoc convenit una, & altera approbatio. Itemque cohærent in eo, quòd approbatio est actus jurisdictionis præcisè, ac justitiæ, ut suprà notavimus, & sicut approbatio negari nequit Confessario, qui se exposuit examini, inventusque est dignus, ut tenet id. Nog. *n.* 11. sic approbatio ne-

gari non poteſt Oratorio expoſito approbationi, ſi idoneum fuerit inventum.

11 Aſt aliter ſe res habet in facultatibus tam ad Confeſſiones audiendas, quàm ad Oratoria erigenda; etenim utraque eſt poteſtas data à legitimo ſuperiore, & juriſdictio dependens à volũtate alterius, & actus gratuitus, proindeque poteſt non concedi, neque committi, in quo nemini fit injuria, nec injuſtitia, ut tenet idem Nog. *num.* 11. Actus namque, mere facultatis denegari poſſunt, & excludunt juris neceſſitatem, *Gloſ. & DD. in L. ſolent. §. fin. ff. de Offic. proconſ. & in L. cùm de in rem. verſo ff. de uſur. gloſ. verbo temporis in cap. cùm Eccleſia Sutrina, de cauſ. poſſeſſ.* ubi Doctor Soar. *in privat. ſchol. n.* 137. *pag. mihi* 139. & infelix Præceptor *in eod. text. ſcholio* 2. *§. quare alij* : undę maximè differunt inter ſe approbatio Oratorij, & Confeſſarij, à facultate erigendi ipſa Oratoria, & audiendi confeſſiones.

12 Non ſolùm in hoc differunt, ſed etiam in eo, quòd approbatio eſt actus intellectûs, quia eſt judicium, ſeu teſtimonium de ſufficientia Sacerdotis, & Oratorij; facultas autem ad erigenda Oratoria, & juriſdictio facultatis concedendæ, eſt actus voluntatis, qui fit per liberam voluntatem concedentis: deinde Epiſcopus poteſt non conferre juriſdictionem illi, qui dignus judicatus fuit, ſicut & Pontifex poteſt non indulgere facultatem ad Oratoria erigenda: ſed non poteſt Epiſcopus non approbare illum, qui prævio examine dignus fuit judicatus; ſimiliterque nequit non approbare Oratorium, quod idoneum fuerit inventum: ergò benè ſequitur maximè inter ſe diſtingui.

13 Probo etiam hoc ex doctrina P. Nog. *diſp.* 14. *ſect.* 9 *n.* 90. qui ita ait: *Secunda pars oſtenditur, quòd ſine cauſâ non poſſit licitè revocari approbatio ſemel collata, quia approbatio, ut ſuprà diximus, non poteſt ſine cauſa negari: ergò à fortiori non poteſt revocari ſine cauſa, poſtquam fuit collata.* Citatque Soar. Fagund. Bard. Cardin. de Lugo, Arriagam, Leand. & alios: & *num.* 92. ibi: *Inquires ſecundò, An approbatio conceſſa abſque limitatione, & abſolutè poſſit valide ab Epiſcopo revocari? Reſpondeo, poſſe cum cauſâ, quia poteſt dari mutatio in ſcientia, & moribus, & qui hodie eſt idoneus, poteſt poſtea, corruptis moribus, & oblivione doctrinæ fieri ineptus; at ſi ſine cauſa reprobetur, aut revocetur approbatio, ipſa revocatio erit nulla; & probatur* ex cap. accepimus de ætat. & qualit. ordin. *ubi dicitur, quòd idonei ad Ordines promoveantur, & poſt promotionem non poſſe contra eos excipi: niſi fortè indignos ſe reddiderint: ex quo textu colligunt DD. à pari, quòd ſi aliquis ad confeſſiones fuerit approbatus*

ut

ut idoneus, non posse reprobari; nisi postea se reddiderit inidoneum: ratione etiam ostenditur; quia Sacerdos per examen, quod subijt, fuit legitimè approbatus: ergò dū nulla datur mutatio in eo circa mores, & scientiam, semper retinet idem jus: & si ab illo auferatur, invalidè auferetur. Sic Ludovic. à Cruce disp. 1. cap. 2. *dub.* 13. *Ioannes à Cruce* in direct. conscient. p. 2. tract. de pœnitent. quæst. 5. dub. 8. conclus. 4. *Nuñus.* in addit. ad 3. part. quæst. 8. art. 5. dub. 9. vers. docet tamen: *& alij, quos refert, & sequitur Leand.* tom. 1. tract. 5. disput. 11. q. 86.

14 Atquî hoc idem procedit in approbatione Oratorij: ergò idem dicendum est, non posse negari, aut revocari, nisi sublatâ decentiâ, quêadmodùm revocari nequit approbatio Sacerdotis, nisi datâ inscientiâ. Facultas autem ad audiendas confessiones, & ad erigendum Oratoriū potest revocari, cùm sit facultativa, & merè gratuita, quoad sæculares; igitur maximè inter se differunt approbatio Oratorij, & facultas ad ea erigenda.

15 Confirmatur hæc veritas: quia non solùm appellari potest ab Episcopo negante approbationem Oratorij decenter ornati ad Missæ sacrificiū, sed etiam si Ordinarius cōsensum præstare noluerit ad Ecclesias ædificandas, potest à superiore compelli ad illum dandum, ut cum Archidiac. & Abbat. *cons.* 59. *col.* 3. *vers. tertiò principaliter considero, p.* 2. cum Lambertin. Vivian. & alijs tenet Barbos. *de potest. Episc. p.* 3. *alleg.* 70. *num.* 26. Azor *Moral. p.* 2. *lib.* 9. *cap.* 30. *quæst.* 8. *per text. in cap. nullus, de jure Patron.* ubi Panormit. sic ait: *Ubi requiritur consensus unius in favorem, & gratiam alterius, si renuerit consentire absque legitima causa, possumus superiorem adire, ut cogat eum ad consentiendum.* Idemque tenet Barbos. *in eodem text.*

16 Neque dicas, per talem textum solummodò dari recursum ad Pontificem, non verò ad alium superiorem; quia respondeo cùm eod. Barbos. *dictis locis suprà citatis*, ideo in tali textu dari recursum ad Pontificem, quia Episcopus Adon. superiorem non recognoscebat, nisi Pontificem; secùs verò si Episcopi alij immediatè superiorem habeant, tùnc enim ad illum, non ad Sūmum Pontificem recurrendum est, quando ab eo injustè licentia, & approbatio denegatur, ut intelligit idem Barbos. cum multis *in cod. text. num.* 3. & 5. plurimaque refert exempla: si ergò hoc procedit in licentiâ merè facultativâ, quantò fortiùs erit dicendum in approbatione, quæ est actus jurisdictionis, & justitiæ?

17 Vel dic cum eod. Barb. Sebast. Cæsare *in Eccles. Hierarch. p.* 1. *disp.* 5. §. 2. *num.* 22. & Gonçal. Telles *in prædict. text. in cap.*

nullus num. 3. ideo in hoc textu exprimi neceſſarium fuiſſe Pontificem adire, ut conſenſum præſtaret, quia quando conſenſus Epiſcopi eſt neceſſarius ad validitatem alicujus actûs, non poteſt per alium adimpleri, ex *text. in cap. penult. juncta gloſ. verbo mandantibus, de re judic. in* 6. Et ideo non potuit per Metropolitanum adimpleri in forma ſpecifica: aſt cum hoc benè ſtat, quòd licèt Metropolitanus non poſſit conſenſum ſupplere, poteſt tamen cogere Epiſcopum ad conſentiendum, & hâc de causâ, & ad hunc effectum poteſt ad Metropolitanum appellari, ut cum communi tenent Joan. Andr. & Abbas *in eod. text.*

18 Patet hoc evidentiùs: quia de jure communi celebrari non poteſt, niſi in loco ab Epiſcopo approbato, ex *text. in cap. hic ergo* 14. *& cap. ſi quis etiam* 35. *de conſecrat. diſt.* 1. *cap. quidam* 10. 18. *quæſt.* 2. ibi: *Placuit igitur neminem, aut ædificare, aut conſtruere Monaſteria, aut Oratorij domum ſine conſcientia ipſius civitatis Epiſcopi.* Illuſtriſſimus Præſul à Cunha *in cap. Oratorium* 6. *diſt.* 42. *num.* 1. & Aug. Barboſ. *in cap. authorit. de privileg. in* 6. aiunt, etiam exemptos non poſſe Oratoria conſtruere abſque Ordinarij licentia; cùm ergò non præſumatur Pontificem velle tollere jus acquiſitum ab alio, præcipuè quando expreſsè non loquitur; dicendum eſt per tales declarationes, Archiepiſcopis abrogatum, non eſſe jus ſibi ex jure communi competens, quãvis expreſsè abrogatum ſit, quod ex facultate ſibi conceſſum erat: deinde Fr. Ant. à Spirit. Sancto *in direct. confeſſ. tract.* 17. *ſect.* 3. *num.* 72. refert Pauli V. declarationem editam anno 1618. die 30. Julij, quâ de conſil. Cardinal. Epiſcopis conceſſit, tanquàm Sedis Apoſtolicæ Delegatis, poteſtatem viſitandi, deſignandi, & approbandi Oratoria, & concedendi licentiam in illis celebrandi cum certis limitationibus, de quibus ibidem, cujus mentionẽ facit Quintan. Duen. *tom.* 1. *tr.* 7. *ſingul.* 31. *n.* 6.

19 Comprobatur prædicta ſententia argumento de facto, & quo ad nos infallibili. In opinione prædictorum Patrum, Archiepiſcopis, & Epiſcopis prohibitum eſt per dictas declarationes Oratoria viſitare, & approbare abſque Pontificis facultate; ideo namque tenent illos non poſſe approbare, & viſitare Oratoria à Commiſſario erecta, quia deficit Pontificis expreſſa licentia ad talem viſitationem, & approbationem, quæ in Bulla expreſsè requiritur; atquî in facultatibus ab Illuſtriſſimis Nuntijs conceſſis ad Oratoria erigenda, etiam expreſsè exprimitur, quòd ſint viſitanda, & approbanda ab Ordinario, & de facto Archiepiſcopi, & Epiſcopi viſitant, & approbant Oratoria ex prædicta lar-

Digitized by Google

largitione erecta, quin alia præcedat Pontificis licentia; ut quotidie vidêmus, & experîmur: ergò eodem etiam modo possunt approbare, & visitare Oratoria à Commissario erecta, quin aliqua alia exigatur licentia, & facultas.

20 Dices, maximam dari differentiam, quia Illustrissimi Nuntij sunt Delegati à Sede Apostolica, habentque facultatem à Pontifice concessam ad Oratoria erigenda, sicque præcedit licẽtia Pontificia ex vi commissionis concessæ ad Oratoria erigenda. Sed respondeo primò, quòd Archiepiscopis, & Episcopis non constat de facultate à Sede Apostolica Nuntijs elargita, neque in prædictis facultatibus à Nuntijs concessis exprimitur illos habere facultatem ad hoc, ut Ordinarij visitare, & approbare possint Oratoria ex illorum licentia erecta; solummodò namque exprimitur, quòd Oratoria sint visitanda, & approbanda ab Ordinario. Atquî eodem ferè modo disponitur in Bulla Cruciatæ: ergò sicut ex facultate Nuntijs elargita, & clausulâ ijs insertâ infertur posse Ordinarios visitare, & approbare Oratoria, quin alia specialis licentia requiratur; sic dicendum quoque est de facultate Commissarij ad ipsa Oratoria erigenda, & de clausulâ Bullæ insertâ: disparem rationem non video.

21 Respondeo secundò, nullam dari differentiã inter Illustriss. Nuntios, & Commissarios Cruciatæ, quoad ea, quæ ad Cruciatam pertinent; quia sicut Illustrissimi Nuntij sunt Delegati immediatè à Sede Apostolica cũ jurisdictione à Pontifice ad omnes causas; sic eodem ferè modo Commissarius est Delegatus immediatè à Sede Apostolica cum totali, & amplissima jurisdictione ad omnia, quæ ad Bullam pertinent, absque alio superiore, nisi tantùm Pontifice, ut tenet Mend. *de Bulla, disp.* 37. *cap.* 1. *n.* 13. *& disp.* 38. *cap.* 1. & Nogueir. *de Bull. disp.* 24. *sect.* 1. *cum seqq.* & etiam Sylva *disp.* 3. *art.* 14. *pag.* 385. & omnes Authores tam Hispani, quàm Lusitani.

22 De præeminentia namque Commissarij Generalis Cruciatæ vide Lara *de tribus gratijs fol.* 16. Accedit, quòd nequit de Commissario ad Nuntios appellari, ut disposuit eadem Bulla, & declaravit Pontifex in Epistolis transcriptis in precedenti *quæst. à n.* 74. *pag.* 161. Prosper. Fagnan. *in cap. sfuduisti à n.* 28. *cum seqq. de offic. legati*: ergò sicut Nuntij non ex propria authoritate, neque ex proprio jure, sed ex Pontificis facultate Oratoria concedunt, virtuteque ejusdem facultatis eis concessæ, Ordinarij Oratoria approbare, & visitare possunt absque aliâ novâ concessione; sic etiam in concessis à Commissario dicendum est, qui non ex propria authoritate, neq;

ex

ex jure proprio ſibi competenti, ſed ex Pontificis facultate concedit Oratoria. Par utrobique militat ratio, & ubi datur eadem ratio, debet dari eadem juris diſpoſitio, ut eſt vulgare in jure.

23 Non ſolùm hoc procedit in facultatibus à Nuntijs cõceſſis, ſed etiam in conceſſis à Pontifice, per quas nulla datur Epiſcopis nova juriſdictio ad viſitanda, & approbanda Oratoria, ſed ſolummodò exprimit Pontifex, quòd ſint viſitanda, & approbanda; quod quidem naſcitur ex eo, quia viſitatio, & approbatio competit Ordinarijs de jure proprio, & ex vi ſuę juriſdictionis, illorum namque eſt diſcernere, an loca, ubi celebrandũ eſt ſacroſanctum ſacrificium, ſint decenter ornata, & benè prępara-ta: ergò cùm in neutro caſu detur ſpecialis juriſdictio in viſitationem, & approbationem Oratoriorum; exercent Ordinarij juriſdictionem ipſis à jure competentem; atque ideo eis prohibitum non eſt approbare, & viſitare Oratoria, ſicut accidit in locis exemptis, ubi celebrari non poteſt abſque Ordinarij viſitatione, & approbatione; & in Miniſtris ad confeſſiones audiendas, quibus etiam imponitur conditio, quòd ſint approbandi ab Ordinario, quin nova detur facultas Ordinario ad eos examinandos, & approbandos, quoniam id de jure Ordinarijs competit.

24 Argues tamen: Pontifex, & de ejus commiſſione Nũtij per clauſulam inſertam, *de approbatione Ordinarij*, facultatem præbent Epiſcopis, ut Oratoria approbare poſſint, tanquàm Delegati Sedis Apoſtolicæ: igitur Epiſcopi in hujuſmodi approbatione, ordinariâ juriſdictione ſibi competenti non utuntur, ſed juriſdictione à Pontifice delegatâ ad id muneris.

25 Sed reſpondeo, prædictam clauſulam non habere vim delegationis, ſeu juriſdictionis, ſed tantùm vim conditionis; ita ut celebrari non poſſit, quin Epiſcopus declaret Oratorium eſſe decenter ornatum, approbando locum, & circunſtantias neceſſarias ad celebrandum, utendo jure ordinario ſibi competenti. Quare per talem clauſulam nec inducitur delegatio, neque juriſdictio aliqua præſtatur; & ratio eſt: quia ſolummodò datur juriſdictio delegata, quando in commiſſionibus ponuntur clauſulæ, nempe, *Vice noſtrâ, Authoritate noſtrâ, Authoritate Apoſtolicâ*, aut ſimiles, ut tenet Auguſt. Barboſ. *in cap. licèt, de offic. ordin. num.* 2. Menoch. *de arbitr. caſ.* 12. *num.* 4. Eraſm. a Choxier *de juriſd. ordin. in exemptos p.* 2. *q.* 14. *num.* 3. Vel quando per commiſſionem alteratur, diminuitur, aut juriſdictio ordinaria augetur, ſive committitur Ordinario, quod non eſt de ordinaria juriſdictione illius, ex eodem à Choxier, &

Barb.

Digitized by

Barb. *num.* 3. Ergò cùm in prædictis facultatibus deficiant prædictæ clauſulæ, non eſt judicanda talis juriſdictio Ordinarij, delegata, ſed merè, & purè ordinaria.

26 Confirmatur hoc: quia quando utraque juriſdictio, videlicèt ordinaria, aut delegata ſuſtineri poteſt, potiùs præſumitur ordinaria, quàm delegata, ex eodem à Chokier *dict. p. 2. q.* 14. *num.* 17. In dubio quippè ſẽper præſumitur ordinaria, ex cod. à Chokier, & *de conſervat. quæſt.* 109. *num.* 2. Nam quoties Ordinario cõmittitur cauſa, quæ ad ejus juriſdictionem ſpectat, ejus juriſdictio non cenſetur delegata, ſed excitans, & ſuadens executionem officij ſui, *text. in cap. licèt, verſ. & eſt ratio, de offic. ordin.* ubi Abbas, & Barboſ. & tunc ſolùm dicitur commiſſio, juſſus, ſeu excitatio juriſdictionis, non delegatio. *tex. in Authẽt. ut nulli judicem, §. & hoc verò jubemus*; Bart. & DD. *in L. more, ff. juriſdict. omn. jud.* Maranth. *de ordin. jud. p.* 4. *diſt.* 5. *num.* 72. à Chokier *dict. quæſt.* 14. *num.* 3. Molin. *de juſtit. tom.* 4. *tract.* 5. *diſp.* 14. *num.* 1. *verſ. quando verò*, Azevedo *in rubr. tit.* 9. *lib.* 3. *n.* 17. & 18.

27 Id apertiùs declaratur; quia quotiès commiſſionis verba principaliter ad officium referuntur, ſemper in illis videtur conceſſa juriſdictio, ordinaria, ex ea ratione, quia cùm ad officium habeatur relatio, cenſetur conceſſa juriſdictio, quæ officio adhæret, ex Petr. Barboſ. *in L. cùm Prætor* 12. §. 1. *num.* 29. *ff. de jud.* Atquî in commiſſionibus tam à Pontifice factis, quàm à Nuntijs circa Oratoria, clauſulæ approbationis illorum, ad Ordinarij officium referuntur, & quãvis eſſemus in dubio, ordinaria juriſdictio ſuſtineri poteſt; itemque commiſſio, ſeu juſſus (dato quòd exiſteret) eſt excitativus juriſdictionis, & non delegatio: ergò dicendum non eſt, Pontificem juriſdictionem delegare, ſed velle, quòd Ordinarij ſuam juriſdictionem exerceant approbando, & viſitando Oratoria, ſicut eis de jure proprio competit.

28 Confirmatur præterea; quia Concil. Trid. *ſeſſ.* 22. *de reform. cap.* 8. *in decreto de obſervand. & evitand. in celebrat. Miſſæ*, ſolùm prõhibet in domibus privatis erigere Oratoria abſque licentia, & approbatione Ordinarij, ut *dict. Concil.* intelligit Tamburin. *de jur. Abbat. tom.* 2. *diſ.* 5. *quæſt.* 4. *num.* 8. cum Roderic. *in Bullar. conſtit.* 44. *Sixti IV.* & Peirin. *tom.* 1. *privi. in conſtit. Pyrrhi Archiep. Conſentin. ſub n.* 31. ex qua Concilij diſpoſitione patet, approbationem Ordinarij eſſe ſibi competẽtem de jure, non verò ex delegatione ipſis indultis particularibus factâ, ſiquidem in Concilio expreſsè illius requiritur approbatio; & quando

do duo ponuntur copulativè ad augmentum, ideſt in vim adjectivi, non requiritur utriuſque concurſus, ex Barboſ. *axiom.* 59. *num.* 4. Undè quanvis Epiſcopis ablata ſit juriſdictio præſtandi facultatem ad erigenda Oratoria, eis non tollitur poteſtas viſitandi, & approbandi illa, cùm correctio non extendatur, niſi in quantum ſe extendit diſpoſitio correcta, ex eod. Barboſ. *axiom.* 60. *num.* 4. & prohibitum de uno, de alio cenſetur permiſſum, *L. cùm Prætor §. ult. ff. de jud.* cum multis Barboſ. *axiom.* 193. *n.* 2.

Diluuntur fundamenta contraria.

29 Ex ſupradictis jam ſatis apparet quid reſpondendum ſit fundamentis contrariæ ſententiæ; nam ad primum dicimus, prohibitiones Pontificum, & Cardinalium non exprimere, atque adeo non comprehendere facultates ad viſitãda, & approbanda Oratoria, ſed ſolummodò facultatem ad ipſa erigenda; prohibitio quippe extendi nequit ad ſimilem caſum, quanvis ſit in favorabilibus, ut docent Salas *de leg. diſp.* 20. *ſect.* 11. *num.* 110. Bonac. *diſp.* 1. *quæſt.* 3. *punct.* 7. §. 1. *num.* 15. & §. 2. *num.* 11. & 12. Palao *de privil. diſp.* 4. *punct.* 13. *num.* 1. Soar. *de leg. lib.* 2. *cap.* 28. *num.* 11. Maximè ſi inde naſcatur præjudicium tertij, ut in noſtris terminis naſcitur, nempè præjudicium Ordinariorum: etenim cùm illud datur, requiritur ſpecialis expreſſio, ut in prohibitionibus comprehendatur, aliter non comprehenditur, *L.* 2. §. 1. *verſ. merito ff. ne quid in loco publico*, *L. nec avus*, *Cod. de emancip. cap. licet in corrigendo de offic. ordin. cap. ex tuorũ, de authorit. & uſu pallij*, Panormit. *in cap.* 1. *de jud. & in cap. certificari de reſcript. num.* 9. Sanch. *de matrim. lib.* 8. *diſp.* 7. *n.* 6. Soar. *de leg. lib.* 8. *cap.* 27. *num.* 9. *& cap.* 28. *num.* 10. Salas *diſp.* 1. *quæſt.* 3. *punct.* 7. §. 1. *n.* 33.

30 Ad primam confirmationem, dum ait, olim ſolùm requiſitam fuiſſe facultatem Epiſcopi ad erigendum, viſitandum, & approbandum Oratoriũ; reſpondemus, quòd ſi hæc tria ad Epiſcopos pertinent de jure, ut conſtat *ex Concil. Trid. citato*, & ſolummodò facultas erigendi Oratoria, revocata invenitur; benè ſequitur facultatem illa viſitandi, & approbandi, non fuiſſe revocatam, ut tenet Gutierr. *canon. lib.* 1. *cap.* 30. *n.* 29.

31 Ad illud, quod additur, Pontifices oleum, & operam perdidiſſe; reſpondeo, Pontifices, nec oleum, nec operam perdere, quia eorum intentio non fuit Oratoria extinguere, ſed declarare ad ſe ipſos tantùm pertinere dare facultatem ad illa erigenda, non verò auferre ab Ordinarijs, quod jus acquiſitum illis

Digitized b

illis præſtat. Neque contra hoc ſtat Bulla, ſiquidem per eam ex Pontificis facultate Oratoria cõceduntur, ſine quâ non concederentur: igitur oleum, & operam Pontifex non perdit per Bullæ privilegium à ſe conceſſum, & non revocatum. Quapropter talis confirmatio eſt frivola, ut potè conjecturis fundata; enimverò contra veritatem, & verba expreſſa Bullæ prevalêre non poteſt, quippè de jure præſumptio cedit veritati, & fortior præſumptio debiliorẽ tollit ex Barboſ. *axiom.* 146. *num.* 1. & 3. Et cùm fortior ſit præſumptio de non revocanda approbatione, ne jus acquiſitum ab alio auferatur; benè ſequitur, non valêre præſumptionem præfatam in dicta confirmatione; ſi enim Pontifex voluiſſet revocare, expreſſiſſet, ſicut expreſſit revocationem facultatis ad erigenda Oratoria, utique expreſſiſſet revocationẽ facultatis illa viſitandi, & approbandi.

32 Ad ſecundam confirmationem contrariæ ſententiæ, de quâ *num.* 5. quatenus ait, finem, ſeu cauſam finalem prædictæ revocationis fuiſſe minuere Oratoriorum privatorũ numerum: negamus aſſumptum; quia ex declarationibus id non conſtat, quin potiùs liquet illarum motivum, & finem totalem fuiſſe, ne alij Prælati Pontifici inferiores concederent, quod ad ſolum Põtificem attinebat; etenim ſi finis eſſet tantùm minuere Oratoriorum numerum, non abſolutè poteſtas interdiceretur Epiſcopis; ſufficiebat namque ſolummodò illis commendare, & prœcipere, ne facilè, & paſſim concederent tales facultates: aſt verò eis interdicitur abſolutè poteſtas concedẽdi, ut erigantur Oratoria ob defectum juriſdictionis; & hæc extitit ratio adæquata, cur declaratum fuit, quòd poteſtas dandi facultatẽ ad erectionem illorum, ſolius Pontificis erat; ratio quippe decidendi, quæ ponitur in diſpoſitionibus, denotat finem, & effectum diſpoſitionis, ut notum eſt apud omnes.

33 Accedit, quòd ſi Pontificis intentio eſſet Oratoriorum numerum minuere, non concederet Nuntijs, alijs Prælatis, & Mendicantibus privilegia ad Oratoria erigenda: atquî illis has elargitur facultates: ergò ejus intentio non fuit numerum Oratoriorum minuere, ſed conſervare ſuam juriſdictionem, & auferre Archiepiſcopis, & Epiſcopis illam, quâ utebantur, ſiquidem in jure eis erat conceſſa.

34 Minor ejuſdem confirmationis noſtram confirmat ſententiam. Conſequentia verò, etſi daremus maiorem, nobis non officit, quia quanvis finis eſſet minuere Oratoriorum numerũ, & hâc de causâ interdiceretur facultas erigendi; non ſequitur ablatam fuiſſe facultatem approbandi

bandi, quia cùm Pontifex declaret ſibi ſolummodò competere licentias dare ad erigenda Oratoria, in ejus poteſtate eſt eas clargiri, vel non, quin neceſſarium ſit revocare jus approbandi, ſiquidem ut iſtud exerceatur, priùs debet dari facultas erigendi, quâ à Pontifice negatâ, exercenda non erit.

35 Deinde, quia ſi hoc daremus, Pontifex ſuam poteſtatem reſtringeret, nec poſſet hujuſmodi licentias concedere, quia ſuperfluum foret facultates dare ad erigendum Oratorium, ſi illam non daret ad approbandum: atquî Pontifex quando concedit facultatem ad erigenda Oratoria, non exprimit ſe concedere licentiam ad illa approbanda; ſiquidem ſolummodò ponit clauſulam, quòd approbata ſint ab Ordinario: idemque accidit in licentijs à Nuntijs elargitis: ergò prohibitum non eſt Archiepiſcopis, & Epiſcopis Oratoria approbare, & viſitare, licèt illis prohibitum ſit facultatem concedere, ut ea erigantur.

36 Noſtram ſententiam videtur approbare P. Nog. *diſ.* 12. *ſect.* 4. quatenus firmat, poſſe Ordinarium revocare approbationes Oratoriorum à ſe factas, ductus hac ratione, nimirùm, quia ad quemlibet Epiſcopum pertinet providêre quæcumque in ſua Diœceſi ad Divinum cultum ſpectant, citatque Concil. Trid. *ſeſſ.* 22. *cap.* 8. *de reform.* & *ſeſſ.* 21. *cap.* 8. *de reform.* & plures refert AA. ac per conſequens pro noſtra ſtat ſententia, quæ tenet Epiſcopos de jure Ordinario ſibi competente poſſe Oratoria approbare; atquî ſi Epiſcopus approbans Oratorium, illud approbaſſet virtute commiſſionis Pontificiæ, non verò ex ſua propria juriſdictione ordinaria; non poſſet revocare approbationes à ſe factas: ergò non ut Delegatus, ſed ut Ordinarius Oratoria approbat.

37 Probatur minor, quia finitâ approbatione ex delegata poteſtate facta, functus eſt officio ſuo, ſicut delegatus, completâ delegatione, caret juriſdictione, functusq; eſt officio ſuo, ubi primùm ſententia executioni datur per *text. in cap. in literis, de offic. deleg.* ubi Auguſt. Barboſ. qui plurimos refert *n.* 3. Molin. *de juſtit. tract.* 5. *diſp.* 27. habetque unius anni ſpatium ad ſententiam exequendam, per *text. in cap. quærenti* 26. *eod. tit.* ubi etiam Barboſ. & Molin. *ſuprà citati.* Cum ergò per ſententiam approbationis finiatur juriſdictio delegata: vel dicendum eſt non poſſe Ordinarium approbationem à ſe factam tanquàm delegatum revocare: vel ſi poteſt revocare, dicendum eſt approbationem ab eo factam non procedere ex juriſdictione delegata, ſed ordinaria, quod verius eſt, & ex doctrina P. Nog. ut oſtenſum manet, clarè liquet.

38 Pro-

Digitized by Google

38 Probatur præterea ex doctrina ejusdem Patris. Potest Episcopus suspendere, & revocare approbationem Oratorij à se factam, & inhibêre etiam regulares exemptos, ne in illo celebrent, quando scilicèt ornatu, & decentiâ debitâ sciret destitutum, ex Concil. Trid. *sess.* 22. *cap.*8. *de reform. tit. de observ. & evitand. in celebrat. Missæ*, quod quidem Decretum Oratoria privata comprehendit, ipso Nog. teste allegante Salas *in select. commu. cap.* 18. *num.* 25. apud Barb. *in dict. Concil. num.* 25. & ratio ex eo assignata est, quia ad quemlibet Episcopum pertinet providêre quæcumque in sua Diœcesi ad Divinum cultum spectant, ex *ead. sess. Concil.* & *sess.* 21. *cap.*8 *de reform.* Ergò cùm ad Episcopum ex suo officio pertineat providêre, quæ conducunt ad Divinum cultum; sequitur non uti jurisdictione aliquâ delegatâ in approbatione Oratorij, sed sua propriâ ordinariâ, & ab eod. Concil. sibi datâ.

39 Dices: Concilium Episcopis concedere facultatem ad supradicta, eos delegatos constituendo; siquidem illos delegatos nominat: respondeo, nominare eos Delegatos, immò illos Delegatos constituere quoad visitationem Regularium, quàm, ut Ordinarij, ordinaria jurisdictione exercêre nequeũt: ast quoad illa, respectu quorum sunt Ordinarij, eos Delegatos non appellat; & patet quia solummodò eos nominat Delegatos, quando loquitur de Regularibus, ex quò infertur in alijs se habere tanquàm Ordinarios.

40 Adde doctrinam P. Nog. esse contra juris principia dictantia: illius esse revocare, cujus est condere: ergò si Episcopus, ut Delegatus, Oratorium approbet, non potest, ut purè Ordinarius, approbationem factam revocare: atquî per P. Nogueir. omnes approbationes à se factas revocare potest, ut ex dictis constat: ergò dum approbat Oratoria potestate delegatâ illa non approbat, sed propriâ, & ordinariâ.

41 Aliud etiam juris principium dictat; quòd ea quæ Apostolica authoritate statuũtur; Apostolicâ fiunt; *L.* 1. *Cod. de vet. jur.* Tusch. *tom.* 5. *lit. N. concl.* 67. Valasc. *consult.* 105. *num.* 63. Surd. *concil.* 301. *num.* 44. & 47. Phæb. *decis.* 28. *num.* 12. *tom.* 1. Barbos. *axiom.* 163. *num.* 1. Portel. *dub. regul. verbo statutum num.* 11. Lezan. *tom.* 1. *cap.*8. *num.* 22. *ad fin.* Tamburin. *de jur. Abbat. tom.* 3. *quæst.* 4. *num.* 9. Soar. *tom.* 4. *de Relig. tract.* 10. *lib.* 1. *cap.* 4. *à n.* 12. Anton. à Spirit. Sanct. *direct. regul. tom.* 3. *tract.* 4. *disp.*8. *sect.*2 *num.* 39. Ergò approbatio Oratorij ab Episcopo authoritate delegatâ facta, manet Apostolica: atque adeo irrevocabilis ab Episcopo authoritate suâ ordinariâ utente, siquidem potestas

Digitized by Google

inferior non poteſt revocare facta authoritate ſuperioris, ut notum eſt: ergò cùm P. Nog. ſuadeat poſſe Epiſcopum revocare omnes approbationes à ſe factas, tenetur ſequentèr fateri, approbationes Oratoriorum fieri ab Epiſcopo de jure ordinario, non verò delegato, atque adeo ſuam doctrinam revocare.

42 Inſuper adde: quòd reprobare ſemèl approbatum, ſolummodò competit dignitati Principis habentis merum imperium, non verò inferioribus, per *text. in L. ſi duos 6. §. decet verſ. ſed & reprobari ff. excuſat. tutor. L. ut gradatim. §. reprobari, Cod. de Profeſſor. & Med. lib.* 11 advertit Barboſ. *axiom.* 31 *num.* 3 *in fine*, & tenet inſignis Primarius Conimbricēſis Anton. Laurent. *in privat. ſchol. ad text. in L. fin. Cod. de jur. reipubl. lib.* 11. *num.* 28. *& ſeqq.* & Præceptor Franc. Cerveyra de Moraes *in rubr. Cod. de paſcu. public. lib.* 11. *à num.* 20. Atquî Ordinarij merum imperium non habent, quia Pontificem recognoſcunt ſuperiorem: ergò non poſſunt reprobare Oratoria ſemèl approbata, quia ſemèl approbatum, reprobari non poteſt, per *text. in L.* 13. §. 10. *ff. ad leg. Juliam de adul.* cum vulgaribus.

Cenſura RR. PP. MM. Congregationis Oratorij.

NOs inferiùs nominandi Cōgregationis Oratorij Theologi ſuperiorē Quæſtionē à perilluſtri, & non vulgaritèr erudito Domino Laurentio Pires Carvalho, Sereniſſimi Regis à Conſilijs, & à Cortina, ac Sanctæ Cruciatæ Commiſſario Generali egregiè diſcuſſam, ſyncero veritatis ſtudio legimus; ipſiusque Domini ſuper ejuſmodi quæſitum ſententiam gravibus quidem fundamentis ſuffultam, adeoque certò probabilem, immò & oppoſitâ multò probabiliorem cenſemus. Ulyſſipone, in hac Congregationis Oratorij Domo. 29. Novemb. 1695.

Franciſcus Pedroſo Sacræ Theologiæ Profeſſor, ac Studiorū Regens.
Antonius Carvalho Sacræ Theologiæ Profeſſor.
Didacus Curado Sacræ Theologiæ Profeſſor Primarius.
Antonius de Faria Sacræ Theologiæ Profeſſor Veſperarius.
Sebaſtianus Ribeiro Theologus.

Cenſuræ

Digitized by

Cẽſura P. Jacobi Tinoci Sylvij in Cõgregatione Oratorij olim primi, & primarij in Sacr. Theolog. Profeſſor.

EX præcepto ſubſcribo, ſed ex animo aſſentior reſolutioni Illuſtriſſimi Domini, peritiſſimique Doctoris, ac pervigilantiſſimi Commiſſarij Generalis Cruciatæ in hac tertia Quæſtione traditæ: neceſſariò interceſſit præceptum mihi homuncioni ſubſcripturo, tot, tantisque eruditiſſimis heroibus ſubſcribentibus: non indigebat animus precibus, tot dilucidationibus deciſione illuſtratâ. Ulyſſipone pridie Kalendas Julias à Reparatione Mundi 1696.

Jacobus Tinocus Sylvius.

Cenſura Illuſtriſſimi Domini Antonij Pereyra da Sylva, S. Inquiſitionis, & Trium Statuum Deputati, ac Canonici Magiſtralis in Eborenſi Sede.

ADhæreo opinioni Illuſtriſſimi Domini Commiſſarij Generalis. Ulyſſipone 2. Septembris, anno 1696.

Antonius Pereyra da Sylva.

Cenſura R. P. D. Emmanuelis Caietani Souſa, Clerici Regularis Divinæ Providentiæ, in Sacra Theologia Magiſtri, Examinatoris Ordinum Militarium.

LIbentiſſimè ſubſcribo Sapientiſſimo D. D. Laurentio Pires Carvalho, decidenti revocationes facultatum, quibus utebantur Ordinarij ad erigenda Oratoria, non comprehendere approbationem, & viſitationem ab ipſis Epiſcopis faciendam; idque probabilius exiſtimo, quàm oppoſitum, non ſolùm propter eximiam authoritatem tanti Doctoris, rem tam ſeriò, & eruditè verſantis; & eorum, qui hanc ſententiam ipſius Domini Commiſſarij Generalis veſtigijs inſiſtentes maximè probârunt; ſed etiam propter ſolidiſſimas rationes id proculdubio evincentes; quas nunquàm poterunt convellere adverſariorum argumenta, quæ in hac Quæſtione funditùs everſa videre eſt. Quapropter cenſeo Sapientiſſimi Doctoris

D. Laurentij Pires Carvalho, ſententiam tutiſſimam eſſe, & abſque ullo conſcientiæ ſcrupulo, poſſe eos, ad quos ſpectat, ex illius opinionis ductu operari. Hoc eſt meum judicium, ſalvo meliori. Ulyſſipone, die 8. Octobris, anno reparati ſæculi 1696.

Sub Cenſura

D. Emmanuel Caietanus Souſa C. R.



Digitized by Google

QUARTA QUÆSTIO

PROPUGNANDA PETIT.

Utrùm in Oratorio erecto per Pōtificiam facultatem, & ab Ordinario approbato, finito privilegio Pontificio, liceat virtute Bullæ celebrare, vel celebrare facere, exiſtente eàdem fórmâ, quâ approbatum fuit?

SUMMARIUM.

1 *DD. pro negativa.*
Pro ea ſtat praxis. Ibid.
2 *Princeps quit reprobare, quod ſemel approbavit.*
3 *Ordinarius ſolùm approbat pro tempore indulti.*
4 *Eodem modo ſe habet approbatus limitatè ad confeſſiones audiendas.*
Nec virtute Bullæ eſt poſtea eligibilis. Ibid.
5 *Licentia Papæ, & approbatio Ordinarij pari paſſu ambulant.*
6 *Bulla concedit facultatem celebrandi tantùm in Oratorijs, in quibus antea celebrare permiſſum erat.*
7 *Bullæ privilegium eſt perſonale.*
8 *Semel approbatum, manet ſemper approbatum, niſi concedens reprobet.*
9 *Bulla dat facultatem celebrandi, non vero erigendi.*
10 *Quando non adeſt facultas erigendi, deficit etiam facultas celebrandi.*
11 *Author pugnat pro affirmativa.*
12 *Approbatio Oratorij ſemper remanet.*
13 *Privilegium Oratorij eſt perſonale.*
14 *Approbatio tamen eſt de loco, non de perſona.*
15 *Privilegium conceſſum Cōmunitati, quamvis reſpiciat perſonam, dicitur reale.*
16 *Approbatio & erectio licèt connexa, eſſentialiter diſtinguntur.*
Erectio eſt actus facultativus, approbatio non ita. Ibid.
17 *Loco deſtructo evaneſcit approbatio.*
18 *Oratorij privilegium non extēditur ad duas domos.*
19 *Semel approbatus ſemper manet approbatus ſub eiſdem circunſtantijs.*
20 *Superveniente novo privilegio, nova approbatio non requiritur, & num.* 21.
22 *Princeps non ſolet ſine juſta cauſa revocare à ſe, vel à prædeceſſoribus conceſſa, &* n. 23.

Digitized by Google

24 *Nec Papa reprobat Oratorium finito tempore.*

25 *Conceſſum ad tempus poſt illud cenſetur denegatum in conceſſis à jure.*

26 *Approbatio durat etiam in diebus in Bulla prohibitis.*

27 *Ex Bulla plures Miſſæ dici queunt quotidie.*

28 *Ordinarius approbat juxta licentiam Apoſtolicam.*

29 *Impugnatur P. Moya, & nn. ſeqq.*

34 *Approbatio abſoluta ad confeſſiones nequit revocari ſine cauſa.*

35 *Abſolutè approbatus ſit eligibilis per Bullam etiamſi approbatio ſit reſtricta ad unum locum, ſeu ad viros tantùm.*

36 *Convincitur P. Sylv.*

37 *Prohibita eſt appellatio ſuſpenſiva à relatione Examinatorum in Eccleſijs Curatis, alitèr in ſimplicibus.*
Epiſcopus tenetur eligere illum, qui ab Examinatoribus dignior judicatur. Ibid.

38 *Parochus relicto beneficio remanet eligibilis per Bullam, & n. 39.*

40 *DD. pro ſententia Authoris.*
Diluũtur fundamẽta cõtraria.

41 *Praxis in præſenti ſtat pro facultate celebrandi, & n. 42.*

43 *Princeps poteſt reprobare, quod ſemèl approbavit datâ juſtâ causâ.*

44 *Papa nihil diſponit circa approbationem, & Epiſcopus non approbat limitatè.*

45 *Ordinarij approbant jure proprio.*

46 *Ordinarius approbat authoritate ordinariâ.*

47 *Verſatur differentia inter approbationem Cõfeſſarij, & Oratorij.*
Deſtructo Oratorio, & decẽtia, ceſſat approbatio. Ibid. *& n.* 48. *& 49.*

50 *Pro diebus prohibitis datur approbatio Oratorij.*

51 *Judicio Commiſſarij committitur arbitrium perſonæ, cui licentia conceditur.*

52 *Privilegium Bullæ aliud non ſupponit quoad celebrationem Miſſæ, & n. 53.*

54 *Oratorij approbatio non ſequitur perſonam.*

55 *Circa limitationem approbationis Oratorij nihil diſponitur in indultis.*

56 *Oratorium jam erectum nequit de novo erigi.*

57 *Diverſimodè ſe habet erectio Oratorij, & celebratio in illo jam erecto.*

1 QUæſtionẽ iſtam pro negativa ſententia fortitèr defendunt Moya *tom. 1. tract. 2. de Relig. diſp. 2. p. 2. §. 2. num. 9.* P. Nogueir. *de Bull. diſp. 12. ſect. 5 num. 71.* qui fatetur ſe à nullo inveniſſe hanc negativam ſententiam diſcuſſam, niſi à Moya. Eam etiam amplectitur P. Fr. Emman. à Sylva *de Bull. diſp. 3. art. 2. n. 14.* illam probant primo ex cõmuni fide-

fidelium praxi, quia finito tempore concessionis*, seu mortua persona, cui licentia Oratorij facta fuit, aut novam requirunt, aut Oratorij locum ad prophanos usus destinant, & eo in posterum ad celebrandum uti non audent; ut expressè tenet Moya suprà.

2 Secundò probant, quia Princeps potest reprobare, quod semel approbavit, ut patet *ex L. sed & reprobare, aliàs L. si duos 6. §. decet, vers. sed & reprobari ff. muneribus, & honoribus*: sed Pontifex reprobat Oratorium, finito tempore concessionis, quia solùm approbat pro vita personæ, cui indultum concedit: ergò hoc tempore transacto, nequit virtute Bullæ Cruciatæ in illo celebrari.

3 Confirmant deinde ex eo, quia Bulla requirit, quòd Oratorium maneat deputatum, & designatum ad cultum Divinum; atquî Pontifex, & ex ejus mandato Ordinarius solùm deputat, & designàt pro tempore indulti: ergò, eo elapso, nequit virtute Bullæ in eo celebrari.

4 Tertiò comprobant paritate desumptâ ab approbatione Confessarij; nam approbatus ad confessiones cùm limitatione ad tempus, non potest, eo transacto, confessiones excipere ex defectu approbationis, juxta cõmunem sententiam, de qua Soar. *in 3. p. tom. 4. disp. 28. sect. 7. num. 19.* Vasques *ibidem, quæst. 93. art. 3. dub. 5. num. 4.* Navar. *in summ. cap. 4. num. 10. & 11.* Dian. *p. 3. tract. 2. dub. regul. resol. 25.* Coordin. verò *tom. 7. tract. 1. resol. 70.* inde fit, quòd approbatus ad cõfessiones pro uno anno, eo elapso, non potest eligi virtute Cruciatæ, ut docent Ledesma, Henriq. Gutier. Ludovic. à Cruce, & alij citati à Barnaba Gallego *in Bulla cap. 9. clauf. 9. dub. 91. fol. 76.* eo quòd Bulla solùm concedit facultatem eligendi approbatum: ergò cùm Pontifex solùm concedat facultatem approbandi Oratorium pro tempore limitato, eo transacto, virtute Cruciatæ in eo celebrari nequibit; quam consequentiam legitimam vocat dict. P. Moya, cujus hæc sunt formalia verba *dict. n. 11.*

5 Corroborat dict. Pater suam sententiam ex eo, quia Põtifex non magis extendit approbationem, quàm licentiam celebrandi, ut ex illius diplomatis, tenore constat, nec aliam esse ejus voluntatem potest verosimiliter præsumi. Alias quodlibet Oratorium, semel ex causa nobilitatis, vel infirmitatis concessum, perpetuitatem quãdam, ratione Bullæ Cruciatæ, sortiretur, quo ignobiles, aut vilissimi pro libito, nullâ requisitâ licentiâ, uti liberè possent, & brevi tempore vilium etiam personarum domus in Ecclesias converterentur, non levi Christianæ Religionis, & Divini cultûs jactu-

cturâ, quod juxta Pontificis mentem nunquam præsumi potest.

6 Confirmatur etiam eadem negativa sententia, quia in Bulla solùm conceditur facultas celebrandi in Oratorijs, in quibus aliàs ex vi alterius indulti permissum est celebrare: ergò dùm aliud non subsistat, vi cujus permittatur, nequaquam licèbit virtute Cruciatę in eo celebrare. Ita concludit P. Moya locis citatis, cui subscribit P. Nogueir. suprà etiam citatus.

7 Qui quidem Authores eandem sententiam sic probant, quia Oratorij approbatio perit, pereunte illo, qui ad Oratorium habuit indultum, vel divertente illo ad aliam domum absque spe brevi redeundi ad eandem domum: ergò cùm non maneat approbatum, non potest aliquis in eo celebrare, vel celebrare facere, virtute Bullæ: antecedens probant, quia Ordinarius illud Oratorium approbavit, juxta licentiam in indulto concessam: sed in indulto non conceditur licentia, nisi personæ in illo expressæ: ergò illa pereunte, vel aliò divertente eo, cui concessum est Oratorium, hoc non manet approbatum: secùs diceretur, Ordinarium posse approbare Oratoria pro tempore, pro quo à Pontifice non sunt concessa; quod est contrà declarationes PP. suprà transcriptas in secunda quæstione.

8 Deinde ait dict. P. Nog. dici non valere: semèl approbatum, semper manet approbatum; quia id intelligitur, nisi Princeps reprobet: ast Oratorium, finito tempore concessionis Pontificiæ, manet reprobatum, quia pro reliquo tempore non fuit approbatum: ergò virtute Bullæ in eo celebrari non potest, nec celebrari facere; quanvis enim in Oratorio maneat eadem decentia, & ornatus, ut antea, non manet mortuo, vel aliò abeunte privilegiato eadem approbatio; sicut, licèt maneat eadem licētia, & morum probitas in Sacerdote cū limitatione tēporis approbato, nō manet tamē illo trāsacto approbatio. Sic ratiocinatur P. Nog.

9 P. verò Fr. Emman. à Sylva, loco jam citato, etsi fateatur Commissarium tales præbuisse facultates de consilio R. P. M. Fr. Ignat. da Costa apprimè doctiss. attamen pro negativa sententia pugnat, quam unico probat fundamento, scilicèt: talis concessio non est celebrandi in Oratorio, sed illud erigendi; talis enim locus jam non habet privilegium Oratorij; sed Commissarius non potest concedere facultatem erigendi Oratorium: ergò nec hanc licentiā præstare.

10 Facit etiam pro hac negativa sententia doctrina Pasqualig. *de sacrif. nov. leg. tom.* 1. *tr.* 1. *de Orator. privat. quæst.* 661. *n.* 5. firmantis, quòd quando non adest facultas erigendi privatum Ora-

Oratorium in ordine ad celebrationem, inferri etiam potest, quòd nec adsit in ordine ad privatam celebrationem, cùm in hujus solius concessione censeatur etiam concedi erectio Oratorij; atquî Commissarius non potest erigere oratorium: ergò nec licentiam concedere, ut in tali Oratorio celebrari possit. Hæc sunt fundamenta, quæ pro negativa sententia à DD. adducuntur; quibus tamen non obstantibus.

11. Affirmativam sententiam tanquàm veriorem amplectimur; astruimus namque posse virtute Bullæ, & de licentia Commissarij in Oratorio ab Ordinario approbato celebrari, seu celebrare fieri, si finito privilegio Pontificio, Oratorium remanet in eodem statu, & cum eadem decentia, quâ erat, quando fuit approbatum.

12 Probatur 1. nostra sententia ex eo, quia licèt privilegium à Pontifice concessum ad Oratoria erigenda, sit personale, finiaturque cum persona, juxta *cap. privilegium, de regul. jur. in 6. L. unic. §. ne autem, Cod. de caduc. toll.* tamen Oratorij approbatio semper remanet, quia personam non respicit, sed locum decentèr ad cultum Divinum ornatum; quâ de causâ non finitur cum personâ, sed solummodò destructâ domo, seu decentiâ; & hac conservata, utique conservatur approbatio; atquî datâ Oratorij approbatione, potest quis virtute Bullæ celebrare, seu celebrari facere: ergò in prædicto Oratorio, quanvis finiatur privilegium, cùm non finiatur approbatio, celebrari potest virtute Bullæ.

13 Dices; approbatio utique etiam est personalis, quia fit intuitu personæ, cui privilegium conceditur, sine quo non est facienda; nam primò, & principaliter tendit ad personam, postea verò ad locum: ergò etiam finitur cum privilegio personali, cui adhæret, taliter quòd sint inseparabiles, quia nec dari potest approbatio absq; privilegio erigendi Oratorium, neque privilegium, quoad usum, absque approbatione: ergò finito uno, etiam alterum finitum dicendum est.

14 Respondeo, quòd quanvis approbatio respiciat personam, cui privilegium conceditur, tamen approbatio non est de persona, sed de loco, & ejus decentia, ideoque non extinguitur cum persona, sed cum loco, & ejus decentia.

15 Nec dici potest personalis, sed realis, sicut accidit in privilegio concesso Communitati, quod etiamsi respiciat personam particularem, non dicitur personale, sed reale, Donat. *tom. 1. p. 1. tract. 4. q. 2. num. 12. & 13.* Soar. *lib. 8. de legib. cap. 3. num. 4.* Roderic. *tom. 1. q. 61. art. 14. §. ex quibus*, Portel. *verbo Privil-*

gium

gium num. 4. Bard. *resol.* 52. *n.* 23. Pal. *tract.* 3. *disp.* 4. *p.* 2. *num.* 2. Fr. Anton. à Spirit. Sanct. *direct. regul. tom.* 1. *disp.* 1. *sect.* 1. *num.* 5. Fagund. *in* 6. *p. Decalog. lib.* 6. *cap.* 12. *num.* 35. Lezan. *verb. privilegium num.* 4. *& verb. commissio, num.* 3. Tamburin. *de jur. Abbat. tom.* 1. *disp.* 16. *p.* 11. *num.* 2. personalia namque dicuntur, quæ personam sequuntur, realia verò, quæ ad rem aliquam tendũt. §. *omn. inst. de act.* estque communis sententia: ergò cùm approbatio respiciat locum, & decentiam, dicendum est non esse personalem, sed realem, ac per consequens non finiri cum persona, nisi destructo ornatu, & decentia Oratorij, quia approbatio loci, & Oratorij non est determinata ad personam, sed ad ipsum locum, & Oratorium, ex Bard. *de Bull. p.* 2. *tract.* 2. *cap.* 2. *sect.* 2. *n.* 21.

16 Confirmatur hoc, quia licèt approbatio, & erectio sint inter se connexa, & accessoria, talitèr, quòd ad celebrandum debeant concurrere, quia nec erectio sine approbatione sufficit, neque approbatio sine erectione existere, neque effectum habere potest; tamen essentialitèr inter se distinguuntur, quia erectio est actus facultativus, ex merâ gratiâ, neque fit injuria, si denegetur, neque à tali denegatione appellari potest; at verò approbatio est actus justitiæ, ita ut quòd si negetur, & non approbetur Oratorium, datâ convenienti decentiâ, ad superiorem datur recursus, ut satis annotavimus *q.* 3. *n.* 9. *p.* 208. Ergò quanvis extinguatur privilegiũ erigendi Oratorium, & celebrãdi, non inde sequitur extingui approbationem, quæ quidem existit, dùm permanet decentia, & ornatus; nam sicut durat privilegium pro vita concessum, neque extinguitur, nisi pereunte vita illius, cui conceditur, ita etiam durat approbatio loci, dùm non destruitur locus, & illius ornatus approbatus; approbatio namque (ut jam diximus,) non respicit personam, sed locum, quanvis enim ad intuitum personæ detur approbatio, locus tamen est approbatus, non verò persona.

17 Patet hoc evidentiùs, quia existente persona, ad cujus instantiam fit approbatio, si tamen locus approbatus, sit destructus, vel extinguatur decentia, & ornatus, celebrari non potest absque nova approbatione: ergò approbatio non tendit ad personam, sed ad locum, quia alitèr existeret cum persona, neque extingueretur, nisi personâ extinctâ; at verò approbatio evanescit destructo loco: ergò ad locum, non verò ad personam tendit, ac per cõsequens est realis, non verò personalis, existitq; licèt extinguatur persona, cui privilegium concessum fuit.

18 Corroboratur suprà dicta

cta doctrina ex traditis à P. Sylva *de Bull. diſp. 3. art. 7. num. 17. & ſeqq. pag. 217.* ubi ait non poſſe quemlibet ratione unius Brevis in duabus domibus Oratoria erigere, & ita declaraſſe Pontificem ex Mirel. *in Theolog. moral. tom. 3. diſp. 6. cap. 8. dub. 22. num. 128.* fundaturque in eo, quòd per novum Oratorium perijt antiquum, indè ſic infero; ergò approbatio perſonam non ſequitur, ſiquidem perijt non extinctâ perſonâ, nam ſi ſolummodò perſonam reſpiceret, non finirêtur extructo, & approbato novo Oratorio, ſed tantùm extinctâ perſonâ; ſequerêturq; perſonã, quocumque iret; atquî hoc verùm non eſt, quia trãſeunte perſonâ ad novum domicilium, vel novo Oratorio extructo, nova requiritur approbatio: ergò hæc non eſt perſonalis, ſed loco inhærens.

19 Probatur 2. noſtra ſententia ex vulgari axiomate dictante, quòd ſemèl approbatus, ſempèr manet approbatus, manentibus circunſtantijs, ſub quibus fuit approbatus, *L. Pomponius ff. negot. geſt.* Surd. Sanch. & alij relati à Barboſ. *axiom. 31. n. 3.* ſolummodò enim Princeps poteſt reprobare, quod ſemèl fuit approbatum, *L. ſed & reprobare ff. de excuſat. tut. L. ut gradatim §. reprobare, ff. de muner. & honor.* ergò Oratorium conſervans decentiam, & ornatum, quo, durante privilegio, fuit approbatum, etiam privilegio extincto, approbatum manet: ergò virtute Bullæ poteſt quis in eo celebrare, vel celebrari facere, ſiquidem, ut patet ex Bullæ contextu, in Oratorio approbato celebrari poteſt virtute ſupervenientis privilegij Bullæ.

20 Confirmatur hoc ex traditis à P. Sylva *loc. cit. n. 19. pag. 218.* ubi noſtram ſententiam reprobans ſibi contrarius, ut videtur, ait in verbis ibi: *Adverte tamen, hoc non eſſe intelligendum in caſu, in quo habens privilegium facit celebrare in loco approbato ratione alterius privilegij, nam tunc non erigit novum altâre, ſed utitur ſuo privilegio præcisè perſonali.*

21 Tunc ſic: ex hac doctrina non extinguitur approbatio per extinctionem privilegij, ſiquidem extincto uno privilegio (quod certum eſt extingui, quoniam neceſſarium eſt ſuperveniens) non requiritur nova approbatio; atquî idem accidit in noſtro caſu, ubi extincto Brevi Apoſtolico, remanet eadem approbatio; igitur in tali Oratorio poteſt quis celebrare, ſeu celebrari facere ratione alterius privilegij, nempè Bullæ; non enim capio differentiam inter unum, & alium caſum.

22 Dices; Princeps poteſt reprobare, quod ſemèl approbavit, *ex d. L. ſed & reprobari, aliàs L. ſi duos 6. §. decet verſ. ſed & reprobari ff. muner. & honor. L.*

ut gradatim 11. §. *quoties verſ. reprobari ff. de muner. & honor*: ſed Pontifex reprobat Oratorium, finito tempore conceſſionis, quia ſolùm illud approbat pro vita perſonæ, cui indultum concedit: ergò hoc tempore tranſacto, non remanet approbatum, & nequit in eo, virtute Bullæ, celebrari.

23 Reſpondeo, concedendo maiorem, datâ juſtâ causâ, & expreſsâ reprobatione; illam verò negando, juſtâ causâ non datâ, neque expreſsâ derogatione, quia Pontifex, & Principes non ſolent à ſe conceſſa, vel à prædeceſſoribus variare abſque juſtâ causâ, Rota *dec.* 33. *num.* 17. & 18. *de præb. in antiq.* Joan. Monach. *in cap.* 1. *de conceſſ. præb. in 6. num.* 21. ex eo, quòd conſtantes eſſe debent, & immobiles, Philip. Rob. *in regl. fruſtra* 75. *num.* 5. *de regul. jur. in* 6. Flamin. *de reſign. lib.* 3. *q.* 18. *num.* 92. Marcin. Laud. *tract. de Princip. q.* 258. Burſat. *conſ.* 76. *lib.* 1. Roland. poſt Bald. & alijs *conſ.* 13. *à num.* 54. *verſ.* 3. nam Pontifici convenit illud, quod ſcripſi, ſcripſi, Gom. *in proœm. regl. Canc. q.* 2. *ſub num.* 14. *ant. med.* Atquî in dubio ſemper præſumitur pro non reprobatione *L. quoties ff. reb. dub. cap. Abbate, verbo ſignif. & gl. in ſumm. ad fin. verſ. item in dubio* 25. *q.* 2. Federic. à Senis, *conſ.* 133. *prope fin. verſ. item in dubio lib.* 1. Roman. *conſ.* 237. *n.* 1. *verſ. eſt enim*, Calderic. *conſ.* 11. *circa fin. verſ. præterea negari non poteſt, ſub tit. de privileg.* Cardin. *can.* 52. *num.* 6. *circa med. verſ. item petito*, Dec. *conſ.* 371. *num.* 12. & 18. & *conſ.* 380. *num.* 24. & 25 *lib.* 3. Alciat. *reſp.* 19. *num.* 4. Pariſ. *conſ.* 61. *num. fin. lib.* 2. Rota *dec.* 139. *num.* 5. & 6. *p.* 2. *diverſ.* Menoch. *de præſumpt. lib.* 6. *præſ.* 37. *num.* 7. & *præſumpt.* 4. Sanch. *lib.* 8. *de matrim. diſ.* 31. *num.* 25. Pal. *de leg. d.* 6. *punct.* 16. §. 5. *n.* 3. Rota iterum *dec.* 458. *num.* 1. *p.* 1. *diverſor.* fortiùsque hoc procedit per *text. in* §. *ſemèl inſt. quibus ex cauſ. man.* ibi: *Semèl autem cauſa approbata, ſivè vera, ſivè falſa, non retractatur.* text. *in L.* 13. §. 10. *ff. ad leg. Juliam de adult.*

24 Ad minorem igitur reſpondeo, negando, Pōtificem reprobare Oratorium finito tempore conceſſionis, quia nullibi in privilegijs à PP. indultis invenitur reprobata talis approbatio; nam Pontifex nil diſponit circa approbationem, ſed ſolummodò circa celebrationem Miſſæ. Approbationem verò relinquit juri communi, & ſolummodò requirit, ut conditionem, quòd Oratorium ſit approbatum, non deſignans tempus approbationis, ſed quoad celebrandum præfinit vitam illius, cui privilegium cōcedit.

25 Et quanvis conceſſum ad tempus, poſt illud denegatum cenſeatur ex Barb. *axiom.* 46. hoc procedit in rebus jure conceſſis, non verò in alijs; cùm ergò ſolum-

lummodò Missæ celebratio concessa inveniatur, non verò approbatio, non verificatur minor, & per consequens corruit consequentia, solummodò namque concludit argumentum finiri, & reprobari privilegium celebrandi Missam, finito tempore à Pōtifice præfinito; sed quoad approbationem nil concludit argumentum, cùm de eâ non disponat Pontifex, nisi conditionem imponendo, ut procedat sicut de jure debet antequàm in Oratorijs celebretur: facultas namque ad Oratorium intelligitur servatis servandis, & cùm ad Ordinarios pertineat decentia, & ornatus ad celebrandum, ut probavimus *quæst.* 3. *à n.* 23. *pag.* 214. ideo Pontifex nil de hac re disponit, sed eam relinquit Ordinariorum juri.

26 Confirmatur præterea: quia si Oratorij approbatio esset solummodò pro tēpore, quo indultum conceditur, & extra illud reprobatum diceretur, sequerētur, quòd diebus in indulto prohibitis, etiam reprobatum existeret, neque posset dici Oratorium pro illis diebus approbatum, cùm Pontifex expressè prohibeat prædictis diebus Missam in privatis Oratorijs celebrare: atquî ferè omnes unanimiter fatentur posse virtute Bullæ celebrari in Oratorijs diebus in indultis ad Oratoria prohibitis, ut cum multis P. Nog. *disp.* 12. *sect.* 6. *num.* 84. *cū seqq.* Moya *tom.* 1. *tract.* 2. *de Relig. q.* 2. §. 2. *num.* 14. Sylva *de Bulla disp.* 3. *art.* 3. *num.* 13. *cum seqq.* qui omnes tenent negativam resolutionem nostræ quæstionis: ergò si non est reprobatum Oratorium, & ejus approbatio in diebus expressè à Pontifice prohibitis in eodem indulto, dicendum est, non esse reprobatum pro tempore, in quo expressa non datur reprobatio, sed ad summum solùm tacita, & præsumpta.

27 Ulteriùs: In indultis ad Oratoria, expressè Pontifex declarat solummodò concedere facultatem ad unam tantùm Missam celebrandam: ex quo infertur esse prohibitum alias celebrare, vel celebrari facere: atquî ijdem DD. firmant virtute Bullæ posse non solùm in prædictis Oratorijs unam, sed plures celebrari Missas, ut idem Sylva *loco citato num.* 11. Moya §. 1. *num.* 5. & 6. Nog. *sect.* 7. *num.* 89. Ergò si ad expressè prohibita, valet approbatio, & non dicitur revocata, quarè ad alia nō prohibita, non valebit? Non video differentiæ rationem.

28 Probo suprà dicta ex argumentis formatis ab eod. Nog. *dict. sect.* 5. *num.* 72. qui ita ait probando antecedens sui syllogismi, in hunc modum: *Antecedens probatur, quia Ordinarius illud Oratorium approbavit juxta licentiam illi in indulto concessam.* Tunc sic: ipsa licentia in indulto concessa, est tantùm ad unam Missam expressè, & cum prohibitione expressâ in diebus excep-

Digitized by Google

ptis in ipſo indulto : ergò ſequitur non dari approbationem pro diebus prohibitis in indulto, neque pluſquam ad unam Miſſam ; ac per conſequens , non poſſe virtute Bullæ niſi unam tantùm celebrari Miſſam , neque celebrari in diebus in indulto prohibitis : atquî hoc à ſuprà dictis DD. negatur : ergò etiam illud ex quo ſequitur eſt negandum ; ac per conſequens dicendum eſt non extingui approbationem, quanvis finiatur indultum,ex eo, quia indultū reſpicit perſonam, cum qua extinguitur, approbatio verò reſpicit locum , qui non extinguitur, niſi pereunte decẽtia, & ornatu , deſtructoque loco.

29 Huic fundamento reſpondet P.Moya *dict.*§.2.*num.* 11. non limitari approbationem pro diebus in indulto prohibitis, neque ad unam tantùm Miſſam , aliàs novam approbationem neceſſariam eſſe ; quod negat pro his diebus, & pro alijs Miſſis celebrandis ; ſed ſolummodò ſufficere licentiam celebrandi in tali Oratorio ſic approbato , firmatque hanc dari in Bulla ; atque adeo ejus virtute poſſe celebrari in diebus in indulto exceptis , & in alijs plures Miſſas ; probatque dict. P. ſuum aſſertum exemplo à ſimili de Confeſſario ad annum approbato habente licentiam limitatam ad abſolvendum , exceptis reſervatis , qui ad hæc toto anno eligibilis eſt: ita dict. Pater.

30 Fateor ingenuè me hanc non capere ſolutionem , quia ſi approbatio non limitatur pro diebus expreſsè prohibitis , & pluralitate Miſſarum expreſsè etiam prohibita , quomodò dici poteſt hanc eſſe limitatam pro vitâ illius , cui indultum conceditur? Maximè cùm non inveniatur expreſſa talis limitatio,ſed ſolummodò tacita , & præſumpta ; & juris regulæ dictent, tacitum non ſufficere , ubi expreſſum requiritur, ex Barb. *axiom.* 89. *num.* 1. & in privilegijs non ſufficere tacitum , ſed expreſſam revocationem requiri,ut eſt vulgare. Item expreſſi maiorem vim eſſe, quàm taciti , & expreſſum , tacitum ceſſare facere,ex eod.Barboſ. ergò ſi expreſſa prohibitio in diebus exceptis , & de unâ tantùm Miſſâ non impedit Bullæ privilegium , quomodò hoc reſtringi poteſt per mortem illius , cui indultum conceditur ; revocando approbationem, quæ in eiſdem terminis,quibus antea, invenitur ; & operante plus tacito, quàm expreſſo ?

31 Deinde totale negativæ ſententiæ fundamentum conſiſtit in eo , quòd approbatio ſit pars connexa conceſſionis , ita quòd extinctâ facultate in indulto cõceſſâ , extinguatur approbatio ; & quia cùm conceſſio ſit reſtricta ad vitam , ideò approbatio reſtricta ad vitam eſſe debeat;ſed conceſſio eſt reſtricta ad unam tantùm Miſſam , & certis diebus

ex-

exceptis: ergò quoad hoc etiam eſt reſtricta approbatio; atquî etiam ut ex adverſo Moya fatetur, plures Miſſæ poſſunt celebrari virtute illius approbationis, vel etiam omnibus diebus licet celebrare, etiam in indulto exceptis: ergò vel dicendum eſt approbationem non extingui cum ipſa facultate, vel requiri novam approbationem pro diebus exceptis in indulto, & ad alias celebrandas Miſſas, quod omnes contrariæ ſententiæ Patroni tenacitèr negant.

32 Exemplum allatum de Confeſſario approbato pro abſolutione, exceptis reſervatis, plus pro noſtra, quam pro contraria facit ſententia, quia conceſsâ ex adverſo paritate in una, & alia approbatione, ſicut ſufficit approbatio cum denegatione facultatis abſolvēdi à reſervatis, ut virtute Bullæ ab illis abſolvi poſſit, non obſtante limitatione approbationis, ſic ſimilitèr ſufficiet approbatio Oratorij, cum limitatione facultatis ſacrum faciendi, durante vitâ illius, cui conceditur; quia poſt ejus vitæ lapſum, & extincto illo privilegio, ſubintrat privilegium Bullæ, & locum habet, cùm jam detur Oratorium approbatum, ſicut datur Confeſſarius approbatus, licèt cum illa reſtrictione.

33 Paritas in una; & alia approbatione probatur ex dictis *quæſt.* 3. *num.* 10. *pag.* 217. & ſimilitèr differentia, quæ datur in jure approbandi, & jure concedēdi facultatem ad erigenda Oratoria, & ad confeſſiones audiendas; differunt tamen una, & alia facultas in eo, quòd approbatio ad confeſſiones audiendas præcedit facultati ad abſolvendum, quia priùs quis approbatur, quàm illi concedatur juriſdictio, & ideo quanvis quis idoneus ſit, tamen illi negari poteſt juriſdictio, cùm illud prius ſit actus juſtitiæ, & hoc poſterius gratiæ: at verò in Oratorijs priùs conceditur facultas ad erigendum, quę eſt merè facultativa, & poſtea fit approbatio, quæ eſt actus juſtitiæ independens à voluntate approbantis, ſolùmque dependens à merâ juſtitiâ; atque adeo negari non poteſt.

34 Probo hanc differentiam dari, ex doctrina ejuſdem P. Nogueir. *diſp.* 14. *ſect.* 9. *num.* 92. ubi firmat approbationem abſolutè factam ad confeſſiones audiendas, non poſſe ſine cauſa revocari, & quòd ſi revocata fuerit, talis revocatio erit nulla, ex *text. in cap. accepimus, de ætat. & qualitat. ord.* quod ex eo procedit, quia datâ ſufficiente ſcientiâ, fit injuſtitia revocando, quod idem procedit in approbatione Oratorij: tunc ſic; facultates tam ad confeſſiones audiendas, quàm ad erigenda Oratoria revocari poſſunt, quia ſunt actus merè facultativi. Ergò diverſimodè ſe habent approbatio, & facultas ad conſcientias expiandas.

35 Tertiò probatur noſtra reſolutio ex dictis à P. Sylva *tr.* 3. *art.* 7. *num.* 14. *cum ſeqq.* nempè approbatum ab Epiſcopo ſine ulla limitatione, & conceſſione juriſdictionis, eſſe eligibilem virtute Bullæ, quod probat cum Trullench. *lib.* 1. §. 7. *cap.* 1. *dub.* 3. *num.* 5. & Reginald. idem etiam tenet Henriq. *de panit. cap.* 6. *n.* 3. *lib.* 3. Roderic. *in addit. ad* §. 4. *num.* 3. Gutier. *qq. Canon. cap.* 27. *num.* 22. Ludovic. à Cruce *in expoſit. Bullæ lib.* 1. *diſp.* 1. *cap.* 2. *dub.* 6. *num.* 8. *& ſeqq.* Etiam dict. P. Sylva ſuſtinet *num.* 27. approbatum pro uno loco, extra illum eſſe eligibilem per Bullam. Item *num.* 32. firmat, approbatum ad viros tantùm, eſſe eligibilem à mulieribus; idem defendit Torrecilla *tom.* 2. *moral. tract.* 4. *diſp.* 3. *num.* 63. cum Caſpenſ. & Pal. Ergò ſi approbatus abſolutè, etſi illi non detur juriſdictio, eligi poteſt, quia eſt approbatus, & per Bullam juriſdictionem accipit à Pontifice, ut tenet Ludov. à Cruce ſuprà *num.* 10. & 11. etiam approbatio Oratorij abſq; alio privilegio ſufficiet ad celebrandum, quia privilegium in Bullâ à Pontifice conceditur; & ſicut limitatio approbationis nō officit, ne confeſſiones audiantur, virtute Bullæ; ſic quoque virtute ipſius Bullæ non officiet Oratorijs.

36 Neque obſtāt, quæ idem P. Sylva ex Nunio refert *n.* 18. nempè miniſtros Epiſcopi in Senatu, quoad examen, vota reſolutiva non habere, ſed conſultiva; hoc enim convincitur ex eod. Patre, qui eodem loco ait, ſufficere approbationem Vicarij Generalis: ſi ergò Vicarij Generalis approbatio ſufficit, quia eſt Epiſcopi Delegatus; utiq; etiam Miniſtri Senatûs, quibus Epiſcopus examina committit, ſunt illius Delegati, & vota habent deciſiva, quoad ſcientiam; illorumque approbatio eſt legitima, ideoque declarant per ſententiam eſſe examinatum, & approbatum Sacerdotem ad cōfeſſiones audiendas: neque ad approbationem aliud requiritur, & ſolummodò exercitium juriſdictionis pendet ab Epiſcopi licētiâ; ſolumque conceditur Proviſori, ut eam elargiri poſſit, in conſtitutionibus hujus Archiepiſcopatûs Ulyſſiponenſis *lib.* 1. *tit.* 10. §. 1. *pag.* 8. non verò approbatio, quæ ad Examinatores pertinet.

37 Probatur hoc, quia, quāvis in Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *de reformat. cap.* 18. prohibita ſit appellatio à relatione Examinatorum, in Eccleſijs tamen curatis eſt quo ad partem ſuſpenſivam, non verò quo ad devolutivam, ut patet ex verbis ibi, *nulla devolutio*, tenetque cum multis Barboſ. *ad idem Concil. num.* 154. At verò ex *ſeſſ.* 7. *de reform. cap.* 13. in Beneficijs ſimplicibus datur appellatio ex eod. Barboſ. *in dict. ſeſſ. num.* 16. & *de poteſtat. Epiſc.*

Epiſc. p. 3. *alleg.* 60. *num.* 96. *& de offic. Paroch. p.* 1. *cap.* 2. *num.* 138. quanvis Pegas *forenſ. cap.* 15. contrarium teneat, Tondut. *qq. Beneficiar. p.* 1. *cap.* 59. *num.* 2. Salgad. *de Reg. protect. p.* 5. *cap.* 13. *num.* 198. qui omnes, & alij quãplurimi ab eiſdem relati firmant, teneri Epiſcopum eligere ad beneficia eum, qui dignior in examine inventus fuerit ab Examinatoribus, & ſolummodò, quando æqualitèr omnes approbati fuerint, tam in ſcientia, quàm in moribus, & alijs circunſtantijs dari locum gratificationi, & poſſe eligere quem maluerit, de quâ materiâ vide propoſitionem 47. ex damnatis ab Innocentio XI. de câque tractantes nimirùm Lumbier *pag.* 184. Cardenas *pag.* 583. *cum ſeqq.* Torrecill. *pag.* 454. & *in examine poteſt. & juriſdict. Epiſc. tract.* 5. *quæſt. unic. ſect.* 5. *difficult.* 1. & Corella *pract. Confeſſ. pag.* 178. *num.* 191. Ergò ſi Epiſcopus tenetur eum eligere; qui dignior ab Examinatoribus fuerit propoſitus, certum eſt habere examinatores votum deciſivum, & non conſultivum, aliàs enim ab eorũ approbatione appellari non poſſet, quia non datur appellatio, niſi à ſententia deciſiva, ſeu interlocutoria cum damno irreparabili, ut notum eſt apud omnes; ac per conſequens non puerile, neque abs re (ut ex Nunio dicit idem P. Sylva) erit dicere approbatum abſolutè à Senatoribus per ſententiam abſque juriſdictione ab Epiſcopo conceſsâ, eſſe per Bullam eligibilem, cùm in eo detur circunſtantia approbationis requiſita per Bullam, à quâ juriſdictionem recipit per Pontificis conceſſionem.

38 Quartò probatur noſtra ſententia ex adductis à Ludovic. à Cruce *de Bull. diſp.* 1. *c.* 2. *dub.* 7. aſſerente Parochum relinquentem beneficium curatum, eſſe per Bullam eligibilem, qui quidem *num.* 8. *pag.* 66. ſic ait: *Ad ſecundum reſpondetur; quòd licet à principio fuerit facta approbatio illius intuitu beneficij, tamen poſtea conſervatur, & durat talis approbatio omiſſo beneficio, quia collatio beneficij non ſe habet ut ratio formalis talis approbationis, ſed ut occaſio illius & ideo non ſequitur, quòd ablato beneficio, auferatur approbatio, niſi aliàs id exprimeret Prælatus, dicens ſe reprobare illum, qui amiſit, vel reliquit beneficium parochiale.* Citatque Villalob. *tract. de pœnit. diſſic.* 55. & Soar. *tom.* 4. *diſp.* 28. *ſect.* 4. *n.* 20. meliùs verò *tract.* 27. *clauſ.* 9. *num.* 4.

39 Igitur ſi collatio beneficij non ſe habet, ut ratio formalis approbationis, ſed ut occaſio illius, ideoque ablato beneficio, non proinde aufertur approbatio: eodem etiam modo indultum ad erigendum Oratorium non eſt ratio formalis approbationis, quanvis ſit occaſio illius, quia ratio formalis, & finalis, illa

eſt, quæ inducit concedentem ad indulgendum: ergò Nobilitas, & ſimiles cauſæ Pontifici in ſupplicatione expoſitæ, non verò approbatio, eſt formalis ratio conceſſionis, quâ finitâ, non ceſſat approbatio: ac per conſequens, illa exiſtente, poteſt virtute Bullæ quis celebrare, ſeu celebrari facere, cùm approbatio Oratorij in ordine ad celebrandum, eodem modo ſe habeat, ac approbatio Confeſſarij in ordine ad confeſſiones audiendas, ut fatetur Moya *tract.* 2. *diſp.* 3. *q.* 2. §. 2. *num.* 3. & tenent omnes.

Doctores, qui noſtram tuentur ſententiam.

48 Alia fundamenta omitto, ne prolixior fiam, quæ videri poſſunt apud AA. noſtræ ſententiæ adhærentes: eorum formalia verba libet referre. Primus ſit Thom. Hurtad. *tom.* 2. *reſol. moral. tract.* 12. *cap.* 1. *in degreſſione de virtute Bullæ n.* 2177. ubi quæſtionem noſtram proponit, & reſolvit *in fin. dict. num.* pro noſtra ſententia, & meliùs §. 5. *num.* 2245. ſic ait: *Et in Oratorio ſic ſemel approbato, ſemper ineſt approbatio, & de illo dico, quòd quamvis in domo, in quâ ſitum eſt, habitent diverſi moratores, quilibet poteſt ratione Bullæ Cruciatæ celebrare, ſi ſit Sacerdos; & ſi laicus, celebrari facere.*

Secundus: Trullench. *de Bull. lib.* 1. §. 3. *dub.* 4. *num.* 6. & quamvis *num.* 7. dicat non licêre alicui Oratorium habere in domo privata, tamen noſtram ſententiam veriſſimam fatetur, ibi: *Attamen, etſi veriſſimum ſit, licêre per Bullam celebrare, vel celebrari facere in Oratorio privato ab Epiſcopo approbato.*

Tertius: Quintduen. *tom.* 1. *moral. tract.* 7. *ſing.* 32. *num.* 4. ibi: *Si contingat privilegiatum mutare ſe ad aliam domum, ubi exiſtebat Oratorium jam ab Epiſcopo approbatum; & in eo ornatus ille, quo uſus fuit in Oratorio priùs approbato, collocetur, nova approbatione, aut viſitatione non erit opus, cùm utrumque jam ſit approbatū, & locus Oratorij, & illius ornatus.* Quem affert Dian. *miſcell. quæſt.* 9. *tract.* 1. *reſol.* 12. Coord. verò *tom.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 26.

Quartus: Tambur. *in opuſc. de ſacrif. Miſſ. lib.* 1. *cap.* 4. §. 4. *n.* 11. & 37. ibi: *Ita in Oratorio limitatè approbato, ex vi talis limitatæ approbationis, non poteſt niſi limitatè celebrari; at hâc poſitâ, Pontifex per Bullam illimitatè cõcedit.*

Quintus: Palao *de Bulla tract.* 25. *diſp. unic. punct.* 6. *num.* 2. *in fine*, ibi: *Bulla ergò concedit ſumenti ipſam, ut poſſit habere privatum Oratorium, & in eo Miſſas celebrare, vel celebrari facere, dummodò Oratorium ſit Divino tantùm cultui deputatum, & ab Ordinario deſignatum, juxta formam in Trident. præſcriptum.*

Sextus: Fr. Ludovic. à Cõceptione

ptione *exam. Theolog. Moral. tract.* 1. *de opinione probabili* §. 12. *lit.* O, *illat. unic. num.* 1. *pag.* 325. ibi : *Quæritur igitur, an Oratorio signato, visitato, approbatoque ab Ordinario ad celebrandum sacrificium Missæ, cum licentiaque, ut per annum ibi celebretur, possit, hoc impleto anno, deinceps virtute Bullæ Cruciatæ in illo sacrum fieri?* Et *num.* 2. ibi : *Partem affirmativam probabilem judico.* Ad quod plurima affert fundamenta.

Septimus : Anselm. Gomes *Thesoro de la ciencia moral, q.* 5. *pag.* 6. *vers.* ibi:

Podrá el señor del Oratorio passarle a otra parte, ó lugar? R. que nó solamente puede, porque es gracia personal, aunque el privilegio señale el lugar, que entonces se entiende demonstrativè, nó taxativè, sinó que como dize doctamẽte Quintanaduenas, nó necessita de nueva aprobacion del Ordinario, si lleva el mismo adorno que tenia en el primero.

Octavus : Torrecill. *tom.* 2. *moral. tract.* 7. *consult.* 16. *num.* 1. ibi:

Y lo otro, porque dado, y no concedido, que dicho Breve fuesse subrepticio, estando ya como está el tal Oratorio reconocido, assignado, y reputado por decente del Ordinario, tengo por probabilissimo, que con esto solo (adhuc secluſa dicha validacion) podia tener v. merced dicho Oratorio privado para oir Missa en él, y toda su familia, y hazer celebrar en qualquier tiempo de el año por virtud del privilegio de la Bula de la Santa Cruzada: assi lo tiene Soto in 4. dist. 13. quæst. 2. art. 3. §. jam verò, *y con Henriq. Juan de Salas, y otros modernos, Castr. Pal.* p. 4. tract. 25. punct. 6. á num. 2. ad 10. *que lo funda, y explica bien, y Garcia lo tiene por probable* en su summa tr. 3. diffic. 8. dub. 2. punct. 3. num. 25.

Idem namque est habere indultum nullum, atque id non habere: idem etiam *consult.* 17.

Nonus: Idem etiam defendit P. Fr. Didac. Ramos *de Bull. advertent.* 4. *pag.* 235. ubi Moye fundamentis respondet in verbis, ibi:

El mismo Moya q. 2. §. 1. n. 1. *propone la dificultad siguiente: Si acabado el tiempo, para el qual se concedió privilegio de Ora-*

Oratorio privado, ſerá licito celebrar en él por virtud de la Bula de la Cruzada? y pone el exemplo en el privilegio de Oratorio privado que ſe concedió por el Papa à alguna perſona durante la vida; y por la parte afirmativa cita a Thom. Hurtado, y eſte nó trae Doctor alguno por la parte contraria; y dize, que aunque el tal privilegiado muera, ó eſté auſente, ó mude el domicilio, ſi queda el Oratorio con la miſma decencia, que podrá celebrar en èl qualquiera que tuviere Bula, y hazer celebrar tãbien: y ſe funda en que ſi bien el tal privilegio es perſonal; emperó que la aprobacion, que del Oratorio ſe hizo, ſiempre dura, permaneciendo las miſmas circunſtancias, con las quales fue aprobado, que ſolo el Principe puede reprobar lo que una vez aprobó: y ſegun eſta doctrina ſe ha de dezir (infiere Moya) que aunque la perſona mude el domicilio, y aunque ſe muera, ſerá licito el celebrar en dicho Oratorio por la Bula de la Cruzada, ó hazer celebrar en èl; y en el n.2. *trae Moya otra razon con que Hurtado prueba lo miſmo; y es, que el Confeſſor aprobado para oir confeſſiones, aunque mude el lugar de el domicilio, y aun la Dieceſi, ſiempre queda eligible por virtud de la Bula. Luego el Oratorio una vez aprobado puede ſer elegido para celebrar, ó hazer celebrar en èl por qualquiera que tuviere Bula. Prueba ſe la conſequencia: porque de la ſuerte que ſe ha la aprobacion en orden al Confeſſor, procede tambien la aprobacion en el Oratorio.*

Y por eſſa ſentẽcia cita Moya num.3. *y Maſcareñas* tom.1. de Sacram. tract. 5. de ſacrif. Miſſ. diſp. 5. cap. 5. *y dize, que Maſcaren. ſupone q̃ el Oratorio permanece, aunque el privilegio de celebrar en el, aya fenecido, ó por averſe concedido para tiempo determinado, ó por averſe muerto la perſona, a la qual ſe concedió: y ſe confirma; porque la aprobacion del Oratorio es como ſentencia dada acerca de la decencia para celebrar en el; aſſi como la aprobacion del Confeſſor es como una ſentencia acerca de ſu ſufficiencia, como enſeña Lugo* de pœnit. diſp. 21. à num.49. *y en los ſiguientes. Luego aſsi como el privilegio de la Cruzada baſta para*

eligir

eligir Confeſſor aprobado; aunque por otro titulo no tenga licẽcia alguna, ni juriſdicion para oir confeſsiones: tambien el privilegio de la Cruzada baſtará para celebrar en qualquer Oratorio aprobado por el Ordinario, aunque por ninguna otra parte aya licencia de celebrar en el: porque eſta licencia ſe concede en la Bula, no menos que la otra, como igualmente, y con un miſmo tenor de palabras ſe concede en ella, como dezia Hurtado arriba citado. Confirma-ſe más, porque el Sacerdote aprobado por tempo determinado, deſpues de paſſado el tal tiempo, puede ſer elegido por virtud de la Bula, ſegun A Coſta, y Pedro Fay, a quienes cita, y ſigue Dian. p. 1. tract. 11. de Bulla reſol. 11. *Luego tambien por virtud de la Bula ſe podrá eligir para celebrar, ó hazer celebrar el Oratorio, aunque aya fenecido el tiempo para el qual ſe concedió: y dize Moya, que admitido el antecedente deſte argumento, la conſequencia es concluyente.*

Por eſta ſentencia eſtá claramente nueſtro Araña en la Suma moral impreſſa en Zaragoça año 1671. en los Fragm. num. 368. fol. 416. *donde diſtingue reſpecto de aquel Oratorio entre licencia, y entre aprobacion; y dize que el Papa para aquel Oratorio es el que dá la licencia, y dandola por tiempo limitado, como con efecto la dá, complido aquel tiempo, ceſſa la licencia. El Obiſpo con orden del Papa es el que dá la aprobacion, la qual conſiſte en dezir auctoritativamente, y en virtud de la comiſsion del Papa que le cometió el conocimiento del pueſto:* Eſte pueſto es decente para dezir Miſſa, y para que la pueda dezir en el qualquiera que tuviere privilegio del Papa, miẽtras el privilegio durare. *Eſta aprobacion no ceſsó mientras el pueſto tenga la miſma decencia: con la muerte pues de la perſona a quien ſe concedió el privilegio, ceſsó la licencia del Papa, que es lo que el Papa dió. Peró nó ceſsó la aprobacion del Obiſpo, porque eſta ſolo conſiſtia en aquella verdad declarada, de que el pueſto era decente, y miẽtras no ſe declare indecẽte, ſiempre perſevera la declaracion. Y bien ſe vè que ſon ſeparables eſta declaracion, y aquella licencia,*

tia, pues el Papa que quita la licencia para dezir Missa en las Pasquas, nó quita la declaracion del Obispo, y por esso por la Bula en las Pasquas se puede dezir Missa en aquel Oratorio. Como pues muerta la persona, aunque cessa la licencia, nó cessa la declaracion, el puesto siempre queda aprobado para que se diga Missa: porque aunque el Papa dixo: Doy licencia hasta tal dia, el Obispo nó dixo: Está decente hasta este dia; antes dixo absolutamente: Este puesto está decente, y puede dezirse Missa haviendo privilegio: y assi como, si el Confessor que tiene licencia para un año, si passado el año se buscasse èl otra licencia para otro año podria ser electo por la Bula; assi tambien aquel Oratorio, pues passada la facultad de dezir Missa limitada, entró en su lugar otra que es la de la Bula, que es facultad para qualquier puesto aprobado: y aunque sea verdad, que la Bula al Obispo nó le dió facultad de aprobar Oratorio, como se dixo en la advertencia 2. esso es, porque como nó le dava facultad de erigirlo, tan poco le dió facultad de aprobarlo. Peró en nuestro caso tuvo facultad de erigir, y de aprobar, y como despues dura la aprobacion, tiene lugar la Bula.

Dirás: Luego en virtud solo de la Bula puede uno tener Oratorio privado para celebrar, que es contra Araña, y lo dicho arriba. Probatur, porque estos hijos tienen el Oratorio; atquí yá nó en virtud del otro privilegio, porque espiró: luego en virtud solo de la Bula. Distingo el consequiente, en virtud de sola la Bula puede tenerle, primordialitèr, y en quãto a erigirlo, niego la consequẽcia; en quanto a conservarlo, y a q̃ nó perezca el q̃ estava yá erigido, y avia de perecer, sinó fuera por la Bula, cõcedo; y assi por la Bula nó se erige, peró por la Bula se conserva, y esto nó es inconveniente, como se vé en la accion conservativa de un animal, que sin sus padres nó puede ser engendrado, peró despues sin ellos es conservado; y aunque nó pudo tener el primer ser, que es el primordial fin de la generacion paterna, y cessando ella avia de caer, peró puede sin ella otro agente conservallo; y assi tendrá perseverancia en virtud de solo este, quãto al conser-

ſervarſe, peró no en quanto al primò produzirſe.

La contraria ſentencia defiende mordicùs el P. Moya §. 2. à num. 9. la qual dize que es comun: la qual han juzgado todos por tan cierta, que no han querido ponerla en diſputa, y en queſtion; y la prueba lo primero à poſteriori de la praxi comun de los fieles, los quales, fenecido el tiempo de la conceſsion del Oratorio, ó muerta la perſona, a la qual la licẽcia del Oratorio eſtava concedida; ó buſcan nueba licencia, ó deſtinan el Oratorio a uſos profanos.

Lo 2. prueba à priori la ſentencia. Porque como confieſſa Hurtado, el Principe puede reprobar lo que una vez aprobó, y eſta parece innegable, y lo prueba Moya con una ley: Sed ſic eſt, que el Papa reprueba el Oratorio, acabado el tiempo de la conceſsion, porque ſolo lo aprueba por la vida de la perſona, a la qual el indulto ſe concedio: luego fenecido el tal tiempo, nó ſe puede celebrar en el dicho Oratorio por la Bula de la Cruzada. Confirma Moya eſta razon aſsi. La Bula requiere, que el Oratorio quede deputado, y deſignado para el culto Divino: Sed ſic eſt, que el Papa, y el Ordinario de ſu mandato ſolamente deputan, y deſignan el Oratorio por el tiempo del indulto: luego paſſado el dicho tiempo, y acabado el indulto, nó ſe puede celebrar en aquel Oratorio por la Cruzada. Lo 3. lo prueba con la paridad del Confeſſor, en que principalmente ſe funda la ſentencia contraria: porque el aprobado para oir confeſsiones con limitacion del tiempo, fenecido aquel tiempo, nó puede oir Confeſsiones, aunque ſea por la Cruzada elegido, ſegun enſeña la comun ſentẽcia, por la qual cita Moya a Soares, Diana, y otros muchos. Luego como el Pontifice ſolamente conceda facultad de aprobar el Oratorio por tiempo limitado, paſſado el tiempo, nó ſe podrá celebrar en él por virtud de la Cruzada. La conſequencia es legitima (dize Moya) y para el dize que es evidentiſsimo que la aprobacion del Oratorio ſe dá en la forma dicha. Porque el Papa nò eſtiẽde más la aprobacion, que la licencia de celebrar, como conſta del tenor del privilegio: ni ſe puede veriſimilmente preſumir, que es otra ſu voluntad;

porque aliàs qualquiera Oratorio una vez concedido por causa de Nobleza, ó enfermedad, tendria una cierta manera de perpetuidad por razon de la Bula de la Cruzada, y del tal Oratorio podrian usar libremente sin licẽcia alguna qualesquiera personas que nó son Nobles, y aun las personas vilissimas: con lo qual aun las casas de personas viles se converterian en Iglesias con grave daño de la Religion Christiana, y daño del culto Divino: y que esso sea segun la mẽte del Pontifice, nunca, dize Moya, se lo podrá persuadir; y despues responde con mucha erudicion a los argumentos de la sentẽcia contraria. Emperò advierto que en el num. 14. concede, que quãdo en el indulto del Pontifice se ponen limitaciones (como de que nó se celèbre en el Oratorio los dias de las Pasquas, y otros; ó que nó se diga más que una Missa) que para los que tienen Bula de la Cruzada, nó corren las dichas limitaciones; porque como la aprobacion sea cierto que perseverа por todo el tiẽpo señalado en el indulto (porque de otra suerte paßado alguno de dichos dias exceptuados, se avria de sacar nueva aprobacion, lo qual nó se puede conceder) se sigue, que por todo aquel tiempo es elegible el Oratorio por el q̃ tiene Bula para poder celebrar en èl, ó para poder hazer celebrar: y de esta doctrina dize Moya que nò pueden sacar los Doctores de la contraria sentencia cosa que importe contra la que èl sigue; y se confirma: porque el que tiene aprobacion para confessar un año, dentro de èl puede ser elegido por virtud de la Bula; y el que tiene aprobacion para absolver de los pecados mortales no reservados, puede por virtud de la Bula ser elegido para la confession, y absolucion de los reservados. Luego lo mismo se ha de dezir del que tiene Oratorio aprobado con limitaciones en la manera arriba dicha: esto es: mientras dura la aprobacion del Oratorio, y tiene Bula. Muy probable es esta sentencia; però vease Araña en el lugar citado, que parece satisface muy bastantemente a estos argumentos, y habla, mientras dura el Oratorio con la misma decencia, y si passasse este a ser de personas viles, yá no ay decencia:

De-

Decimus: Idemque tenet P. Fr. Joan. Anaſtaſ. de Araña etiam ex familia Carmelitan. *in Fragm. de Bulla Cruciatæ num.* 368. *pag.* 416.

Num. 368. *Pocos dias ha que fui cõſultado, ſi muerta una ſeñora, que tenia por Breve Põtificio Oratorio privado para durãte ſu vida, podran los hijos cõtinuar el uſo del tal Oratorio en virtud de la Bula? Reſpondi, que ſi; porque ſon diferentiſſimas coſas licencia, y aprobacion, y ſon ſeparables. Porque la licencia la dá el Papa para el Oratorio, la aprobacion el Obiſpo; de donde puede durar eſta ſin aquella; pues la aprobacion es un teſtimonio autentico que dá el Obiſpo, diziendo: Eſte pueſto, eſtos vaſos, y ornamentos ſon buenos, y decentes para poderſe celebrar en èl, aviendo licencia: atquî muerta la perſona, dura eſte teſtimonio, pues la muerte de la ſeñora inmuta la licencia, y la quitó, peró nó la decẽcia del pueſto, y adornos, pues ſon los miſmos numero: atquî la Bula dá licencia para celebrar donde quiera que el pueſto ſea decente a juizio del Obiſpo: luego puede celebrar. Eſto lo confirma la paridad del Confeſſor q̃ tiene licẽcia de eſte Obiſpado, y nó del otro; porque como en la otra Dieceſi ſe lleva el teſtimonio de ſu Obiſpado, que dize:* Eſte Sacerdote es ſuficiente para cõfeſſar, *aunque la licencia del Obiſpo no ſe eſtienda al otro territorio, eſſa falta la ſuple la Bula: vide n.* 527.

Num. 369. *El doctiſſimo Padre Moya ſiente lo contrario, peró nó quitan la probabilidad ſus fundamentos; no lo primero el dezir, que los Doctores nó han diſputado eſte punto, dando por cierto que nó ſe puede. Reſpondo, que quiçá nó ſe les ofreció, ó juzgaron deſta limitacion, ſolo durante ſu vida, que eſtava cõprehendida en la regla general,* de que la Bula, como halle el pueſto aprobado, quita todas las otras limitaciones. *Ni lo ſegundo el dezir, que la praxis de los fieles, es embiar por nuevas licencias. Reſpondo, que aſſi como antes lo era, no atreverſe a celebrar en los dias exceptuados, y conſultando hombres doctos, yá nó ſe repara en eſſo; yá muchos nó reparan en eſſo otro, y eſſa praxis ſe ha podido fundar en no haverſe*

pueſto de propoſito a examinar el punto, haſta el Padre Thomas Hurtado.

Num. 370. *Ni lo tercero. Es verdad, que el Papa que aprobó el pueſto, lo reprueba para muerta la perſona. Reſpondo, que el Papa ni aprobó, ni reprobó, ſinó que dió la licencia, con la condicion de la aprobacion del Obiſpo; y eſta clauſula de* durãte la vida, *ſolo dize que eſſe dia quita la licencia, que fue ſuya, però no impide que en lugar della, entre la de la Bula, durando la aprobacion. Y no me ajuſto al ſentir del P. Moya, de que el Papa quita la aprobacion de eſte pueſto, deſde eſte dia; porque el Papa ſolo quita lo que el diò, que fue la licencia, però el teſtimonio, de que el pueſto es decente, no ſiendo del Papa, ſinò del Obiſpo, como el Papa lo ha de quitar? Si me dixeren: quitada la licencia, no es decente, ni queda deputado para celebrar, porque el Papa le quita la deſtinacion, y la Bula requiere hallar el pueſto deſtinado. Reſpondo, que el Papa ſolo quita la licẽcia que el diò, y en ſu lugar entra la Bula, però no quita lo que puſo el Obiſpo. El Papa dixo: Doy licencia para que digan Miſſa en tu caſa. El Obiſpo dixo: Yo apruebo, y ſeñalo eſte pueſto para el uſo de la licencia del Papa: como pues aya licencia, dura eſta deſtinacion, porque ſolo es aprobativa de la licencia del pueſto. Ay licencia haviendo Bula: luego nada ſe quitò de la aprobacion, ni de la deſtinacion, ſinò huviere Bula ceſſava la deſtinacion formal, aunque quedava la fundamental.*

N. 371. *Ni obſta lo ultimo, q̃ el Cõfeſſor aprobado por un año, paſſado el año, nó lo halla aprobado la Bula: luego lo miſmo del Oratorio. Niego la conſequencia, porque alli paſſado el año, faltó la aprobacion, que eſta dezia: Doyte por ſuficiente por un año, paſſado el año, nó m: fio, ó porque nó eſtudiarás, ó por otras razones; y aſsi eſta aprobacion dura ſolo un año. Peró en el Oratorio ſolo ceſsó la licencia, peró no la aprobacion; porque eſta ſolo dixo: Eſte pueſto es decente para que ſe diga Miſſa (y eſto ſin limitacion de tiempo) y ſe uſe de la licencia Pontificia. Eſta aprobacion però no ceſsò, ni tanpoco falta la licencia, pues en lugar de la que ſe acabò, entrò*

otra,

otra; y ſino diganme, ſi el aprobado para un año, dentro de aquel año conſiguieſſe otra aprobacion, ò licencia para otro año, acabada la primera licencia, no podrá valerſe de la ſegunda? Si: pues lo miſmo es acá. Juzgo pues, que durante la miſma licencia del pueſto, ſin revocacion de aprobacion hecha por el Ordinario, aunque aya muerto la perſona, y eſpirado la licencia particular, entra la de la Bula, y ſe podrá celebrar. Vide infra otras razones fol. 493. n. 527. & 528.

Undecimus: Tenet etiam Corela *pract. del Confeſſionario tract.* 12. *cap.* 4. *p.* 1. *num* 113. *pag.* 250. ibi:

En la comun ſentencia de los DD. que callado el nombre, cita, y ſigue el P. Matheo de Moya en ſus Selectas, tom. 1. tract. 2. diſp. 3. quæſt. 2. §. 2. num. 9. *nó es licito celebrar en Oratorio particular, haviendoſe acabado el tiempo de la cõceſsion del Sumo Pontifice, aunque ſea con el privilegio de la Bula de la Cruzada. La contraria ſentencia tengo por probable, y la ſiguen Thom. Hurtad.* tom. 2. reſol. mor. tract. 12. cap. 1. num. 2177. *y otros, q̃* *cita Moya ibid.* §. 1. num. 4. *los quales dizen que por el privilegio de la Bula de la Cruzada es licito celebrar en Oratorios, que antes tuvieron conceſsion Apoſtolica para poderſe en ellos dezir Miſſa, aunque ſe aya acabado el tiempo de la cõceſsion; con tal, que eſté decente el Oratorio, y no aya ſervido a coſas profanas. Porque el privilegio, que concede Su Santidad en eſtes caſos, aunque mira primeramẽte a la perſona; ſeundaria, & indirectamente mira tambien al lugar: luego aunque reſpecto de la perſona (por haver muerto, ò mudado domicilio) ſe aya acabado la conceſsion, quedando decente el lugar, permanece facultad, para que el que tuviere otro privilegio (como lo es el de la Bula) pueda celebrar en èl.*

Duodecimus: Ex noſtris Luſitanis, noſtram confirmat ſententiam P. Maſcarenhas *tract. 5. de ſacrif. Miſſæ diſp. 5. cap. 5. num.* 245. ibi: *Tertia quæſtio eſt, utrùm in Oratorio approbato ab Ordinario ad Miſſas celebrandas de licentia Pontificis, finito tempore à Pontifice præfixo, poſſint regu-*

lares celebrare Missas virtute suorum privilegiorum, & Clerici virtute Cruciatæ ? Respondeo affirmativè.

Decimus-tertius : P. Benedict. Per. *tom. 2. Theolog. moral. tr. 41. de Cruciata, num. 1402.* ibi : *Certum est. ipso Trullench.* num. 9. *annuente , posse trahentem Bullam celebrare, vel celebrari facere in Oratorio, in quo aliquando , ex licentia Pontificis , Nuntij Apostolici, vel Episcopi, tanquâm Sedis Apostolicæ Delegati celebratum fuit.* Et *num. 1403.* ibi : *Tertia difficultas est, utrùm in Oratorio privato semèl per Ordinarium approbato ad celebrandum , in quo conservatur eadem decentia, & idem ornatus, possit virtute Bullæ celebrari quocumque anni tempore , etiam in festis solemnissimis ? Respondeo affirmativè cum Emman. Rodrig.* in addit. ad §. 5. num. 4. *Castr. Pal.* tract. 25. punct. 6. n. 2. *Vasq.* tom. 3. part. 3. disp. 219. cap. 5. num. 59. *Trullench.* lib. 1. §. 3. dub. 5. num. 3. Hoc idem consuluit R. P. M. Fr. Ignat. à Costa , teste P. Sylva *disput. 3. art. 2. num. 14. pag. 216.* & Magistri Fr. Dominic. à D. Thom. & Fr. Ferdinād. Soeyro ex Familia Dominicana, & PP. Antonius Fernandes , & Joannes Gomes ex Societ. Jesu, die 26. Aprilis anni 1617. Viri sanè doctissimi , & literatissimi ; idemque etiam consuluit Francisc. Roderic. à Sylva , die 16. ejusdem mensis , & anni in hac Ulyssiponensi Civitate in consilio manuscripto apud me retento , & confirmato à dict. P. Anton. Fernandes. Quod etiam antiquitùs consuluerunt RR. PP. Matthæus à Figueredo , Michael Tinoco , Ignatius Mascarenhas , & Numius à Cunha , Viri sanè doctissimi ex Societate Jesu , & D. Fr. Isidorus à Luce Sanctissimę Trinitatis in Conimbricensi Academia Cōtroversiarum Magister , & in Sacra Theologia Vesperarius Professor insignis.

Diluuntur fundamenta contraria.

41 Ad primum partis oppositæ fundamentum , de quo num. 1. stabilitum communi fidelium praxi ; respondetur negando talem praxim , quia contraria viget tam in Castella ex dictis ab Hurtado *dict. num. 2177.* aiente se multotiès interrogatū fuisse de hoc casu , quàm & potissimùm in nostra Lusitania , non inficiantibus P. Nog. *dict. disp. 12. sect. 5. num. 66.* & P. Sylva *dict. num. 14.* qui declarat hanc nostram sententiam , & praxim observasse Commissarium Generalem de consilio P. Fr. Ignat. à Costa ; idemque scimus observatum & à Commissario antecessore nostro , & à quamplurimis Illustribus, ac timoratæ conscientiæ personis, consultis priùs Viris doctissimis

42 Quamvis enim aliqui ob parti-

Digitized by

particulares convenientias Oratorij locum ad prophanos usus destinent, quia destruitur approbatio, & decentia, quâ fuit approbatus, novas requirunt facultates, hoc non obsistit, neque revocat privilegium Bullæ, quod est facultativum: neque obligat ad ejus usum; alitèr enim casu, quo quis non uteretur Bullæ privilegijs, dicēdum esset non valere talia privilegia; sed hoc non est dicendum secundum juris regulas; quia privilegium quando non vergit in præjudicium tertij non deperditur per non usum, neque per contrarium usum, neque valet præscriptio contraria, ut latè diximus in Enucl. Ord. Milit. *enucl.2. compr.8. num.* 173. *pag.*383. *col.*1. & *enucl.*3.*compr.*2. *num.*64. *pag.* 441. *cum seqq.* & *compr.*6. *num.*210. *pag.* 583. cum Pal. Soar. & alijs. Ergò neque dicendum est illud, ex quo sequitur.

43 Ad secundum fundamentum, de quo *num.* 2. quoad maiorem, scilicet Principem posse reprobare, quod semel approbavit; jā respondimus *n.*18. 22.*& seqq.p.*229. procedere datâ justâ causâ, & expressâ derogatione: negamus verò minorem, dùm ait Pontificem reprobare Oratorium, finitò concessionis tempore, quia de tali reprobatione non constat; non enim ex limitatâ facultate ad celebrandum, sequitur, quòd transacto tempore concessionis, finiatur approbatio, ut notavimus *n.* 23. *cum seqq. pag.* 230.

44 Ad confirmationem verò, de quâ *num.* 3. respondeo negando minorem; quia Pontifex nil disponit de approbatione, neque Ordinarius approbādo designat tempus, sed absolutè approbat, ut est in praxi.

45 Ad tertium fundamentum, de quo *num.* 4. concedo maiorem, nego tamen minorem: quia in indultis non deputat Pōtifex, neque designat approbationem, sed solummodò facultatem concedit ad erigendum Oratorium, & ad celebrandum, præcedente Ordinarij approbatione; neque Ordinarijs aliquid committit; sed hi utuntur suo jure, quia illis competit approbare decentiam loci, & paramentorū, non virtute alicujus commissionis, sed ex jure sibi competenti, ut latissimè ex dictis apparet: neque Ordinarij approbationem concedunt limitatam, & restrictam ad tempus indulti, sed absolutè, approbando locum, & decentiam, quæ non finitur elapso tempore indulti, quod quidem indultum tendit tantùm ad facultatem erigendi, & celebrandi, non verò ad approbationem, ut sæpè sæpiùs diximus, & expressè declarat Mend. *de Bull. disput.*16 *cap.*1. *num.*7. *in fin.* ibi: *Quarè facultas non est respectu approbationis, sed respectu celebrationis, aut auditionis Missæ, receptionisvè Sacramentorum.* Et quanvis

hoc dicat de Bullæ facultate, idē dicendum eſt de indultis, in quibus eadē reperitur clauſula quò ad approbationem.

46 Ad corroborationem de quâ *num.5.* etiam reſpondeo, concedendo antecedens, negando tamen conſequentiam: quia ut jam multotiès diximus, Pontifex nil diſponit circa approbationem, neque facultatem ad illam præſtat; neque Ordinarius approbando Oratoriâ, utitur facultate delegatâ, ſed ordinariâ ſibi de jure competenti.

47 In hoc caſu, utique nego paritatem rationis; Ordinarij quippè ideo approbationem ad confeſſiones audiendas ad tempus limitant, quia poteſt ſupervenire ignorantia; & ſufficientia alicujus apta eſſet ad confeſſiones ruſticorum, non negotiatorum; virorum, non fæminarum: ad aliquos, & non ad omnes caſus: ſimiliter poteſt Epiſcopus ſperare ſe anno ſequēti alios idoneos Confeſſarios habiturum: poteſtque dari morum mutatio: poſſunt plura alia evenire, ex quibus prudenter judicet Epiſcopus has approbationes ad annum tantùm limitare, ut refert Fr. Ludovic. à Cruce *de Bull. diſp.* 1. *cap.* 2. *dub.* 8. *num.* 2. & diſponunt hujus Archiepiſcopatûs *conſtitut. lib.* 1. *tit.* 10. §. 1. *pag.* 80. quod minimè datur in approbatione Oratorij, in ſenſu de quo loquimur, nempè quando extat eadem decentia, & ornatus, & omnia in eodem ſtatu, in quo approbatum fuit; nam deſtructo loco, & decentiâ, jam non datur approbatio, perijt enim eo ipſo, quòd perijt locus, & decentia, quanvis perſiſtat indultum.

48 Aſt approbatio ad confeſſiones audiendas expreſsè ad annum limitatur, ut patet ex eiſdem conſtitutionibūs; quod non fit in approbationibus ad Oratoria, quia generalitèr, & abſque limitatione temporis fiunt: ſi verò fuerit approbatio limitata, tunc locum habere poſſet conſequentia: in hoc tamen caſu non dabūtur rationes nupèr cōſideratæ, ut Oratorij approbatio limitetur: quia ſemper ſupponimus ut neceſſariam conditionē, illius exiſtentiam in eodem loco, atque decentiam.

49 Ergò non benè ſtat prædicta conſequentia, dum æquiparat unam, & aliam approbationem, & ſupponit Pontificem concedere facultatem ad approbanda Oratoria cum reſtrictione ad tempus; quod minimè in indultis invenitur. Deinde approbatio ad confeſſiones terminatur ad perſonam Confeſſarij; at verò approbatio Oratorij, & loci terminatur ad ipſum locum, & Oratorium ex Bard. *de Bull. p.* 2. *tr.* 2. *cap.* 2. *n.* 28.

50 Ad confirmationem de quâ *num.*6. reſpondeo, ut jam diximus, Pontificem nil diſponere circa approbationem, nam ſi concedamus argumenti aſſumptum,

Digitized by Google

ptum, clariùs Pontifex exprimit se concedere tantùm facultatem ad unam Missam celebrandam, & eam nolle concedere pro diebus indulto exceptis ; atquî si Pontifex non magis extenderet approbationem, quàm licentiam celebrandi ; certum esset non dari approbationem, nisi juxta contenta in Pontificis licentiâ : ergò pro diebus prohibitis non daretur approbatio ; nec plusquam ad unam tantùm Missam celebrandam. Sed omnes cõtrariam tenentes sententiam fatẽtur, pro his diebus, & pro alijs Missis dari approbationem, & posse celebrari virtute Bullæ: ergò corruit confirmatio.

51 Ad illud verò, quòd sequeretur omnibus etiam vilibus concessum esse Oratoria habere cum indecentia, respondet Hurtad. *num.* 2239. ideo in Bulla requiri visitationem, & approbationem Ordinarij, ut designet, an locus decens sit, vel non? Deinde Commissario competit discernere, quænam sit persona digna, ut ei talis concedatur facultas, ut vilipendium tanti sacrificij vitetur, ideoque Bullæ inseritur illa clausula, de licẽtia Commissarij, ut notavimus *q.* 2. *num.* 114. *pag.* 179.

52 Ad aliam confirmationem, de quâ *num.* 7. Respondeo, negãdo antecedens, quia in Bulla nullum invenitur verbum, ex quo appareat solùm concedi facultatem ad celebrandum in Oratorijs, in quibus aliàs ex vi alterius indulti permissum sit celebrare, superfluum namque esset in tali suppositione privilegium Bullæ, si necessarium esset existere aliud indultum, virtute cujus esset celebrandum ; superflua autem in jure non sunt admittẽda, ut est vulgare.

53 Deinde, vel supponitur actu existere aliud privilegium, vel extitisse, & jam non existere; si actu existit, non est necessariũ ad privilegium Bullæ recurrere, cùm aliud detur ; si jam non existit, quia extinctum est, sumus in casu, de quo agimus, nempè quando indultũ expiravit, morte illius, cui concessum fuerat : ergò non valet argumentum.

54 Ad fundamentum P. Nogueir. de quo *num.* 8. Respõdeo, negando antecedens, quia Oratorij approbatio (ut jam multotiès diximus) non sequitur personam ; si enim personam sequeretur, ubique illam comitaretur & in alia domo, nova non requireretur approbatio ; quod dicẽdum non est. Et quanvis privilegiatus divertat in aliam domũ absque spe brevitèr redeũdi, nec ideo perijt approbatio, si enim periret (ut Sap. P. supponit) jam non esset personalis, neque sequeretur personam, quia viyẽte illa finitur ; quod non datur in privilegijs personalibus, quæ durant, existente persona, cui conceduntur ; unde nihil contra nos.

55 Con-

Digitized by Google

55 Confirmatio antecedentis peccat in maiori: quia Ordinarius Oratorium approbat jure ſuo ordinario, non verò ex aliquâ licentiâ in indulto conceſsâ; cùm nulla in eo ei concedatur, ut ſæpènumero diximus. Minor admittitur, dùm ait non concedi in indulto licētiam, niſi ad perſonam in illo expreſſam: conſequentia item deficit; quoniam adhuc finita licentia Oratorium manet approbatum, quia diverſa eſt licentia ad celebrandum, ab approbatione, & quanvis pereat indultum ad celebrandum, non perit approbatio Oratorij, ſed remanet, & perſiſtit: ideoque virtute Bullæ, & privilegij ſupervenientis, in eo celebrari poteſt: neque hoc modo datur approbatio contra facultates Pontificum, cùm nullum circa approbationis limitationem verbum in indultis exprimatur; eodem etiam modo reſpondetur fundamēto, de quo *num.* 9. ex jam dictis *num.* 22. *cũ ſeqq. pag.* 229.

56 Ad fundamentum verò P. Sylvę, de quo *num.* 10. reſpōdeo, negando totum; & in primis nego maiorem; quia dici non poteſt, Oratorium erigi, quando jam eſt erectum; erigere enim de novo denotat illud quod non exiſtit, & quæſtio procedit caſu, quo Oratorium ſit jam erectum ex indulto, & indulto finito, quæritur, utrùm in eo celebrari poſſit? unde non eſt nova erectio Oratorij, ſed cōtinuatio erectionis illius jam erecti. Minorem etiam nego: quia locus erectus in Oratorium, ſemper Oratorij privilegium habet, dùm non eſt deſtructus. Denique conſequentiam etiam nego ex dictis *quæſt.* 2. ergò unicum fundamentum P. Sylvæ nobis non officit.

57 Ad illationem Paſqualig. de quâ *num.* 11. reſpondeo, negando ſequelam: nam diverſiſſimum eſt erigere Oratorium, & in Oratorio jam erecto celebrare, & ſi ex conceſſione ad celebrandum infertur facultas ad erigendum, cùm in Bulla detur facultas ad celebrandum, benè ſequitur virtute Bullæ etiam cōcedi facultatem ad erigendum; & quòd detur facultas ad celebrandum, non eſt qui dubitet. Igitur benè procedit noſtra ſententia, dum affirmat in tali Oratorio poſſe virtute Bullæ celebrari. Quidquid tamèn in hac, omnibusq; lucubrationibus noſtris decidimus, ſapiētum cenſuræ, & correctioni Sanctæ Matris Eccleſiæ libentèr ſubjicimus.

Cenſura

Digitized by Google

Censura RR. PP. MM. Ordinis Prædicatorum.

MAgistri Theologi Ordinis Prædicatorum infra obsignati duas præcedentes Quæstiones ab Illustrissimo D. Laurentio Pires Carvalho Serenissimi Regis à Cortina, & Consilijs, Generalique Cruciatæ Commissario, radicitùs, & luculentèr ventilatas legimus: earumque resolutiones multis, urgentibus, doctissimisque corroboratas medijs esse probabiles, inoffensa contraria probabilitate, asseveramus, & censemus. Ulyssipone, in Conventu Sancti Dominici, die 6. Novembris 1695.

Fr. Antonius Pacheco Magister, & Studiorum Regens.
Fr. Emmanuel Leytaõ Magister.
Fr. Dominicus ab Incarnatione Magister.
Fr. Manoel de Santo Agostinho Mestre.

Censura RR. PP. MM. Congregationis Oratorij.

IN lite satis implexa, quam præfixus huic toti dissertationi quartæ titulus breviter inculcat, inter dissidentes utriusque partis patronos ratione officij sui, ac suo veluti jure Arbiter constitutus Dominùs Laurentius Pires Carvalho, Regius Consiliarius, è Regioque Cadurco Aulicus, ac Sanctæ Cruciatæ Commissarius Generalis, non minùs doctrinæ, quàm sanguinis claritate illustris, tanta illam rationum soliditate, tantaque judicij maturitate dirimit; ut, licèt non omnia, quę inter dissertandum veluti ex superabundanti præstringũtur, nobis probentur; in præciputa tamen decisione, quam quidem valdè probabilem censemus, nihil censorio, multùm prædorio ungue dignum inveniamus, quotquot infrà conscribendi sumus Congregationis Oratorij Theologi; & insuper in ipsius corroborationem addimus, hanc Illustrissimi Commissarij sententiam ab aliquot valdè doctis, pariterque Religiosis Viris hujusce Congregationis sæpissimè fuisse ad praxim reductam. Ita testamur, & sentimus, salvo semper rectiori judicio. In hac Uyssiponensi Congregationis Oratorij Domo, die 29. Novembris 1695.

Didacus Curado Sacræ Theologiæ Professor Primarius.
Antonius de Faria Sacræ Theologiæ Professor Vesperarius.
Franciscus Pedroso Sacræ Theologiæ Professor, ac Studiorũ Regens.
Antonius Carvalho Sacræ Theologiæ Professor.
Sebastianus Ribeiro Theologus.

Censura

Cenſura RR. PP. MM. Ordinis Deiparæ Montis Carmeli.

INfrà ſcripti Sacræ Theologiæ Profeſſores attentè legimus, ac põderavimus rationes, & fundamenta, quibus Illuſtriſſimus, ac Sapientiſſimus Dominus Laurentius Pires Carvalho Sereniſſimi Regis à Cortina, ac Conſiliarius, Sanctæque Cruciatæ Bullæ Commiſſarius Generalis Apoſtolicus, duas præcedentes Quæſtiones pertractat, ac reſolvit, ejusque ſententiam valdè probabilem eſſe, & à multis Viris doctis, quoad ejus praxim conſultis approbatam. Ita cenſemus, ac affirmamus. Ulyſſipone, in Conventu Dominæ noſtræ de Monte Carmelo, die 15. Decembris 1695.

Fr. Thomas à Conceptione. *Fr. Franciſcus à Nativitate.*
Fr. Franciſcus Ribeyro. *Fr. Antonius à S. Elia.*
Fr. Emmanuel à Gratia.

Cẽſura P. Jacobi Tinoci Sylvij in Cõgregatione Oratorij olim primi, & primarij in Sacr. Theolog. Profeſſor.

MOrem gerens Authori Eminentiſſimo, calculum meum addo; non quòd moram gererem aſſenſui reſolutionis doctiſſimæ hujus Quęſtionis IV. ſed enim proprijs morigerare, ſeu adaptari viribus oportet plerumque, vel præſtat, quas una interdum Religio auget, ut agant, & agit, ut augeant animum, ut audeat; quod adire nequibat. Veriſſimam habeo ſententiam Illuſtriſſimi Commiſſarij Generalis Apoſtolici, dignam equidèm, quam praxis cudat paritèr, ac prælum. Felicitate Julia, poſtridie Kalendas Julias à Feliciori Partu nonageſimas ſextas poſt milleſimas ſexcenteſimas.

Jacobus Tinocus Sylvius.

Cenſura Illuſtriſsimi Domini Antonij Pereyra da Sylva, S. Inquiſitionis, & Trium Statuum Deputati, ac Canonici Magiſtralis in Eborenſi Sede.

HÆc opinio, quam ſequitur in hac quarta Quæſtione Illuſtriſſimus Dominus Laurentius Pires Carvalho, digniſſimus Sanctæ Bullæ Cruciatæ in hoc Regno Commiſſarius Generalis, mihi videtur probabiliſſima; ita cenſeo. Ulyſſipone 2. Septembris, anno 1696.

Antonius Pereyra da Sylva.

Cenſura

Cenſura R. P. Fr. Pauli à Voragine Capuccinorum Miſſionariorum Procuratoris.

PRæcedentes duas Quęſtiones ſcilicèt tertiam, & quartam perlegi accuratè; mihiq; videtur inniti validis rationibus, ac fundamẽtis eis adhæreo, ac ſubſcribo. Ulyſſipone die 13. Septembris 1696.

Fr. Paulus à Voragine Capuccinus Italus, ac Procurator Generalis.

Cenſura R. P. D. Domni Benedicti à Divo Auguſtino, in Sacra Theologia Magiſtri, ac Canonici Regularis Congregationis Sanctæ Crucis.

PErpenſis rationibus, ac fundamentis, quibus Illuſtriſſimus, Sapientiſſimusque Doctor Laurentius Pires Carvalho Bullæ Cruciatæ Apoſtolicus Commiſſarius tertiam, & quartam elucidat Quęſtionem; in qualibet ejus opinionem firmiſſimè amplector, cùm valde probabilem judicem, nec corruent illius fundamenta in utraque ſententiâ præfata, ut potè à Sapientiſſimo, acutiſſimoque viro ſtabilita, ac argumentorum ſolutionibus roborata. Ulyſſipone, in Regali Divi Vincentij Monaſterio, die 14 Septembris 1696.

Doctor D. Benedictus à Sancto Auguſtino.

Cenſura R. P. D. Emmanuelis Caietani Souſa, Clerici Regularis Divinæ Providentiæ, in Sacra Theologia Magiſtri, Examinatoris Ordinum Militarium.

SEntentia, quam D. Laurentius Pires Carvalho (cujus nomen ſcripſiſſe laudaſſe eſt, utpotè quod omnibus dignitatum titulis longè anteceſſit) hac quarta Quæſtione ſuſcipit defendendam, mihi adeò placet, ut eam judicem omni probabilitate inſtructiſſimam, cùm fulciatur efficaciſſimis rationibus; quæ ponderis ſunt valdè maioris, quàm ſint momenta ſententiæ oppoſitæ, cujus argumentis hîc ſatis ſuperq; fit ſatis. Deinde verò defenditur D. Laurẽtij Pires Carvalho ſententia, à tam conferto agmine Doctorum, ut etiam

ſecluſa Domini Commiſſarij Generalis incomparabili authoritate, ſit authenticè probabiliſſima, ac proindè cum plauſu ſuſcipienda. Hoc meum judicium, ſalvo meliori. Ulyſſipone, die 11. Octobris anno Dei hominis 1696.

Sub Cenſura

Dom. Emmanuel Caietanus Souſa C. R.

QUIN-

Digitized by Google

QUINTA QUÆSTIO

DILUCIDANDA PETIT.

Utrùm approbatio, quæ in Bullâ requiritur, sit facienda ab Ordinario loci; an verò sufficiat à quocumque Ordinario?

HÆc Quæstio tres in se continet partes. Prima circa approbationes quoad Oratoria. Secunda circa approbationes ad confessiones audiendas. Tertia, an Regulares approbati ab uno Episcopo absolutè, possint vocari à successore ad examen, sintq: per Bullam Cruciatam eligibiles, quin denuò approbentur?

PARS PRIMA.

Circa approbationes ad Oratoria.

SUMMARIUM.

1 *In Hispania ad usum Oratorij virtute Bullæ sufficit approbatio cujusque Ordinarij.*
2 *Aliud dicendum in Lusitaniâ, & num. 3.*
4 *Differentia inter approbationē Oratorij, & Confessarij.*
5 *Quæstio non patitur dubium in Lusitaniâ.*

1 QUo ad primam partem de approbandis Oratorijs, nihil in Bullâ Hispanâ invenitur expressū, ideo aliqui ex Hispanis tenent sufficere approbationem à quocumque Ordinario, quanvis non sit proprij territorij, ut refert Trullench *de Bull. lib.* 1. §. 1. *dub.* 5. *num.* 7. *in fine*, Ludovic. à Cruce *in Bull. disp.* 1. *cap.* 5. *dub.* 1. *num.* 4. Gratian. *in summ. tract.* 3. *diffic.* 8. *dub.* 2. *p.* 3. *n.* 24. Quintanaduen. *tom.* 1. *singul. tract.* 7. *sing.* 32. *n.* 2. qui omnes fūdātur in paritate rationis de approbatione ad cōfessiones audiendas; quam tenent sufficere, ut fiat à quocumque Ordinario, ut in eisdem videri potest.

2 Quòd verò hæc approbatio sit facienda à proprio Ordinario, & non ab alio, tenēt Mēd. *de Bull. disp.* 16. *cap.* 1. *n.* 7. Bard. *de Bull. p.* 2. *tract.* 2. *cap.* 2. *sect.* 2. *num.* 6. Suar. *in* 3. *p. D. Thom. tom.* 3.

disp. 81. *sect.* 3. *post vers. secundo observandum*, Perſicus *de offic. Sacerd. lib.* 1. *cap.* 6. *dub.* 3. *n.* 22. Vaſq. *in* 3. *p. tom.* 3. *disp.* 233. *n.* 2. ex Angel. Fagund. *de Eccl. præcept. præcept.* 1. *lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 7. *in fine*, Paſqualig. *de ſacrif. nov. leg. tom.* 1. *tract.* 1. *de Orator. quæſt.* 638. *num.* 9. qui omnes fũdantur in diſpoſit. *text. in cap. His ergò, de conſecrat. dist.* 1. ubi prohibetur celebrare extra Eccleſiam, niſi in illis locis, in quibus proprius Epiſcopus juſſerit; atqui proprius Epiſcopus eſt Diœceſanus: ergò, &c.

3 Idem patet ex *text. in cap. Clericus, eodem tit.* & *in cap. quidam* 18. *quæſt.* 2. tenet Panormit. *in rubric. de conſecr. Eccleſ.* Anchar. *in cap. authoritate, de privil. in* 6. *num.* 2. Aug. Barb. *in cap. Miſſarum* 12. *de conſecrat. dist.* 1. & *in dict. cap. authoritate, de privileg. in* 6. *num.* 1. & nos diximus *quæſt.* 3. *num.* 18. *pag.* 212. ex eo, quòd viſitatio, & approbatio eſt actus juriſdictionis, & pertinet ad forum externum judiciale; ideoque nequit ab Epiſcopo in non ſubditos, ſed in proprios ſubditos exerceri, quare hanc ſententiam, ut probabiliorem amplectimur.

4 Ad contrarium fundamentum reſpondetur, dari differẽtiam inter approbationem ad Confeſſiones, & Oratoria, hæc enim tendit ad locum, qui eſt addictus juriſdictioni Epiſcopi illius Diœceſis, in qua ipſe locus eſt ſituatus: illa verò tendit ad perſonam, quæ ſponte ſua, ſubjici poterit examini, & judicio cujuſcumque Epiſcopi, de quo tamen in ſecũda parte agendum erit.

5 Quanvis tamen prædicta quæſtio cõtroverſa ſit apud Hiſpanos, ut videre eſt apud Ludovic. à Cruce *de Bull. diſput.* 1. *cap.* 5. *dub.* 1. *num.* 4. & alios ſupra citatos: attamen in noſtrâ Luſitanâ Bullâ dubitatione caret, quia in ea hæc leguntur verba: *Ab Ordinario loci approbando, & viſitando.* Unde cùm exprimatur, quòd viſitatio, & approbatio ſit ab Ordinario loci facienda, non eſt locus diſputationi, ut in ſimili tenet Tambur. *de Bull. cap.* 11. §. 1. *num.* 1. quare ad ſecundam partem ſermonem dirigimus.

PARS SECUNDA.

Circa approbationes ad confeſſiones audiendas.

SUMMARIUM.

6 *Referuntur ſententiæ circa approbationem Confeſſarij.*

7 *Adducitur P. Cardenas requirens approbationem Ordinarij loci.*

8 *Refertur tenor ſupplicationis ab Archiepiſcopo Hiſpalenſi Paul V. porrectæ ſuper Regularium*

rium approbatione.
9 *Responsio Sacræ Cõgregationis.*
10 *Bulla Paul. V. confirmans decretum Sacræ Congregationis.*
11 *Alia narratur supplicatio Archiepiscopi successoris.*
12 *Apponitur secunda responsio Sacræ Congregationis, & n.* 13.
14 *Adducuntur AA. qui adversam sententiam videntur tueri, & num.* 15. & 16.
17 *P. Sylva refellit fundamenta contrariæ sententiæ, & n.* 18.
19 *Non licet ex proprio marte ratiocinari, sed per viam tritam, & textuum dispositiones.*
20 *In dubio circa mentem Concilij, ad Pontificem recurri debet.*
21 *Illius est legem declarare, cujus est condere.*
22 *Declarationes sacræ Cõgregationis sunt definitivæ, nec indigent promulgatione, & nn. seqq.*
30 *Refellitur fundamentum P. Sylvæ.*
31 *Transumitur Pastoralis Archiepiscopi Ulyssiponensis circa licentias confessariorum, & alia plura.*
32 *Expenditur renitentia circa confessiones virtute Bullæ.*
33 *Declarationes Cardinalium adductæ tangunt etiam Confessarios sæculares.*
34 *Prohibitum uni, alijs videtur concessum.*
35 *Non tamen quando ex tali concessione necessariò pervenitur ad id quod prohibitum est.*
36 *Ubi datur eadem ratio, eadem datur juris dispositio; quæ licèt limitetur in pœnalibus, non tamen quando lex agit comprehẽsivè.*
37 *Intelligitur Bulla Clem. X. à P. Sylv.*
38 *Verba sunt signa mentis, intelligenda secundum propriam significationem, & materiam subjectam.*
39 *Cruciata non præstat privilegium Confessarijs, sed pœnitentibus.*
40 *Explicatur Epistola Evaristi P. II.*
41 *Paritas approbationis Oratorij, & Confessarij.*
42 *Equites Militares non tenentur eligere approbatum ab Ordinario loci.*
43 *Eligitur ab A. sententia probans quamcumque approbationem, & n.* 44.
45 *Diversitas in locutione diversitatem inducit in dispositione.*
46 *Disparitas inter Oratorium, & Confessarium.*
47 *Quotiès aliquid adjicitur, vel detrahitur dispositioni, prodit nova dispositio.*
Nova qualitas facit novam dispositionem. Ibid.
48 *Pars dispositionis ambigua ab alia accipit declarationem.*
49 *Expenditur regula:* Si voluisset, expressisset.
50 *Ea declaratio dispositionis procedit, quando ad eam concurrunt conjecturæ.*
51 *Non tamen, quando datur certitudo ex parte declaranda.*

Digitized by Google

52 *Neque in materia odiosa.*

53 *Adaptatur hoc Confessariorum approbationi, & n.* 54.

55 *Intelligitur Tridentinum circa approbationem judicandā ab Episcopis in plurali, & n.* 56.

57 *Explicatur declaratio Cardinalium ad instantiam Archiepiscopi Valentini.*
Adducitur declaratio de Confessario Episcopi ab Ordinario Confessarij approbando. Ibid.
Alia item de Confessario Regularium tempore Jubilæi itidem approbando. Ibid.
Offertur exemplum ordinandorum. Ibid.

58 *Pontifex est Pastor totius Orbis.*

59 *Datur distinctio inter approbationem, & jurisdictionem Confessarij.*

60 *Privilegia debent interpretari in favorem Prælatorum.*

61 *Privilegia sunt restrictiva juris communis.*
Favor publicus privato antefertur. Ibid.

62 *Privilegiatus in specie privilegiato in genere præfertur.*

63 *Referuntur limitationes regulæ:* Una pars dispositionis per aliam declaratur.

64 *Principis privilegium, suum debet effectum sortiri.*

65 *Diversitas approbationis Confessarij per Bullam eligendi.*

66 *Confessio annualis potest fieri cuilibet exposito.*

67 *Electio Confessarij per Cruciatam, non intelligitur de sola confessione annuali, & n.* 68.

69 *Cruciata non tantùm dat facultatem ad reservata, verùm etiam ad reliqua peccata.*
Afferuntur annotationes à Fidei prætorio affixæ tractatui de pœnitentiâ Soarij Lusit. circa approbationem Confessarij. Ibid.

70 *Alia fundamenta resolutionis A. remissivè.*

71 *Cruciata nil indulget Confessarijs, sed pœnitentibus, & n.* 72. & 74.

73 *Tridentinum non cogit ad approbationem territorij, nisi ut jurisdictio concedatur.*

75 *Dispositiones Pontificis explicantur per ea, quæ in supplicatione proponuntur.*

Concessio intelligitur facta secundum supplicationem, nisi aliud exprimatur. Ibid.

76 *Privilegia Cruciatæ habēt vim contractûs, in favorem publicū, & Fidei exaltationem.*

77 *Altera Cardinalium declaratio exponitur.*

78 *Pontifex non censetur concedere, quod in supplicatione non exprimitur.*

79 *Concessio facta de materia prohibita non excedit terminos cōcessionis.*

Adstipulatur resolutioni authoritas Candidi Pœnitentiarij Urbani VIII. Ibid.
Declarationes circa Cruciatam ut valeant, debent intimari Regi nostro. Ibid.
Exequens decreta in præjudicium

cium Cruciatæ incidit in pœnas Ordinationis. Ibid.

Commissarius Cruciatæ, cùm aliquid ei noceat, transit in Judicem Ordinarium. Ibid.

Judex Coronæ est competēs ad dirimenda jurgia inter politicam, & spiritualem potestatē. Ibid.

Joan. II. renuntiavit examinare rescripta ex officio, non autem ad instantiam partium, neque ea quæ tangunt jura regalia. Ibid.

Cùm deest Ordinatio expressa recurritur ad leges, & consuetudines Regni vicinioris. Ibid.

Talia rescripta debent expectare regium exequatur. Ibid.

80 *Clem. X. de Cruciatâ loquutus non fuit in constit.* Superna, *& num.* 81.

82 *Clem. X. in præfata constitutione omnes veteres dispositiones in unam collegit.*

83 *Bulla Cruciatæ posterior revocat omnes dispositiones Pontificias contra eam facientes.*

84 *Dum Cruciata non exprimit Ordinarium loci, non est hic ab eâ requirendus.*

85 *Argumentis contrarijs satisfit remissivè.*

86 *Satisfit Pastorali Ulyssiponensi, & declarationibus Cardinaliū.*

87 *Conciliatur damnatio Innoc. XI. & nn. seqq.*

91 *Expenditur Constitutio Ulyssiponensis* lib. 1. tit. 10. decr. 9. §. 1. *circa approbationem Confessarij per Bullam, & n.* 92.

93 *Genus omnes species comprehēdit.*

94 *Expressum dicitur, quod sub expresso continetur.*

95 *Nomen* Ordinarius *est collectivum, & comprehendit omnes Episcopos, Vicarios Generales, & Sedes-vacantes.*

96 *Bulla Cruciata non requirit plura examina, & n.* 97.

98 *Constitutio Synodalis nequit prævalere dispositioni Pontificiæ.*

99 *Idem de dispositis circa pœnas, malè acquisita, & incerta.*

Dispositio maioris facit cessare dispositionem minoris. Ibid.

100 *Ad matrimonium requiritur assistentia proprij Parochi.*

101 *Idem declaratur in annua cōfessione.*

Idem de degradatione à proprio Episcopo facienda. Ibid.

102 *Expressio eorum, quæ à jure insunt, non inducunt novam formam, nisi quando aliter fit.*

103 *Expressio proprij Ordinarij non inest à jure.*

104 *Expenditur idem in confessione annuali, & degradatione.*

105 *Recitantur verba DD. Authoris sententiam approbātium.*

106 *AA. adversæ sententiæ Authoris sententiam non improbāt, & nn. seqq.*

109 *Adduntur alij sentētiam Authoris defendentes*

6 HAnc quæstionē pertractāt latissimè, & novissimè P. Nog. *de Bull. disp.* 14. *sect.* 2. *n.* 13.

cum ſeqq. & P. Sylva *etiam de Bull. tract.* 3. *art.* 6. *à num.* 14. *pag.* 250. ubi tres referunt ſententias in hac materia : prima aſſerit, ſufficere approbationem à quocumque Ordinario. Secunda tenet, ſufficere approbationem ab Ordinario pœnitentis. Tertia denique, quæ docet neceſſariò requiri approbationem ab Ordinario Confeſſarij, Mend. *de Bull. diſp.* 22. *cap.* 3. qui omnes plurimos alios citant ; & ne eorum dicta tranſcribam, ſolummodò propoſitam quæſtionem moveo hoc pacto, nimirùm, an per declarationes, & decreta Pontificum ceſſent prædictæ opiniones ? In illius deciſione diſcordant inter ſe P. Nog. & Sylva : quid autem in hac materia ſentiamus, ex infrà dicendis conſtabit.

7 De eadem quæſtione circa Equites Militares egimus *in lib. Enucl. Ordin. Milit. enucl.* 3. *compr.* 6. *num.* 379. *pag.* 738. *col.* 2. *cum ſeqq.* Declarationes verò hanc materiam concernentes refert P. Nog. *loco citato*, ubi videri poſſunt, quibus reſpondet P. Sylva *loco etiam citato à num.* 24. eodem modo reſponderi poteſt declarationibus allatis ab eodē P. Sylva, quoad erigenda Oratoria, ipſumque de incohærentia doctrinæ arguere ; quod omittimus ; ſolùmque diſputamus, utrùm poſt Pontificum diſpoſitiones, quæ in hac materia inveniuntur debeat approbatio dari ab Epiſcopo loci ; an verò ſufficiat à quocumque Epiſcopo ? P. Cardenas latiſſimè defendit requiri approbationem proprij Epiſcopi, ut videre eſt *in Chryſi Theologica, opere poſthum. diſſert.* 2 *quæſt.* 2. §. 2. 3. & 4. qui affert Clement. X. Bullam, videndam etiam apud Cherubin. *tom.* 5. *conſtit. ejuſdem P.* 7. *pag.* 491. & incipit, *ſuperna*, itemq; decretum Sacr. Congreg. cujus tenor eſt :

Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Domini.

8 *IN Civitate, & Diœceſi Hiſpalenſi, Regulares abſque Archiepiſcopi licentia, & approbatione, ſolent ſæcularium confeſſiones audire, & verbum Dei in alijs, quàm ſuorum Ordinum Eccleſijs prædicare, forſan adducti, quòd ſe à juriſdictione Ordinarij exemptos eſſe, & vigore literarum Apoſtolicarū ſuper Cruciata nuncupata emanatarum, illa ſibi permiſſa eſſe prætendant ; ſupplicat Illuſtriſſimos, & Reverendiſſimos DD. VV. modernus Archiepiſcopus pro hujuſmodi abuſus tollendi remedio, & declaratione.*

De-

Decretum Sacræ Congregationis.

9 SAcra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretum, censuit Regulares hujusmodi, utcumque exemptos, non posse absque Ordinarij Hispalensis licentia, & approbatione personarũ sæcularium cõfessiones audire, literasq; Cruciatæ prædictas in hac re quidquam novi juris minimè induxisse. Ac similiter non posse dictos Regulares verbũ Dei prædicare in alijs, quàm suorum Ordinum Ecclesijs absque licentia, & approbatione ipsius Ordinarij.

R. Card. Ubaldinus.

10 Quod Decretum confirmauit Paulus V. 11. Octobris 1611. Bullâ sequenti:

PAULUS PAPA V.

Ad perpetuam rei memoriam.

INomine *Venerabilis Fratris Petri Archiepiscopi Hispalensis. Nobis nuper expositum fuit, quòd in Civitate, & Diœcesi Hispalensi irrepserit abusus, ut* Regulares absque pro tẽpore existentis Archiepiscopi Hispalensis licentiâ, sæcularium personarum confessiones audire, *& verbum Dei etiam in alijs Ecclesijs, quàm suorum Ordinũ prædicare soleant, forsan addicti,* quòd se à jurisdictione Ordinarij exemptos esse, & vigore literarum Apostolicarum super Cruciata nuncupata emanatarum, illa sibi permissa esse prætendant. *Quare Nos, qui ex Pastorali nostri officij debito procurare tenemur, ut ex agro Domini abusus tollantur, supplicationibus dicti Petri Archiepiscopi nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, de consilio venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Concilij Tridẽtini interpretum, authoritate Apostolicâ,*

tenore

tenore præsentium ejusdem Concilij decretis inhærentes, Regulares prædictos *non posse absque Ordinarij licentia, sæcularium personarum confessiones audire. Neque verbum Dei prædicare absque licentia, & approbatione ipsius Ordinarij, in alijs, quàm suorum Ordinum Ecclesijs :* literasque Cruciatæ prædictas in hac re quidquam novi juris minimè induxisse; *sicque, & non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, sublatâ eis, & eorum cuilibet, quâvis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secùs super his, à quoquam quâvis authoritate scienter, vel ignorantèr contigerit attentari decernimus, & declaramus ; quocirca eidem Petro Moderno, & pro tempore existenti Archiepiscopo Hispalensi, per præsentes cõmittimus, & mandamus, ut quoscumque, cujusvis Ordinis* Regulares *Civitatis, & Diœcesis prædictarum præmissa peragentes, seu peragere posse, quovis prætextu prætendentes, authoritate nostrâ moneat, ut decreto, & declarationi nostris hujusmodi de cætero, ut par est, obediant. Quod si facere recusaverint, vel quoquomodo neglexerint, eosdem per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, arbitrio suo infligendas, omni, & quâcumq; appellatione postpositâ, eâdem authoritate nostrâ cogat, & compellat. Super quo eidem Archiepiscopo plenam, & liberam facultatem, & authoritatem concedimus, & impartimur. Non obstantibus quibusvis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quorumvis Ordinum Regularium, etiam juramento, confirmatione Apostolicâ, vel quâvis firmitate aliâ roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis, illis, eorumque superioribus, & personis, sub quibuscũque tenore, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis eorum tenore præsentium pro plenè, & sufficientèr expressis habentes, illis aliâs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialitèr, & expressè derogá-*

rogamus, cæterisque contrarijs quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Marcum ſub annulo Piſcatoris, anno 1611. *die* 11. *Octobris. Pontificatûs noſtri anno ſeptimo.* S. Cobellutius.

11 Aliam declarationem etiam adducit, expeditam 16. Februar. 1675. quæ ita ſe habet:

BEATISSIME PATER.

MAgnam *affert reipublicæ Chriſtianæ pacem, & tranquillitatem conſtitutio Sanctitatis veſtræ, ſi exactè ſervetur, in quâ ſanciwit,* Religiosos *ab Epiſcopo ad confeſſiones ſæcularium in ſua Diœceſi audiendas approbatos, non poſſe in alia Diœceſi, eos abſque Epiſcopi Diœceſani approbatione audire, quamvis pœnitentes ſubditi ſint ejus Epiſcopi, à quo ipſi Religioſi jam fuerant approbati. Huic tamen tam ſanctæ conſtitutioni, ſive fraus, ſive relaxatio adinventa eſt,* prætextu privilegiorum Bullæ Cruciatæ. *Et quidem ante iſtam Sanctitatis veſtræ conſtitutionẽ, non pauci ſcriptores docuerunt, Confeſſarium approbatum ab uno Epiſcopo, poſſe* virtute Bullæ Cruciatæ eligi ubique terrarum ad confeſſiones ſæcularium audiendas; *maximè ſi Confeſſarius ſit ex Regularibus: & quoad Regulares niti videntur ijs verbis Bullæ Cruciatæ* ex his qui ab Ordinario, & quoad Regulares ſemel tantùm approbati fuerint, *immò verò ſunt non pauci Authores, qui affirmarunt, Confeſſarium etiam non Regularem approbatum in una Diœceſi, poſſe ubique locorũ eligi* virtute Cruciatæ. *Moderni ergò Regulares contendũt, eos ſemel una Diœceſi approbatos, poſſe ubique locorum eligi virtute Cruciatæ, etiam poſt hanc veſtræ Sanctitatis conſtitutionem, in quo ſi ſincerè procederent, ſatis clarè cognoſcerent, jam poſt prædictam conſtitutionem non relinqui locum illi prædictæ opinioni, cùm veſtra Sanctitas tam clarè ſtatuerit, Religioſos ab Epiſcopo ad confeſſiones ſæcularium in ſua Diœceſi audiendas approbatos, non poſſe in alia Diœceſi, eas abſque Epiſcopi*

pi Diœceſani approbatione audire, non obſtantibus privilegijs, aut conſuetudinibus, vel ſtatutis quibuſcumque : etiam ex cauſa, & titulo oneroſo conceſſis, & ſub quâvis formâ, & tenore, &c. Opinionem ergò privilegijs Bullæ innitētem, etiam revocato privilegio ſuſtinere volunt.

Ex quo fit, quòd cùm ferè nullus ſit in Regnis Hiſpaniæ, qui non aſſumat Bullam Cruciatæ in prædictis Regnis, iſta veſtræ Sanctitatis conſtitutio ſuo fine fruſtratur; quia Regulares ſub hoc prætextu, ſemèl approbati in una Diœceſi, audiunt confeſsiones ſæcularium ubique, eo quòd omnes ſæculares habent Bullam Cruciatæ. Quod ſi Epiſcopus vult arcêre Regulares ab audiendis ſæcularium confeſſionibus abſque ſua approbatione, fortiter reſiſtunt, ſe tuentes privilegio Bullæ Cruciatæ, quam prædicti fæculares habent. *Ex quo vetera diſſidia reviviſcunt.*

Ut ergò his diſſidijs veſtra Sanctitas finem imponat, maximè oportet, quòd veſtra Sanctitas ſuo Diplomate declaret, nihil ſuffragari Bullam Cruciatæ Regularibus, *aut quibuslibet alijs Confeſſarijs in alia Diœceſi approbatis ad audiẽdas confeſſiones ſæcularium, hujus Diœceſis,* & illam eorũ Authorum opinionem hac veſtræ Sanctitatis conſtitutione, antiquatam eſſe. *Servet Deus incolumen Sanct. V. &c.*

Reſponſio Eminentiſſimor. Sacr. Concil. Trid. Interpretum.

PErilluſtris, & Reverendiſſime Domine, uti Frater; duo pro parte Amplitudinis tuæ à Sacr. Congr. Eminentiſſimorum Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum petita fuêre : primum, ut ei ſpecialitèr committeretur executio conſtitutionis incipientis: Ad ſuperna, *editæ nupèr à Sanctiſſimo D. N. Clement. X. cum facultate, ut tanquàm Sedis Apoſtolicæ Delegatus in caſu contravẽtionis adverſus cujuſcũque Ordinis Regulares procederet per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſti-*

cas

cas ejus arbitrio. Secundũ, ut declararetur, quòd dicti Regulares nullatenus eligi posſint in Confeſſarios vigore Bullæ Cruciatæ, *niſi juxta dictã cõſtitutionẽ fuerint approbati. Quoad hoc Eminentiſſimi Patres idem nũc juris eſſe cenſuerunt, at aliàs 6. Auguſti* 1611. *definitum fuit pro iſtamet Diœceſi; ac proinde dari voluerunt declarationem editam ſequentis tenoris:*

HISPALENSIS.

12 SAcra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretum ſæpiùs declaravit, Regulares non poſſe abſque Ordinarij licentiâ, & approbatione, ſæcularium perſonarum confeſſiones audire; prædicare verò ita demùm non poſſe, abſque licentiâ, & approbatione ipſius Ordinarij, ſi in alijs, quàm ſuorum Ordinũ Eccleſijs ſacras Cõciones ſint habituri, nec conſtitutionem, *quæ Cruciatæ appellatur*, in hac re quidquam novi juris induxiſſe.

Quoad primam verò petitionem alia commiſſione minimè opus eſſe dixerunt, ſed Amplitudini tuę ſcribendum, ut ſuo jure, quod in his jam habet, utatur, ſervatâ formâ tam ſupradictę conſtitutionis, *ſuperna, &c.* quàm alterius Gregor. XV. S. M. in eadem materiâ.

Hęc igitur per haſce literas S. Congregationis nomine, ſignifico Amplitudini tuę, ut quidquid ſibi liceat, ſciat, & ei diutinam precor incolumitatem. Romę 16. Febr. 1675. Ampl. tuę uti Frater ſtudioſ. Fr. Urſinus Card. Sanct. Sixti, Præſes S. Archiep. Bracchaccius, Epiſcop. Viterb.

13 Idem tenet Anſel. Gom. *in ſuo exam. Matritenſ. cap.* 10. §. 1. *pag.* 25. ubi refert conſtitutionem Innoc. *X.* & *pag.* 123. *n.* 33. & 34. contrariam opinionem improbabilem judicat per verba, ibi: *El que eſtá aprobado en un Obiſpado, es eligible por la Bula en otra Dieceſi donde nó eſtá*

aprobado? Improbable; porque el Santiſſ. Clem. X. lo ha declarado, aſſi reſpeto de Clerigos ſeculares, como Regulares, en la Bula ſuperna, &c. *que nos publicó ſu Nũcio en eſta Corte; y aſſi aunque ſea ſubdito del Obiſpo que le aprobó, nó podrá confeſſarle, como declaró Su Santidad en virtud de la Bula, eſtando en otro Obiſpado, ſalvo q ſea el Confeſſor ſuperior del penitente, ora ſea ſecular, ora Regular.*

14 Idem tenere videtur Lumbier *in propoſitionibus Innoc. XI. propoſ. 1. advertenc. 3. §. 3. num. 36. pag. 27. & num. 44. pag. 31.* ubi ſuam retractat ſentẽtiam in verbis, ibi: *De lo dicho ſe ſigue, que ſegun la Bula de Clement. X.* Superna, *el Confeſſor para abſolver al penitente, la aprobacion, de que forçoſamente neceſſita, es la del Obiſpo del territorio donde cõfieſſa. Con que ceſſan yá las otras opiniones del* num. 737. *de nueſtra ſumm. moral. que dezian baſtava la del Obiſpo del Confeſſor, ò la del Obiſpo del penitente, las quales yá no baſtan, pues conſta que ni aun al penitente del otro Biſpado de quien el Confeſſor tiene licencia, puede abſolverlo en ageno territorio.*

15 Dian. *Coord. tom. 1. tr. 3. reſol. 14. num. 6. & reſol. 24. n. 10. & tom. 7. tract. 1. reſol. 83. 84. 85. 86. & 87.* ubi refert Bullam Innoc. X. Torrecil. *tom. 2. mor. tr. 4. diſp. 3. cap. 1. num. 6. pag. 309.* ibi: *Reſpondo, que yá nò ſe puede tener dicha ſentencia, ni juzgarſe probable, porque ay un decreto de Urbano VIII. y otro de Innoc. X. aquel del año de 1628. y eſte del año de 1648. que expreſſamente determinan lo contrario, de quo vide Dian.* part. 10. tr. 14. reſ. 2. & 3. *y* tract. 16. reſ. 75. *Però por lo cõtrario vea-ſe Araña* verbo approbacion §. en eſto, Card. Lugo *de pœnit. diſp. 21. ſect. 2.* Moya *tom. 1. tr. 3. diſp. 7. q. 3. §. 2. n. 7. & 8.* Epiſcop. Araujo *in ſelect. tract. 1. q. 8. n. 16. in fin. fol. 46.* & alij relati à Nog. *diſp. 14. ſect. 2.* ubi plurima affert fundamenta, quæ in eo vidêri poſſunt.

16 Hanc ſententiam ut probabiliorem amplectitur P. Nog. præcipuè poſt damnationem Innocẽtij XI. de quâ prædicti AA. ſuprà relati.

17 Contrariam tamen ſententiam tenaciter defendit P. Sylva *dict. tract. 3. art. 6.* qui *n. 34.* declarationibus ſupradictis ita reſpondet, nimirùm, quòd ex declarationibus Cardinalium, aliæ procedùnt per modum legis pro univerſali Eccleſia in Fidelium favorem; aliæ verò per modum declarationis ad vitandas contentiones inter Epiſcopos, & privilegiatas perſonas: additque eas, quæ procedunt per modum legis, pro bono Eccleſiæ regimine, eo ipſo obligare, neque ad id ab acceptatione, aut ab aliâ declaratione, quàm eâ, quæ fit Romæ; neque ab ullo uſu dependere: illas verò nullum habere vigorem, quæ ad

Epiſ-

Digitized by Google

Episcoporum instantiam contra privilegia, quę antea vera erant, ad vitandas controversias inter Episcopos,& Privilegiatos fiunt, ipsisque Episcopis committuntur per modum privilegij eis cōcessi, & per ipsos executioni mādandi,quæ hâc de causâ fiunt dependenter ab executione Episcoporum ; taliter quod si Episcopi executioni illas non mandaverint , nullam obligationem inducunt.

18 Ex hac doctrina à se datâ infert, declarationes adductas à P. Cardenas esse factas ad instantiam Episcoporum , & in illorum favorem , tanquàm revocationes privilegij , ut privilegium proprium fuisse illis commissas ; & in Episcopatibus , ubi non fuerunt executioni mandatæ , vim obligandi non habêre. Et cùm in nostrâ Lusitaniâ hæc decrèta non sint executioni mādata, immò scientibus , & tolerantibus Episcopis, & in examinibus per suos examinatores annuentibus,tolerata sit , contrariā resolutionē nullius esse roboris : ita per formaliadict. P. Sylva.

19 Huic doctrinæ tanti Patris nullum text. vel Doctorem pro se adducētis respondêre poteramus, nos erubescere, cùm sine lege loquimur , ex adductis à Barb. *axiom.* 38. neque enim licet ex proprio capite ratiocinari, sed procedēdum est per viam tritam, ac rectam , videlicet per textus legum, Bald. *cons.* 338. *secundum ea verſ. quia erubeſcimus lib.* 3. & *conſ.* 433. *in princip. verſ. itē non poſſum lib.* 5. quod fortiùs procedit, quando quis loquitur sine lege, sine statuto, & sine cōsuetudine, Abbas *cons.* 20. *col.* 2. *verſ. & primo permitto lib.* 2. idem Barb. *n.* 2.

20 Quapropter salvâ pace tanti Patris , non satisfacit illius solutio,quia quando aliquod dubium oritur circa mentem Concilij, maximè Tridentini , competit Pontifici illam declarare,ut de jure est text. *in cap. nec alicui* 4. *dist.* 17. ibi : *Sed quoties aliqua de universali Synodo aliquibus dubitatio nascitur ad respiciendum de eo, quod non intelligunt , rationem, aut sponte ij , qui salutem animæ suæ desiderant , ad Apostolicam Sedem pro recipienda ratione conveniant.* Ubi Illustriss. Præsul à Cunha *n.* 2.

21 Ita disponitur in Bulla Pij IV. in fin. Concil. Tridenti appositâ. Et quanvis illius sit legem declarare , cujus est condere, ut cum multis Menoch. *cons.* 296. *num.* 39. *& seqq.* tamen potest hęc jurisdictio alteri cōmitti, ex text. *in L. Theopompus ff. de dot. prælegat.* tenent Nata *cons.* 115. *num.* 8. *&* 9. Surd. *dec.* 194. *num.* 18. Card. Tusch. *lit. A. cōcl.* 536. *num.* 3. Ruin. *cons.* 19. *num.* 5. *& seqq. lib.* 2. Afflict. *dec.* 374. *n.* 3. *ad fin.* Mantic. *de conject. lib.* 3. *tit.* 1. *num.* 15. *& lib.* 2. *tit.* 16. *num.* 3. cum multis Salgad. *de retent. Bullar. p.* 2. *cap.* 2. *n.* 5.

22 Quo supposito, S. Pontifex particularem Eminentissimorum Patrum Cardinalium instituit, & creavit Congregationem, cui hæc dubia resolvenda, & declaranda commisit, ut patet ex Bulla Sixti V. septima in ordine hujus Pontificis, quæ habetur in ejus Bullario, & affertur à Rodrig. *qq. regul. tom.* 1. *q.* 11. *art.* 1. & 2. Garcia *de benef. in præfat. post princip.* Salas *de leg. disp.* 21. *sect.* 12. Princeps namque potest potestatem condendi legem Senatui attribuere ex text. *in §. responsa prudentum, institutis, de jure naturali, L. humanum Cod. de leg.* probaturque ex *Rubl. de leg. Senat. Consult. & longa consuetud. & in tit. Cod. Senat. Consult. lib.* 1. *tit.* 16. quæ declarationes sic authoritate Apostolicâ factæ, non sunt doctrinales, sicut aliqui tenent Theologi, sed definitivę, seu decisivę, vim legis habentes, & ut tales recipiendæ, ut tenet Salgad. *suprà num.* 7. & 8. & Rodrig. *dict. q.* 11. *art.* 2. ubi satis respondet argumentis in contrarium, nempè quòd tales declarationes non sunt latæ tanquam à DD. sed tanquàm à viris habẽtibus facultatem ab ipso legislatore, ad declarandum; quæ obligãt, eodẽ modo, ac si ab ipso Põtifice emanassent, ex notatis ad text. *in cap. inter alios* 31. *de sent. excommun.* neque tales declarationes indigent nova publicatione, quia sunt de lege jam promulgata, & recepta ex eod. Rodrig.

23 Præterea, prædictæ declarationes eandem vim habent, ac si ab ipso Pontifice immediatè dimanassent, prout eadem Sacr. Congr. declaravit his verbis: *Eadem ratio habenda est de his, quæ scribuntur à Cardinalibus Sacræ Congregationis Sacri Concilij Tridentini, ac si à Papa scripta essent.* Quam declarationem refert Zerola *in prax. Episcop. p.* 1. *verbo authoritas ad fin. & p.* 2. *verbo Absolutio in princip.* Roderic. *suprà*, P. Martin. del Rio, *disquisit. magic. lib.* 6. *cap.* 1. *sect.* 3. *in fin.* Barb. *ad Trident. in præfat. prop. fin.* alias declarationes refert Garcia *de benef. in præfat. ante med.* ubi ait eas non indigere promulgatione, ex eo, quia sunt cõfectæ in declaratione legis jam promulgatæ; alias declarationes refert idem Garcia *p.* 5. *cap.* 4. *sub num.* 140. *prop. fin.* quæ in eo videri possunt, ne nimis prolixi fiamus: alias item Cęsar Argel. *de legit. cõtradict. q.* 15. *art.* 5. *num.* 157.

24 Comprobatur hoc ex eo, quia declaratio nihil novi dat, nec de novo aliquid inducit, nec novum actum, ac dispositionem diversam facit, sed dũtaxat ostendit, quod dispositum, & actum fuerit à principio; seu aperit, & monstrat solummodò, qualis fuerit dispositio, ex optimo textu *in L. adeò §. cum quis ff. de acq. rer. domin. L. hæredes palam §.* 1. *sed si notam ff. de testam.* tenent Burg. de Paz *in proœm. leg. Taur.*

Taur. num. 297. *& à num.* 432. *cum ſeqq.* Menoch. *conſ.* 191. *n.* 44 *lib.* 2. Coſta *de retract. caſ.* 13. *cap.* 18. *num.* 12. Gratian. *tom.* 1. *cap.* 68. *num.* 26. *& tom.* 3. *cap.* 464. *à num.* 19. Valenſ. *conſ.* 23. *num.* 137. Caſtill. *controv. tom.* 6. *cap.* 182. *à princ. & num.* 10. *&* 41. cum mille alijs Salgad. *de ſupplicat. ad Sanct. p.* 2. *cap.* 2. *num.* 15. ubi tenet, quòd declaratio facta per Deputatum ad illam faciendam perinde habetur, ac ſi ab ipſo Deputante facta fuiſſet à principio ſimul cum diſpoſitione.

25 Patet hoc evidenter, quia declaratio ineſt actui, & diſpoſitioni declaratæ ex Salgad. *de Reg. protect. p.* 4. *cap.* 12. *à num.* 25. *&* 30. Retrotrahiturque ad tēpus principalis diſpoſitionis, quæ declaratur ex eod. Salgad *num.* 32. Surd. *dec.* 21. *per totam*, Grat. *forenſ. tom.* 1. *cap.* 141. *n.* 2. adeoque inhæret diſpoſitioni principali, ut cum illa emanaſſe cenſeatur, eodemmet tempore à principio, ex eod. Salgad. *n.* 35. ubi multa invenies ad intentum notatu digna, & Surd. *dec.* 29. *per tot. & conſ.* 288. *num.* 10. Grat. *forenſ. cap.* 147. *in princ.* Larrea *in dec. Granat. diſp.* 39. *num.* 5. *&* 6.

26 Confirmatur, quia declaratio Cardinalium circa contenta in Concilio, nil aliud eſt, quàm ipſummet Concilium declaratum; & ac ſi de ipſo à principio declaratio emanaret; proptereaque idē de utroque æqualiter eſt judicandum, ex Salgad. *de ſupplicat. ad SS. p.* 2. *cap.* 2. *n.* 21. ſicut accidit in commiſſionibus à Pontif. factis ad declarandas Monaſteriorum occurrentes ambiguitates, ut ex pluribus indultis refert Joan. de la Cruz *lib.* 2. *cap.* 2. *concl.* 2. Portel *verbo generalis num.* 6. Bordon. *tom.* 3. *reſ.* 52. *n.* 49. *& reſ.* 80. *n.* 45.

27 Quænam autem concurrere debeant, ut tales Cardinalium declarationes fidem faciāt, declaravit Urban. VIII. in Bullâ datâ Romæ die 2. Auguſti 1631. viderique poſſunt apud Fagund. *in præcept. Eccleſiaſt. tract.* 2. *lib.* 8. *cap.* 8. *num.* 32. *&* 38. Souſa *in Bullâ Cœnæ cap.* 23. *diſput.* 110. *concl.* 3. *num.* 7. Fernand. *in exam. Rect. mor. p.* 4. *cap.* 7. §. 1. *num.* 5. Granad. *in* 2. 2. *D. Thom. contr.* 1. *tract.* 15. *diſp.* 14. *ſect.* 2. *num.* 8. *& ſeqq.* Dian. *p.* 4. *tract.* 4. *miſcell. reſol.* 239. *ad med. & tom.* 1. *p.* 1. *tract.* 5. *reſol.* 21. Coord. verò *tom.* 5. *tract.* 8. *reſol.* 15. *num.* 4. *& reſol.* 16. vide Salgad. *de retent. Bull. p.* 2. *cap.* 3. §. 5. *num.* 4. *cum ſeqq.*

28 Neque deeſſe videntur in citatis declarationibus circunſtantiæ, & conditiones requiſitæ ad earum validitatem, quia prima, ſubſcripta invenitur ab Illuſtriſſ. Cardin. Ubaldino, & confirmata, ac redacta in Bullam à Paulo V. expeditam, ut patet *pag.* 261. in quibus terminis jam non dici poteſt declaratio ſimpliciter, ſed diſpoſitio Pontificia,

ut accidit in oraculis vivâ voce, confirmatis; naturam enim oraculorum deperdunt,& tranſeunt in Bullata, ut tenent Donat. *tom.* 1. *p.*1. *tract.*16. *q.*3. *& tom.* 3. *tr.* 5. *q.*51. *num.* 7. Fr. Anton. à Spirit. Sancto *direct. regul. tract.* 2. *diſp.* 1. *ſect.* 1. *num.* 35. Hurtad. *tom.*2. *tract.*12. *cap.* 1. §. 21. *num.* 1168. *& tom.*1. *tract.*2. *cap.*6. *reſol.*22. *num.*250. *& tract.*3. *cap.*3. *reſol.*9. Pellizz. Lezan. Roderic. & alij à nobis relati *Enucl. Ordin. Milit. enucl.*3. *comp.*6. *num.* 455. *pag.* 809. *col.*2. *& num.* 456. *pag.* 810. *col.* 1. quo etiam modo tales declarationes primævam deperdunt naturam , & tranſeunt in Pontificiam diſpoſitionem per Pauli V. confirmationem.

29 Alia verò declaratio, de qua *pag.* 264. ſubſcripta etiam reperitur ab Illuſtriſſ. Cardinali Urſino, referturque ad conſtitutionem Clement. X. & Gregor. XV. ideo eãdem vim, & efficaciam habet, ex illo vulgari juris axiomate: relatum eſt in referente cum omnibus ſuis qualitatibus, ut cum multis Barboſ. *axiom.* 201. diciturque pars referentis ex eod. Barboſ. *n.* 2. ubi plura ad intentum.

30 Quibus ſic prælibatis, patet ſolutio ad argumentum P. Sylvæ *num.* 18. quanvis enim prædictæ declarationes fuiſſent factæ ad vitandas contẽtiones inter Epiſcopos, & privilegiatos, tamen non fuit novum privilegium Epiſcopis conceſſum, ſed declaratio generalis ad ſalutem animarum, ne in re tam gravi, ut eſt Sacramentum Pœnitentiæ periclitarentur, ut patet ex verbis tranſcriptis *p.* 274. *ut ex agro Domini abuſus tollantur.* Et hoc non fuit privilegia reſtringere, ſed declarare in hoc caſu illa non vigere, nec eum comprehendere; ſi autem prædicta doctrina P. Sylvæ locũ haberet, ſequeretur, declarationes nullum habere vigorem, quod dicendum non eſt, quia facultas a Pontificibus conceſſa Cardinalibus S. Concilij interp. non fuit ad alium finem, niſi ad declaranda dubia, quæ oriri poſſunt; aliter ſuperflua eſſet declaratio, cùm hæc non detur, niſi ubi dubium extat, ut jam notavimus: ſuperfluaque ſint vitanda: ergò quamvis declarationes Eminentiſſ. Cardinalium ſint pro dubijs vitandis, eundem habent vigorem, & debent ſortiri effectum, tanquàm Pontificum declarationes: ergò non benè videtur ſtare doctrina tradita à P. Sylva.

31 Deinde quanvis admittamus dictam diſtinctionem, & doctrinam, adhuc non probatur, tales declarationes non fuiſſe executioni mandatas, nec quoque conſtat dari tolerantiam, & ſcientiam ex parte Examinatorum, & Archiepiſcopi hujus Civitatis: quin potiùs anno 1694. publicata fuit quædam Paſtoralis in hâc Civitate, quâ Illuſtri. ſ. Archiepiſcopus vetuit, con-

confeſſiones audiri à non approbatis in eodem Archiepiſcopatu, ut patet ex verbis, ibi :

LVis de Souſa, por merce de Deos, & da Santa Sé Apoſtolica Metropolitano Arcebiſpo de Lisboa, Capellaõ Mór del-Rey meu Senhor, & do ſeu Concelho de Eſtado, &c. Aos que eſta noſſa Paſtoral virem, ſaude, & paz para ſempre em Jeſu Chriſto noſſo Senhor, que de todos he verdadeiro remedio, & ſalvaçaõ: Fazemos ſaber, que por parte do noſſo Promotor nos foy repreſentado, em como nas Igrejas deſte noſſo Arcebiſpado ſe entendia eſtavaõ ſervindo alguns Sacerdotes os cargos de Curas, Coadjutores, Economos, Theſoureyros, ſem cartas; como tãbem outros de Parochos, & Economos juntamente, ſem por Nós ſerem diſpenſados. E outroſy ſe conſentia que nas ditas Igrejas ſe prégaſſe, confeſſaſſe, ſem noſſa approvaçaõ, ou licença do noſſo Proviſor, de que tudo reſultava hum grande abſurdo, & inconveniẽte para as conſciencias dos noſſos ſubditos: Pedindonos em ſua petiçaõ, que para obviar taõ grande dãno, deviamos acodir com o remedio conveniente ao ſobredito, mandando paſſar Paſtoral com as penas abayxo cominadas, para ſer publicada, & fixada nas Igrejas deſte noſſo Arcebiſpado. E viſta por Nós a dita ſua petiçaõ, mandamos ſe defiriſſe em noſſa Relaçaõ, *& por Acordaõ della ſe determinou o ſeguinte: Acordaõ em Relaçaõ, &c. que ſe paſſe Paſtoral na forma que requere o Promotor da Juſtiça com pena de excõmunhaõ, & ſuſpenſaõ* ipſo facto incurrendâ, *a qual Paſtoral ſe publicará na Eſtaçaõ pelos Parochos deſte Arcebiſpado, & ſe fixará em hũas taboas, que eſtaráõ nas Sancriſtias, & os ditos Parochos as faráõ dar à execuçaõ debayxo da meſma pena de excõmunhaõ, & ſuſpenſaõ de ſeus officios; & o Promotor da Iuſtiça promova contra os que foraõ notificados, & nam obſerváram o que ſe mandou nos mandados juntos. Lisboa, 5. de Iulho de 1692. Alvarez da Coſta, Leytaõ, Monteyro, Serraõ. Em virtude do qual Acordaõ, com que nos conformamos, ſe paſſou a preſente, & outras do meſmo teor. Pela qual mandamos a todos os noſſos Parochos deſte*

noſso Arcebiſpado, tanto que eſta à mão lhes chegar, logo no primeiro Domingo, ou dia Santo, ſeja por cada hum delles publicada na Eſtação que fizer a ſeus freguezes, & a farám dar à execuçam debayxo da dita pena de excõmunhão, & ſuſpenſão de ſeus officios, nam conſentindo, q̃ nas ſuas Igrejas ſe ſirvão os ditos cargos acima declarados, nem préguem, ou confeſsem, ſem que primeiro moſtrem proviſoens, ou licenças por Nós concedidas, ou do noſso Proviſor. Dada em Lisboa ſob noſso ſinal, & ſello a 11. de Agoſto de 1694. Bẽto Ferreyra Feyo Eſcrivão da Camera Metropolitana deſte Arcebiſpado de Lisboa a fiz eſcrever.

L. Arcebiſpo de Lisboa,
Capellão Mòr.

32 Ergò non ſolùm non deficit probatio ſcientiæ, & tolerantię, immò potiùs conſtat de prohibitione, & repugnantiâ; neque dicendum eſt per dictas declarationesOrdinarios novum privilegium non acquirere, niſi tantùm ad exequendas pœnas cõminatas, tanquàm Sedis Apoſtolicæ Delegatos; alitèr enim contra Regulares procedere non poſſent, quia exempti à ſua Ordinaria juriſdictione ſunt: approbationem verò, licentiamque præbêre ad confeſſiones audiendas de jure ad ipſos ſpectat.

33 Argui etiam poteſt contra iſtam ſententiam, tales declarationes fuiſſe emanatas quoad Regulares, non verò quoad Sacerdotes ſæculares; cùm ergò ſint reſtrictivæ, & pœnales, extendi non poſſunt ultra caſum, de quo loquuntur, ut multotiès in hoc opere notavimus. Sed reſpondeo contrarium videri conſtare ex dictis declarationibus; enimverò, etſi contentio eſſet inter regulares, & Ordinarios, tamen reſolutiones, utique Sacerdotes ſæculares comprehẽdunt, quia in ſupplicatione de illis etiam facta fuit mentio, ut patet ex verbis, ibi: *Maximè ſi Confeſſarius ſit Regularis.* Et iterùm, ibi: *Immò verò ſunt non pauci Authores, qui affirmant Confeſſarium etiam non regularem, approbatum in una Diœceſi, poſſe ubique eligi virtute Cruciatæ.* Et iterùm, ibi: *Aut quibuslibet alijs Confeſſarijs in alia Diœceſi approbatis.* Ex quibus patet propoſitionem loqui non ſolùm de Regularibus, ſed etiam de ſæcularibus: ergò reſolutio omnes comprehendit.

34 Inſtabis, quanvis in ſupplicatione ſimul Regulares, & ſeculares comprehenſi inveniãtur, tamen in reſolutionibus ſolùm fit mentio de Regularibus; atquî de jure prohibitum uni, alijs viſitur conceſſum ex Barboſ. *axiom.* 193. *num.* 2. ergò quanvis pro-

Digitized by Google

quamvis prohibitum inveniatur Regularibus, non ideo dicetur prohibitum aliis, immò potiùs eis dicetur concessum.

35 Respondeo, hoc procedere, quando ex tali concessione non pervenitur ad illud, quòd prohibitum est, nisi contingenter; non verò quando necessariò pervenitur ad rem prohibitam ex Bart. *in L. ambitiosæ num.* 12. *ff. de decretis ab ordin. faciend. & in L. 2. ad fin. ff. de jurisd. omn. jud.* multos refert Barb. *in L. 1. §. 3. num. 57. ff. solut. matrim.* Tiraq. *de jur. constit. p. 3. limit. 7. n. 24.* Gom. *in L. 45. Taur. n. 29. ante fin.* & ex traditis ab eodē Aug. Barb. *dict. axiom. num.* 4. ubi *num.* 3. ait prohibito uno, censeri omnia prohibita, per quæ pervenitur ad illud unum, cum multis ab eodem relatis; atquî prohibitio Regularium, eâ de causâ est, ne quis non approbatus à proprio Episcopo confessiones audiat, quod si permittatur Clericis sæcularibus, idm inciditur in id, quod prohibitum est; esset que recipere approbationē ab Episcopo, qui jurisdictionem dare non potest non subditis, cum approbatio sit actus jurisdictionis, ut latè diximus: ergò dicendum est prohibitiones comprehendere omnes tam Regulares, quàm sæculares.

36 Deinde, quotiescumque datur eadem ratio, eadem debet dari juris dispositio, ut est vulgare; atquî nostro casu eadem militat ratio tam quoad Regulares, quàm quoad sæculares: ergò omnes comprehendit S. Congr. resolutio, & quamvis hæc regula limitetur in pœnalibus, ex traditis à Barb. *axiom. 197. num.* 6. ut alibi diximus, tamen non procedit, quando lex agit non extēsivè, sed comprehensivè, ut cum multis idem Barb. *num.* 7. Ergò cùm in prædictis declarationibus non extensivè, sed comprehensivè intelligantur Sacerdotes sæculares, non procedit dicta limitatio; ultraquam, quòd prædictæ declarationes non pœnales, sed secundum juris normas sunt, & ad bonum Militantis Ecclesiæ regimen, in quibus terminis non procedit dicta limitatio, cùm à sæcularibus Sacerdotibus nil auferatur, neque eis aliquod inferatur præjudicium.

37 Ad Bullam Clement. X. respondet P. Sylva loco cit. *n.* 36. *pag.* 257. verba Pontificis non esse intelligenda, ut materialiter sonant, sed ut conducunt ad finem intentum; sicque Pontificis mentem fuisse tantùm declarare Regulares non indigere Bullâ, ut semel in uno Episcopatu approbati audiant confessiones in illo, ideoque dixisse, se per Bullam nihil Regularibus indulsisse; non verò definire quomodo Bulla intelligenda sit, afferto, exemplum deductum ex epist. Evarist. *P. 2.* doctrinali ad Africanos Episcopos, dum ait Moysen non vidisse essentiam Divi-

nam

nam clarè, quod non fecit definitivè, quia Pontificis mens erat tantùm declarare inacceſſibile lumen, quod Pater inhabitat ſecundùm Paulum, etiam convenire Filio, in quo determinatè, & definitivè locutus fuit.

38 Sed reſponderi poteſt verba de jure eſſe ſigna, & teſtimonium mentis noſtræ ex traditis à Barb. *axiom.* 222. *num.* 2. atque intelligenda, & interpretanda ſecundùm propriam ſignificationem ex cod. *num.* 4. & ſecundùm materiam, de qua loquuntur, ſunt intelligenda ex cod. *num.* 6. & quatenùs propria eorum ſignificatio patitur ex n. 5. ubi, & in numeris allegatis multa ad intentum: atquî Pontificis verba ſecundũ ſubjectã materiã referuntur ad Cruciatæ privilegiũ, ad hoc, ut approbati ſint ab Ordinario loci, qui ad confeſſiones audiendas electi fuerint, quæ, ut videtur, fuit formalis intentio Pontificis; & declarare Regulares approbatos in una Diœceſi, non poſſe virtute Bullæ, eligi in alia Diœceſi, ut argumentũ fatetur: ergò nil contra nos inducit prædicta reſponſio.

39 Deinde in Bullâ nullum datur privilegium Confeſſarijs, ſed pœnitentibus, utCõfeſſarium eligere poſſint; quæ quidem electio juxta declarationem Pontificis eſt facienda ex approbatis ab Ordinario loci, & non à quocumque Ordinario: ergò Clementis Bulla declarat privilegiũ Cruciatæ, neque alitèr intelligi poſſe videntur prædicta verba, quæ ſic ſe habent tranſcripta ex Cherubino §. 2. *pag.* 494.

Nos attendentes, quòd aliàs diverſis temporibus prædictæ dubitationes, & controverſiæ nonnullis prædeceſſorum noſtrorũ Summorum Pontificum conſtitutionibus, earumque declarationibus definitæ fuerint: hujuſmodi definitiones in unum collectas, ut magis, magisque diſſentionum tollãtur ſemina, & in poſterum firmior in agro Dominico pax Chriſti floreat pro ſũmo, quo fungimur, Apoſtolatûs officio, novis Apoſtolicis literis muniendas duximus, & roborandas. Itaque de conſilio nonnullorum Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, & dilectorum filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum pietate, doctrinâ, & prudentiâ præſtantium, & maturâ deliberatione noſtrâ, atque ex certâ ſcientiâ, hac generali, & perpetuâ

petuâ valiturâ cõstitutione decernimus, & declaramus.

Et §. 4. ibi:

Ad hæc Religiosos ab Episcopo ad confessiones sæcularium in sua Diœcesi audiendas approbatos, non posse in aliâ Diœcesi eas absque Episcopi Diœcesani approbatione audire, quamvis pœnitentes subditi sint ejus Episcopi, à quo ipsi Religiosi jam fuerint approbati.

40 Exemplum allatum dici potest non adaptari præsenti resolutioni, quia est de re, quæ aliter explicari non poterat; nos verò sumus in casu expresso, in quo Pontifex distinctè exprimit, approbatum in unâ Diœcesi, eligi non posse ad audiendas confessiones in aliâ Diœcesi: ad aliam verò responsionem ejusdē Patris quoad propositionem Innocent. XI. satis patet solutio ex dictis à P. Cardenas, ubi latissimè agit de probabilitate opinionū, quod quidem nostri non est instituti.

41 Ex quibus omnibus liquêre videtur approbationes, tam quoad Oratoria, quàm ad confessiones audiendas esse faciendas à proprio Ordinario præcipuè stante prohibitione, & damnatione S. P. Innoc. XI. de qua DD. suprà relati latissimè pertractant.

42 Si verò arguas, nos contrarium asserere *in Enucl. Ordin. Milit. enucl.* 3. *compr.* 6. *n.* 379. *pag.* 378. *col.* 2. *cum seqq.* quoad Equites Militares: respondeo nos tunc locutos esse de Equitibus, qui Regulares, & Religiosi sunt, quorum proprij Ordinarij sunt Domni Priores trium Ordinum, quilibet in suo Ordine; suntque nullius Diœcesis, ideo sufficit approbatio suorum Prælatorum, ut tenet P. Sylva *suprà num.* 43. *pag.* 262. sicut alij Religiosi, qui ut confessiones audire possint suorum Religiosorum, non indigent approbatione Ordinarij, quia eorum Prælatus inter illos est proprius Ordinarius; nunc verò loquimur de Confessario respectu sæcularium, qui nullum habet privilegium, nisi Cruciatæ cum illa clausula, quòd Confessarij sint ab Ordinario approbati; in Bullâ namque datur electio Confessarij, non verò datur electio Episcopi ad approbā-dum, quod est valdè diversum.

43 Quanvis pro Patris Nogueir. sententia, tot sint fundamenta, ut vidimus, & pro utraq; parte quæstio hæc valdè sit controversa, in favorem tamen Bullæ judicamus, approbatum à quocumque Episcopo posse virtute Cruciatæ ubique confessiones

nes audire, eligique in Confeſſarium à quocumque Bullam habente: quod primò ſic oſtendo. Bulla concedit juriſdictionem ad confeſſiones audiendas, & ſolùm requirit approbationem, ideſt, idoneitatē in Confeſſario per privilegia Bullę eligendo; atquî approbatus à quocumque Epiſcopo idoneus exiſtit, & verum eſt dicere approbatum eſſe ab Ordinario: ergò jam completa eſt cōditio impoſita à Bullâ, nempè quòd ſit ab Ordinario approbatus.

44 Secundò ſic oſtendo: Bulla quādo loquitur de approbatione ab Ordinario facienda quoad Oratoria, exprimit, quòd viſitatio, & approbatio ſit ab Ordinario loci, ut patet in verbis, ibi:

Ab Ordinario loci approbando, & viſitando.

Ut notavimus in 1. *part.* hujus quæſtionis *num.* 5. *pag.* 256. quādo verò loquitur de approbatione requiſitâ ad confeſſiones audiendas, diverſimodè ſe habet, ut verba indicant ſequentia, ibi:

Quemcumque Presbyterum ſæcularem, vel cujusvis, etiam Mendicantium Ordinum Regularem, ex his, qui ab Ordinario, & quoad Regulares ſemèl tantùm approbati fuerint.

Ulteriùs quando poſtea loquitur de Concionatoribus pro Bullæ publicatione, his utitur verbis:

Præſentium autem publicatio, non niſi per probos, & idoneos Prædicatores, Presbyteros ſæculares, vel Ordinum etiam Mendicantium Regularis obſervantiæ profeſſores, ex his, qui à locorum Ordinarijs approbati, &c.

Ex quibus apparet duplicitèr in eâdem Bulla imponi à Pontifice particulam illam, *loci*, quâ uſus non fuit in ſecunda clauſula, quādo agit de Confeſſariorū approbatione, quod eſſe non poteſt per oblivionem, cùm anteà & poſteà de ea memoratus ſit: ergò patet in eo loco de Confeſſarijs nolle requiri approbationē Ordinarij loci, ſufficereque cujuſcumque.

45 Atquî diverſitas in locutione, diverſitatem inducit in diſpoſitionibus, & etiam eadem res diverſo jure judicatur ex diverſitate accidentium, vel reſpectu diverſarum perſonarum; eademque dictio poſita in eâdem lege ſumitur propriè, & impropriè ſecundùm diverſitatem rationis, ex adductis à Barb. *axiom.* 74. & Tuſch. *tom.* 2. *lit. D. concl.* 518. Ergò cùm Pontifex diverſimodè loquatur circa approbationes

tiones ab Ordinario faciēdas ad Oratoria, ac ad Concionatores, & ad confeſſiones audiendas, cum ad Oratoria, & ad Concionatores exprimat eſſe ab Ordinario loci faciendas; ad confeſſiones verò ſolùm diſponat dandam approbationem ab Ordinario abſolutè, deturque diverſa ratio in unâ, & alterâ diſpoſitione, rectè ſequitur, non requiri approbationem ab Ordinario loci ad confeſſiones audiendas, ſed ſufficere collatam à quocumque Ordinario habente juriſdictionē Ordinariam.

46 Ratio autem diverſitatis in unâ, & aliâ diſpoſitione, in eo conſiſtit, quia approbatio ad Oratoria, & ad Concionatores cùm ſit facienda in proprio territorio, fieri debet cum juriſdictione Ordinaria, quæ ab extraneo exerceri non poteſt in alieno territorio, ideo Pontifex exprimit, & requirit faciendam ab Ordinario loci, in quo ſitum eſt Oratorium, & in quo prædicandum eſt, quod fieri nequit abſq; licentia proprij Ordinarij. At verò approbatio Sacerdotis ad confeſſiones audiendas, cùm fieri poſſit in quocumque territorio; unuſquiſque enim Ordinarius poteſt in ſuo territorio Sacerdotem approbare; & verum eſt dicere talem eſſe approbatum ab Ordinario, quâ approbatione ſuppoſitâ, ſubintrat juriſdictio à Pontifice in Bullâ conceſſa, quia Pontifex eſt in toto mundo Ordinarius, diciturque Ordinarius Ordinariorum; nullique Ordinario fit injuria: ergò cùm detur qualitas approbationis requiſita in Bullâ, poteſt talis approbatus à quocumque Ordinario confeſſiones audire virtute Bullæ Cruciatæ.

47 Validiùs noſtra aſſertio roboratur, quia de jure quoties aliquid adjicitur, vel detrahitur primæ diſpoſitioni; intelligitur nova diſpoſitio facta, quia nova qualitas facit novam diſpoſitionem, *L.* 1. §. *ſi quis ſimpliciter, ff. de verbor. oblig. L. jus Civile, ubi DD. communiter ff. de juſt. & jure*, §. *præterea, inſt. de inutilib. ſtipulat. L. quibus diebus* §. *quidem Titio ff. eadit. & demonſtr.* Cravet. *conſ.* 910, *n.* 3. Cephal. *conſ.* 35. *num.* 52. *lib.* 1. Menoch. *conſ.* 104. *num.* 37. *lib.* 1. Reginald. *conſ.* 111. *num.* 56. *lib.* 3. Mantic. *de conjectur. ult. volunt. lib.* 3. *tit.* 7 *num.* 3. Azeved. *conſ.* 1. *num.* 6. Caſtill. *quotidian. tom.* 5. *cap.* 89. *num.* 171. Atquì Pontifex quādo agit de approbatione Oratoriorum, ac Concionatorum apponit clauſulam, quòd ſint approbandi ab Ordinario loci; quando verò agit de approbatione ad confeſſiones, ſolùm diſponit, quòd Confeſſarij ſint approbati ab Ordinario, dēpta particula *loci*; in quibus terminis novā datur qualitas: ergò nova eſt diſpoſitio: ac per conſequens non requiritur approbatio ab Ordinario loci;

immò ſufficit à quocũque Ordinario.

48 Argui tamen poteſt cõtra noſtram aſſertionem ex juris principijs dictantibus, quòd una pars diſpoſitionis ambigua ab alia declarationem, atque determinationem recipit, text. eſt *in L. filiabus, ff. de legat.* 1. *L. ſi ſervus §. fin. ff. vino, tritico, & oleo legato, L. Quæſitum §. Papinianus quoque ff. de fundo inſtruct. L. ſi frater, Cod. de fid. commiſſ.* per unam namque partem diſpoſitionis, alia declaratur, ſive ſit antea, ſive poſtea prolata, ut cũ multis Surd. *conſ.* 313. *num.* 88. quamplurimi relati à Caſtill. *controv. tom.* 4. *lib.* 4. *cap.* 50. *num.* 27. *cum ſeqq.* ubi plurima refert axiomata, & juris principia ad hanc materiam: atquî Pontifex quòad Oratoria declarat approbationem eſſe faciendam ab Ordinario loci: ergò ſecunda clauſula, quanvis poſterior, per primam intelligi debet.

49 Sed reſpondeò; prædicta principia procedere, quando eadem militat ratio in unâ, atque aliâ diſpoſitione, ſecùs verò quãdo dàtur diverſa ratio, ut patet in caſu præſenti propter rationem à nobis ſuprà aſſignatam; nam quando in diverſis partibus diſponitur, & in alijs omittitur diſpoſitio, intelligitur diſponentem ſcientèr omiſiſſe, cùm facilè illi fuiſſet exprimere, ſi voluiſſet; ſic prædictas regulas intelligunt Decius *conſ.* 180. *num.* 4. *verſ. & concluſione, & conſ.* 415. *num.* 3. Ruin. *conſ.* 93. *num.* 15. *lib.* 2. Soccin. jun. *con.* 169. *num.* 36. *lib.* 3. Cravet. *conſ.* 62. *num.* 14. *& conſ.* 130. *num.* 3. Goſad. *conſ.* 4. *col. penult.* Gabriel. *conſ.* 97. *in princ. lib.* 1. Grac. *§. teſtamentum quæſt.* 76. *num.* 2. Burſat. *conſ.* 433. *num.* 29. *lib.* 4. Hyppolit. Riminald. *conſ.* 19. *num.* 65. *lib.* 1. Alexand. Raud. *conſ.* 36. *num.* 45. *lib.* 1. cum multis alijs Caſtill. *ſuprà n.* 23. atquî Pontifex in primo cãſu, quoad Oratoria, ac Conciones expreſſit Ordinarium *loci*, in ſecundo verò non expreſſit, niſi Ordinarium, & ſi voluiſſet Ordinarium loci, expreſſiſſet, cùm omnia, quę de jure ſunt, in ſcrinio pectoris Principis ſint, ut eſt notum: ergò cùm in uno caſu expreſſerit, in alio verò minimè, deturque diverſa ratio, dicendũ eſt diſpoſitum in uno, locũ non habere in alio caſu.

50 Rurſus, prædicta jura procedunt, quando aliquæ exiſtunt conjecturæ, ex quibus veroſimilitèr præſumatur, diſponẽtem velle diſponere eodẽ modo in unâ, atque aliâ diſpoſitione; ſecùs verò ſi nullæ extent conjecturæ, neque præſumptiones, immò potiùs aliquæ aſſignentur, ut contrarium præſumatur, ut tenent Curtius junior *conſ.* 103. Cephal. *conſ.* 656. *num.* 50. *& ſeqq. lib.* 5. Hyppolit. *conſ.* 19. *num.* 65. *verſ. non omitto lib.* 1. & quamplurimi relati à Caſtill. *ſuprà n.* 25. *& lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 101.

atqui

atquî non extant conjecturæ, quę ſuadeant Pontificem velle approbationem ad confeſſiones fieri ab Ordinario loci, immò in contrarium extat conjectura, ex diverſo nempè modo diſponēdi in uno, & alio caſu : ergò non requiritur approbatio ab Ordinario loci, & ſufficit eam dari à quocumque Ordinario.

51 Ulteriùs : prædictæ regulæ etiam non procedunt, quādo ex aliqua parte ſit certa, & clara diſpoſitio, vel ex probabilibus conjecturis,& præſumptionibus certa reddi poſſit ; ſolùm enim procedunt, quando una diſpoſitio eſt dubia, quia tunc per aliam declaratur, non verò quando eſt certa, & clara ; ita tenet Caſtrenſ. *in L. hæredes palam §. ſi quis notam num. 5. ff. de teſtam.* Decius *in L. edita num.* 49. *Cod. de edendo*, Pariſ. *conſ.* 38. *n.* 31. *& conſ.*87. *num.*49. *lib.* 2. Peregrin. *de fid. commiſſ. art.* 16. *n.* 47. cum multis Caſtill. *ſuprà* : atquî ſecunda diſpoſitio Pontificis eſt clara, & certè diſponit, quòd approbatio ad confeſſiones audiendas ſit facienda ab Ordinario ſimplicitèr abſque clauſula antea, & poſtea poſita in approbatione ad Oratoria, & ad Conciones inſerta eidem Bullæ : ergò non poteſt per aliam explicari.

52 Deinde regula dictans, quòd una diſpoſitio per aliam intelligatur, procedit in materia favorabili, non autem in materia odioſa ; & quando dantur diſpoſitiones quæ verſantur circa unam, eandemque perſonam ; ut cum multis tenet idem Caſtil. *n.* 28. Atquî reſtringere approbationem ad Ordinarium loci, eſt materia odioſa,&cōcedere quòd fiat à quocumque Ordinario, eſt materia favorabilis, diſpoſitioq; profertur quoad diverſas perſonas, quia prima diſpoſitio eſt circa Oratoria, ſecunda verò tendit ad approbationem Confeſſariorum, 3. tandem ad Concionatores: ergò diverſimodè tenemur de illis judicare.

53 Dices ; quanvis diſpoſitio quoad Bullam, & illam recipientem ſit favorabilis, tamen quoad Epiſcopos eſt odioſa,quia admittitur in unaDiœceſi ad cōfeſſiones audiendas is, qui ab Ordinario illiusDiœceſis examinatus, & approbatus non fuit : atquî Epiſcopis conceditur in Trident. *ſeſſ.* 23. *de reform. cap.* 15. quòd nemo admittatur ad confeſſiones audiendas, niſi per examen idoneus judicetur;quod adhuc in Doctoribus, vel Sacræ Theologiæ profeſſoribus verificari debet, ex multis adductis à Barboſ. *in dict. conſ. n.* 31. & Anton. ab Spiritu Sancto *in direct. tom.* 1. *tract.* 5. *de pœnit. diſput.* 13: *ſect.* 3. Gallego *de Bull. cap.*9. *dub.* 92. ergò cū in hoc caſu ab Epiſcopo loci auferatur hoc examē, & approbatio plus odioſa, quàm favorabilis eſt materia, ſeu quāvis ſit favorabilis quoad Bullam, eſt tamen odioſa quoad Epiſcopos;

pos; favoresque in tertij prejudicium fieri nequeunt secũdùm juris regulas: ergò malè ſtat noſtra diſtinctio.

54 Reſpondeo, Concilium ſolùm diſponere, quòd Confeſſarius approbatus ſit ab Epiſcopis per verbum pluralis numeri, quin declaret, à quo Epiſcopo ſit facienda approbatio; & cùm in noſtris terminis detur approbatio ab Epiſcopo, quanvis non ſit territorij, jam verificatur Concilij diſpoſitio; neque injuria fit Ordinario loci, cùm ſolummodò Concilium requirat examen ab Epiſcopis, & approbatio Epiſcopi detur, conſtetque de idoneitate Confeſſarij, quod eſt requiſitum neceſſarium in Bullâ.

55 Replicabis: ideo Concilium loquitur in plurali de Epiſcopis, quia requiritur, quòd ab omnibus ſit examinatus, qui cõfeſſiones fuerit auditurus, nempè in quolibet territorio exponi debeat Ordinario illius territorij, & ſic verificatur clauſula illa Concilij, *Ab Epiſcopis.* Reſpondeo tamen cum eod. à Spir. Sãct. *ſuprà num.* 867. verbum illud Concilij, *Epiſcopis*; non ita debere intelligi, ut unuſquiſque ſit approbandus à multis Epiſcopis, ſed verbum illud pluralis, ideo poni; quia ſunt multi Epiſcopi valentes approbare, ſufficit tamen, quòd unus ſit, qui approbet, ſicut accidit in Unctione, ubi Apoſtolus dicit: *Inducat Presbyteros Eccleſiæ, &c. & ungẽtes oleo ſancto*, & tamen Unctio unius ſatis eſt: ſic ergò in Epiſcopis, in quibus approbatio unius ſufficiet.

56 Vel reſponde cum Fr. Ludovic. à Cruce *de Bull. diſp.* 1. *cap.* 2. *dub.* 15. *num.* 11. particulam, *Epiſcopis*, non eſſe intelligẽdam copulativè, ita ut ſit ſenſus, neceſſarium eſſe à pluribus Epiſcopis approbari, ſed exponi debere, disjunctivè, ideſt, quòd debeat approbari ab aliquo Epiſcoporum, ſive ab hoc, ſive ab illo.

57 Neque in contrarium facit declaratio Cardinalium adducta ab eod. à Cruce *num.* 12. ad inſtantiam Archiepiſcopi Valentini, nempè non cenſeri approbatum ab Ordinario in Diœceſi Valentinâ, qui ab alio, non à Valentino, approbatus fuerit, quia ultra ab omnibus DD. tradita, nempè talem declarationem non eſſe authenticam, cùm fuerit particularis ad Civitatem Valentinam, non nocet Regno noſtro. Deinde non loquitur de Bullâ Cruciatæ, unde cùm ſit reſtrictiva, & correctoria, extendi non debet ultra caſum, de quo loquitur, ut ſæpenumerò diximus; neque privilegiorum revocatio extenditur ad gratiam ſpecialitèr factam ex Caſtill. *lib.* 5. *controv. cap.* 89. *n.* 150.

Quòd ſi huic nimis abſtruſæ declarationi, alias apertiſſimas, & ſpecificas circa Cruciatam velis opponere, accipe à magno

Suar.

Digitized by Google

Suar. Fragoſ. Lugo, & cum alijs à Soar. Luſitan. *de pœnit. tract.* 6. *diſp.* 2. *ſect.* 2. §. 1. *num.* 174. ubi ſermonem facit de ijs, qui eligere poſſunt Confeſſarium à proprio Ordinario approbatum, & primò de Epiſcopis ſic ait Sacr. Congr.

S. D. N. Gregorius XIII. audita relatione Sacrę Cõgregationis Concilij declaravit, Epiſcopos vigore privilegij (de quo in *c. fin. de pœnit. & remiſſ.*) non poſſe eligere ſibi Sacerdotem ſibi non ſubditum, qui à proprio Ordinario non fuerit adhùc ad formam hujus decreti Concilij admiſſus, ſeu approbatus ad audiendas cõfeſſiones.

Ubi manifeſtè oſtenditur, poſſe Epiſcopum eligere Cõfeſſarium alibi approbatum: de Regularibus vigore Jubilæi ita:

S. D. N. declaravit tempore Jubilæi poſſe omnes Regulares (& eadem eſt ratio de Clericis, & laicis ſæcularibus) confiteri peccata ſua Sacerdotibus approbatis ab Ordinario ad audiendas cõfeſſiones; in Bullà enim non fit mentio, niſi de Ordinario eorum, qui audituri ſunt cõfeſſiones, non autem de Ordinario pœnitentium.

Unde cùm alibi Cõfeſſarius fuerit approbatus à ſuo Ordinario, poterit ſic eligi per Cruciatam, ex eo, quòd hæc mẽtionem non agat, niſi de Ordinario Confeſſarij; uti Jubilæus, & privilegiũ Epiſcopi. Facit etiam ad hoc, quòd per *cap. Nullus, de temporib. Ordinat. in* 6. & Tridẽt. *ſeſſ.* 23. *cap.* 8. habens literas teſtemoniales ſui Ordinarij, ſive originis, ſive beneficij, ſive domicilij, poteſt ordinari à quocumque Epiſcopo ubique terrarum, ut practicatur; quia quilibet iſtorum eſt verè Ordinarius juxta verba Concilij: eâdem ergo ratione poterit quis confiteri cuicumque approbato per aliquem ex prædictis Ordinarijs; cùm hac tamen differentia, quòd Ordines regulariter ſuſcipiuntur in territorio Epiſcopi conferentis; abſolutio autem poteſt impendi etiam extra territorium approbantis.

58 Neq; etiã obſtat alia ratio adducta ab eod. à Cruce *num.* 13. nempè proprium Paſtorem ſuas oves agnoſcere, illiusque eſſe earum neceſſitatibus ſubvenire: ergò ad proprium Epiſcopum ſpectat approbatio: neque, inquam, obſtat, quia proprius, &

Digitized by Google

genuinus Paſtor eſt Pontifex, ex illo Chriſti Domini Joann. 21. *num.* 17. *Paſce oves meas* : & quāvis poſtea ob locorum diſtantiam, aliasque rationes territoria diverſa conſtituta ſint, tamen juriſdictio eſt in Pontifice ; hic namque eſt verus Paſtor : ergò cùm perBullam juriſdictio collata ſit à Pontifice, verum eſt dicere à proprio Paſtore emanare; ſicque corruit argumentum.

59 Inſtabis : ergò (ſemoto privilegio Bullæ) ab uno tantùm Epiſcopo ſufficiet approbatio. Reſpondeo,negando illationem, quia approbatio eſt valdè diſtincta à juriſdictione (ut multotiès diximus) quam Sacerdos non habet, quanvis approbationem obtineat; quilibet namque Epiſcopus illum poteſt approbare, juriſdictionem verò ei conferre nequit in aliena Diœceſi. Unde cū ſola approbatione,non poteſt licitè,nec validè cōfeſſiones audire;deeſt enim juriſdictio,quam virtute Bullæ prętatPōtifex;poteſt enim in toto Orbe eam conferre , quam aliàs abſque Bullæ prīvilegio Sacerdos petere tenetur ab Epiſcopo , in cujus loco confeſſiones audit.

60 **Argues adhuc ex Ludovico** à Cruce *num.* 20.ubi ait,plus eſſe intelligēdam clauſulam Bullæ in favorem Epiſcoporum, quàm in eorum odium, cùm Epiſcopis aſſiſtat jus commune, privilegia namque in tertij præjudicium non debemus interpretari : plus enim in Prælatorum, quàm in ſubditorum favorem ſunt intelligenda : ergò Bullæ privilegia potiùs debent reſtringi ad hoc, ut approbatio ſit facienda ab Ordinario loci, quàm extendi ad hoc , ut ſufficiat approbatio à quocumque Ordinario.

61 Reſpondeo , privilegia ſemper eſſe reſtrictiva, & correctiva juris communis, vel privati ſecundū juris regulas per text. *in cap. Privilegium diſt.* 3. *cap. In his, de privil. L. unic. Cod. de Theſaur. lib.* 10. ut tenet idem à Cruce *num.* 5. quæ regulæ etiam dictant, favorem publicum potiùs eſſe attendendum, quàm particularem , quia publica utilitas privatæ antefertur ex *L. unic. Cod. de officio comit. ſacræ largi.* Novar. *quæſt. forenſ. lib.* 1. *q.* 34. *num.* 3. *cum ſeqq.* Barboſ. *axiom.* 96 *num.* 3. Atquî privilegium Bullæ eſt in publicam utilitatem totius populi, & animarum , ut faciliùs conſcientias fideles expiare poſſint ; eſtque in utilitatem Eccleſiæ Catholicę, ut ſubſidium contra Fidei hoſtes augeatur , cùm ad hoc plures ſumantur Bullæ : ergò nil mirùm, **quòd præferatur utilitati particulari** Epiſcopi , cùm detur approbatio requiſita per Conciliū, & à jure : argumentum dumtaxat locum haberet, ſi privilegiū concederetur uni ſubdito tantùm : in quo caſu prævalêre non poſſet contra Prælatum, non verò

Digitized by Google

rò quando in omnium favorem conceditur.

62 Deinde Episcoporum privilegium est in genere, quia est secundùm jus competens Episcopis ad omnia, quæ ad munus Episcopale pertinent. Privilegium verò Bullæ est in specie, ad eligendos Confessarios specificè: atquî privilegiatus in specie præfertur privilegiato in genere, ex Covarr. *in regul. Possessor, p.2. §.2. num. 4. vers. quod verò diximus*; maximè quando in eâdē re est specialiter privilegiatus, ex *Menoch. cons.52. n.43.* & relatis à Tusch. *lit.D.concl.761.* & à Barbos. *axiom.190. num.40.* ergò cùm privilegium Bullæ sit speciale,& in eâdem materia; rectè sequitur esse præferendum Episcoporum privilegio, & sufficere approbationem à quocūque Ordinario; sicque esse intelligendam clausulam Bullæ.

63 Denique prædicta regula, quòd una dispositio per alias, seu antecedentèr,seu subsequentèr positas declaratur, maximas patitur limitationes, nēpè quando est in eâdem dispositione: vel quando in diverso documento; quando exprimitur per aliquod adjectivum, vel quando per nomina substantiva: quando in utrâque datur eadem, vel diversa, aut certa, & specifica forma; vel quando sunt sub unica dispositione, & eodem verbo: vel quando utraq; clausula est per se stans, idest per se ipsam facit perfectam orationem; de quibus multa vide apud eundem Castill. *dict. lib.4. cap.50. à n.36. cum seqq.* ubi latissimè de hac materia: eum si consulas, invenies in omnibus conformari traditam à nobis doctrinam casui præsenti, in quo ampliùs morari non licet.

64 Tertiò pro nostra assertione facit illa vulgaris juris resolutio, quòd Principum privilegia suum debent habere effectum: atquî si eligi per Bullam non posset, nisi approbatus ab Ordinario loci, nullum in Bulla daretur privilegium: ergò dicēcendum est, sufficere approbationem à quocumque Ordinario.

65 Probo minorem: nam unicuique licitum est, semoto privilegio, peccata confiteri approbato ab Ordinario loci, & habenti jurisdictionem ad confessiones audiendas: atquî approbatus à proprio Ordinario habet jurisdictionem, & potest eligi à non habente privilegium: ergò nullum præstat Bulla privilegium, si tantùm concedit electionem approbati ab Ordinario loci.

66 Dices, adhuc dari privilegium, quia unusquisque fidelis tenetur peccata proprio Parocho confiteri semèl in anno: atquî per Bullam potest quem voluerit ex approbatis eligere: ergò jam verificatur privilegium. Sed respondeo, talem obligationem

Digitized by Google

nem jam in desuetudinem abijsse; passim enim videmus omnes Parochianos peccata confiteri pro obligatione Quadragesimali, quin proprium Parochum adeant; deinde Pontifex loquitur genericè in omnibus casibus, undè ad unum particularē non est restringendum illius privilegium.

67 Probatur hoc ulteriùs ex Bullæ contextu; nam Bulla concedit Jubilæum, & Stationum Indulgentias, atque ut puriùs fideles eas consequi valeant, insuper cōcedit, quòd unusquisque Confessarium eligat approbatū ab Ordinario quotiès quis confiteri voluerit: atquî si restringeretur privilegiū ad Quadragesimalem confessionem, de una tantùm intelligeretur privilegium, quod de jure restringi nequit, & est contra verba Bullæ: ergò minimè intelligi debet de solâ unâ confessione.

68 Probò deinde: Bulla cōcedit unum Jubilæum in primis sex mensibus, secundum post sex menses: atquî unum, & aliud requirit confessionem: ergò non de annuali, sed de pluribus confessionibus agit: ac per consequens non potest intelligi facultas eligendi pro sola Quadragesimali confessione; quod idem accidit in reservatis, ut patet ex ipsamet Bullâ: ergò, &c.

69 Replicabis: etiam extat in Bullâ privilegium quoad reservata: ergò non est frustraneū Bullæ privilegium. Respondeo, in Bullâ non solùm concedi electionem Confessarij ad reservata, sed ad alia quamplurima, & primò ad absolvenda peccata absolutè, ut patet ex verbis, ibi:

Et ut puriùs preces Deo fundere, & eò efficaciùs Divinum auxilium implorare possint, quò magis peccatorum vinculis absoluti, in his literis cōtenta adimpleverint, ut ijdem omnes dicto triennio durante quemcūque Presbyterum sæcularem, &c. Confessorem eligere possint, qui eorum cōfessione audita, ipsos à quorumcumque Ecclesiæ mādatorum, &c.

Secundò concedit, ut ipse Cōfessarius electus, vota commutare possit per verba sequentia: ibi:

Nec non votorum transgressionibus, jejuniorum, & horarum Canonicarū omissionibus, cæterisque omnibus peccatis, criminibus, excessibus, & delictis, quātumcūque gravibus, & enormibus, &c.

Ter-

Digitized by Google

Tertiò tandem concedit reſervatorum abſolutionem à tali electo præſtandam, ut patet ex ſequentibus, ibi:

Etiã talibus, propter quæ Sedes Apoſtolica meritò conſulenda foret, ac etiam in caſibus, qui literis die Cœnæ Domini publicari ſolitis, continentur, exceptis, &c.

Et ibi:

Alijs verò Sedi non reſervatis caſibus, quoties confitebuntur, abſolvere.

Atquî confeſſio peccatorum abſolutè, & commutatiò votorum, jejuniorum, atque horarum Canonicarum omiſſio ſunt quid diſtinctum à peccatorum reſervatione: ergò non ſolùm continetur in Bullâ facultas ad eligendum Confeſſarium ad abſolvenda reſervata, ſed utique ad abſolvenda non reſervata, & ad cõmutationes, aliaque ſuprà relata; atquî ſi electio ſolùm eſſet reſtricta ad reſervata, inutilis eſſet facultas ad alia, nempe ad non reſervata, & ad commutationes; reſtringereturque privilegium contra juris regulas diſtantes, potiùs eſſe ampliandum, quàm reſtringendum: ergò non poteſt intelligi talis electio ſolũmodò ad reſervata, ſed ad omnia alia in Bullâ contenta.

Pro coronide validant noſtrã reſolutionem adnotationes affixæ à ſupremo Sancti Officij Prætorio *tractatui de pœnit.* compoſito à Soar. Luſit. ante expeditionem Bullæ Clement. X. ſed excuſſo poſt eam; nam cùm *tract.* 6 *diſp.* 3. *ſect.* 2. *num.* 290. probabiliorem judicaſſet noſtram ſẽtentiam, hoc oſtendit primò, quia mutans domicilium adhuc exiſtens in alienâ Diœceſi, poteſt abſolvere ſubditos ſuos ad eam accurrentes: & Sacrum Prætorium affigi juſſit hanc adnotationem in margine: *Circa id, quod A.* num. 290. *in probatione* (adverte, non in reſolutione) *ſuæ reſolutionis dicit, vide dicta* pagina 293. & 325. *in margine.* Et *pag.* 293. *num.* 37. probabiliorem judicat A. ſentẽtiam aſſerentem etiam delegatos, tum ſæculares, tum Regulares poſſe in aliena Diœceſi abſolvere ſuos ſubditos, præſcindendo à privilegio Cruciatæ, vel Jubilæi, cui ſentẽtiæ Sacrum Prætorium affixit in margine ſequentem adnotationem: *Tertia ſententia, quam A.* num. 37. *probabiliorem vocat, & defendit, quantùm ad Regulares* (non loquitur de ſæcularibus) *eſt contra Conſtitutiõnem Clem. X. editam poſtquam A. ſcripſit anno* 1670. *die* 11. *Junij, & ideò modò jam ſuſtineri non poteſt.* Et *pag.* 325. *num.* 174. refert ſententiam aſſerentem, præciſo privilegio Bullæ, requiri approbationem Epiſcopi Confeſſarij, & *num.* 175 Epiſ-

Epiſcopi pænitentis, quibus Sãctum Tribunal adnotavit ſic: *Circa ſententias relatas* num. 174. *& 175. & doctrinam* num. 176. *& 177. adverte poſt conſtitutionem Clem. X. editam anno* 1670. *die* 11. *Junij, Regulares in una Diœceſi approbatos non poſſe in alia abſque approbatione Diœceſani confeſſiones audire, quamvis pœnitentes ſubditi ſint ejus Epiſcopi, à quo ipſi jam fuerunt approbati.* Etenim *num.* 176. *&* 177. loquitur A. de approbatione, præciſo privilegio Cruciatæ; *in numero* autem 178. abſolutè defendit vigore Bullæ Cruciatæ poſſe eligi Confeſſarium à quocumque Ordinario approbatum generalibus Cruciatæ verbis ſuffultus, & alijs congruentijs, quæ Sacrum Tribunal illibata reliquit: cùm ergò illi attineat qualificare propoſitiones, & hanc, ut probabiliorem autumatam à Luſitano, ut talem qualificaverit, nec notâ aliquâ inuſerit, alias non ſuſtinendas, & reprobatas declarans, liquidò pateſcit maior probabilitas traditi aſſerti, etiam poſt editam Clem. X. conſtitutionem. Quòd autem eæ adnotationes fuerint à ſupremo Fidei Senatu appoſitæ, conſtat ex ejus licẽtia, ut liber excuſſus prodeat, quę in fronte legitur ſic:

Viſto eſtar conforme cõ as advertencias, que ſe deraõ, póde correr o livro de Penitentia, Author o Padre Franciſco Soares. Lisboa 22. de Novembro de 1678. Manoel de Magalhaẽs de Menezes. Manoel Pimentel de Souſa. Manoel de Moura Manoel.

70 Alia quamplurima fundamenta referunt AA. noſtram ſententiam ſectantes, quæ non referimus, ne dicta tranſcribamus, & in illis videri poſſunt, qui ſunt poſtea citandi; nunc verò reſtat contrarijs fundamentis ſatisfacere.

Diluuntur fundamenta contraria.

71 Primum partis oppoſitæ fundamentum ſtabilitur declaratione Eminentiſſimorum Cardinalium confirmata à S. Paul. V. à nobis tranſcripta *num.* 8. *p.* 260. *cum ſeqq.* ubi quoad Cruciatam, de qua tantũmodò agimus, hæc leguntur verba: *Literasque Cruciatæ prædictas in hac re, quidquam novi juris minimè induxiſſe.* Et in dictâ Pauli Bullâ ita legitur: *Literasque Cruciatæ prædictas in hac re, quidquam novi juris minime induxiſſe.* Ex quibus verbis inferunt, nil operari Cruciatam in hoc caſu; ſed ultra reſponſiones à DD. traditas, quæ in illis videri poſſunt; reſpondeo cũ diſtinctione: nil operatur Cruciа-

ciata in hoc casu respectu Confessarij, concedo ; nil operatur respectu pœnitentis, nego.

72 Probo distinctionem ex verbis tam declarationis, quàm Bullæ ; nam declaratio loquitur de Confessariorum privilegijs ; sicque, & per eadem verba Bulla Pauli V. atquî Cruciata non concedit privilegium Confessarijs, sed pœnitentibus, ut Confessarium eligant, ut patet ex ejus contextu : ergò verum est dicere, Bullam nil novi induxisse circa Confessarios, quibus privilegium non impertitur ; & etiam verum est dicere, concedere pœnitentibus Bullam sumentibus, ut eligant ex approbatis à quocumque Ordinario : ac per consequens nil contra nos facit declaratio, nec Bulla Pauli V.

73 Deinde talis declaratio, & Bulla Pauli V. non revocant privilegia Bullæ Cruciatæ, solùm namque declarant, nil novi inducere circa Confessariorum privilegia, omniaque remanere, ut erant antea de jure communi, secundùm dispositionem Cõcilij Tridentini, ad hoc scilicet ne Regulares eximerentur à jurisdictione Ordinarij. At, uti suprà diximus, Tridẽtinum non requirit præcisè approbationem ab Ordinario loci, cùm agat in plurali per verba, *Episcopis*, & solùm jurisdictionẽ requirit habendam ab Ordinario loci ; cùm autem nos non loquamur de jurisdictione, quam concedit Pontifex, & solummodò loquamur de approbatione : sequitur nil inferri ex declaratione, neque ex Bullâ contra nostram resolutionem.

74 Declaratur, quia Confessarius Bullam habens Cruciatam, quando non est approbatus, neque jurisdictionem habet ab Episcopo loci, nequit virtute ipsius Cruciatæ conscientias eam non habentium expiare ; è contrario verò pœnitens Cruciatam habens, quanvis Confessarius eam non habeat, potest eum eligere, si approbatus sit ab aliquo Ordinario, quanvis jurisdictionem ab eo non obtinuerit, eam enim ipsi per Bullam cõfert Põtifex : ergò privilegium extat ex parte pœnitentis, Confessarium eligentis, non verò ex parte Confessarij : atquî declaratio Eminentissimorum Cardinaliũ, & Bulla Pauli V. loquuntur tantummodò de privilegijs Confessariorum ; nam de his fuit solùm proposita dubitatio : ergò de privilegijs Confessarij, non verò pœnitentis intelligi debent : ac per consequens contra nostram sententiam nil faciunt, cùm solùm agamus de privilegijs per Cruciatam pœnitentibus concessis. Vide Bonacin. *de Jubilæo agentem, de Sacram. pœnit. disp. 5. q. 7. punct. 4. §. 1. num. 25. vers. mihi verò*, qui ita ait :

Ratio

Ratio eſt, tum quia illa verba, quæ in Bullâ Iubilæi exprimuntur, videlicet, & poſsit eligere Confeſſarium approbatum ab Ordinario, *non apponuntur privativè, quaſi ſuperior velit privare pœnitentem jure ſuo, quo poteſt confiteri Sacerdoti approbato à ſuo Prælato, ſed potiùs apponi videntur accumulativè, & ampliativè in favorem* ipſius pœnitentis, *ita ut pœnitens non ſolùm poſsit confiteri ſuo Parocho, aut alteri Sacerdoti, ſicut poterat ante Iubilæum, verùm etiam poſsit alium quemlibet Sacerdotem approbatum ab Ordinario eligere; quanvis aliàs antè Iubilæi conceſsionem non poſsit illi confiteri.*

75 Verificatur hoc, quia Pontificum diſpoſitiones explicantur, per ea, quæ in ſupplicatione ipſis proponuntur, ex text. *in cap. Inter dilectos §. cæterum, de fide inſtrum.* ubi Gl. & Bald. *num.* 16. *L.* 1. *de diverſ. reſcript.* & ibi Jaſon. *num.* 7. Decius *conſ.* 403. *n.* 15. Pariſ. *conſ.* 9. *num.* 42. *lib.* 1. Rota apud Farinac. *in poſthum. dec.* 448. *num.* 3 Salgad. *de ſupplicat. ad Sanctiſſ. p.* 2. *cap.* 30. §. 1. *num.* 42. taliter quòd, licèt conceſsio, & diſpoſitio ſit generalis, reſtringitur, & limitatur ad terminos ſupplicationis, quos non debet excedere diſpoſitio, quando ſupplicatio eſt limitata, juxta plurima tradita à Surd. *conſ.* 281. *n.* 27. *cum ſeqq.* eſtque text. *in L. ſi defenſor.* §. *ſi interrogat. ff. de interrog. act.* §. *præterea Inſt. de inutil. ſtipulat. L. Hæredes palã* §. *in teſtamentis ff. de teſtam.* Nata *conſ.* 98. *num.* 22. Menoch. *conſ.* 47. & 53. & quamplurimi relati à Salgad. *ſuprà*, & *num.* 22. quod ex eo procedit, quia conceſsio intelligitur facta ſecundum ſupplicationem per Roland. *conſ.* 61. *num.* 9. & *ſeqq. vol.* 3. & Surd. *proximè num.* 28. & *ſeqq.* Pontifex namque concedendo, ſolùm attendit ad ſupplicationem, vide Pal. *de privil. tract.* 3. *diſp.* 4. *punct.* 18. Atquì ſupplicatio fuit limitata reſpectu Confeſſariorum tãtùm, ut pateſcit ex verbis tranſcriptis *num.* 8. *pag.* 260. Ergò ſolùm in Confeſſarios, non verò in pœnitentes cadit reſolutio; ac per conſequens contra noſtram ſententiam non eſt, cùm agamus tantùm de privilegio pœnitentibus per Cruciatam conceſſo.

76 Ulteriùs, ut ſæpenumerò diximus in antecedentibus quæſtionibus, privilegia Cruciatæ ſunt Regibus conceſſa, in vim contractûs, & in favorem publicum, ad Fidem Catholicam defendendam, quâ de causâ difficiliùs revocantur; requiruntque expreſſam derogationem de verbo ad verbum mentionem de eis facientem, potiùsque reſtrin-

Digitized by Google

ſtringuntur eorum derogationes: ergò cùm prædicta declaratio, & Pauli Bulla tantùm loquantur de Confeſſarijs, extendi nequit declaratio ad privilegia per Cruciatam pœnitentibus conceſſa.

77 Eodem ferè modo reſpondetur ad aliam declarationē Eminentiſſ. Cardinalium, de quâ nos *num.* 11. *pag.* 264. in quâ, licèt Pontifici expoſita eſſet dubitatio, an Confeſſarius approbatus in una Diœceſi poſſet eligi virtute Bullæ in toto mundo? ut patet ex verbis tranſcriptis dict. *n.* 11. *p.* 263. tamen in reſolutione, quæ tranſcribitur *num.* 12. *pag.* 265. nil aliud declaratum eſt, niſi Cruciatam nil novi induxiſſe; undè Pontifex, cùm ab illo peteretur dubitationis declaratio, noluit diſcernere dubitationem, ſed ſolùm ait, nil novi inductum eſſe: quod ſignum meherculè eſt, Pontificem agnoviſſe non eſſe revocatum Cruciatæ privilegium per diſpoſitiones in ſupplicatione citatas, ideo ait, nil novi fuiſſe inductū, ideſt per tales declarationes, neque revocatam eſſe Cruciatam, neque aliquid per illam concedi Confeſſarijs; & ſi Pontifex vellet dubia exterminare, expreſſiſſet: atquî non expreſſit, cùm ſibi proponerentur: ergo circa dubia propoſita nil reſolvit, cùm dicat, nil Cruciatam induxiſſe, ſcilicet quoad Confeſſarios, ſed non dixit, non approbatos ab Ordinario loci per Bullam à pœnitentibus eligi non poſſe.

78 Probatur hoc, quia Pontifex non exprimens, non cenſetur concedere, quod in ſupplicatione non exprimitur, præſertim quoad revocanda privilegia, ut notavimus in *Enucl. Ord. Milit. enucl.* 3. *compr.* 6. *num.* 451. *pag.* 774. *col.* 2. Atquî in ſupplicatione nil expreſſum fuit circa privilegia pœnitentibus in Cruciatâ conceſsa, & ſolùm exprimitur circa Confeſſariorum privilegia: ergò minimè extendi debet reſolutio ad pœnitentes.

79 Efficaciùs hoc patet, quia de jure conceſſio facta de materiâ prohibitâ uſque ad certos terminos, eam ultra eos excludit, maximè quando non extat eadem ratio, Tuſch. *lit. I. concluſ.* 71. *num.* 52. Barboſ. *axiom.* 46. *num.* 3. *ad fin.* Atquî prohibitio eſt Confeſſarijs Regularibus facta, ne virtute ſuorum privilegiorum poſſint Confeſſiones audire ſæcularium, abſque approbatione, quæ eſt terminus illis impoſitus: ergò ultrà hos extendi non debet declaratio; præcipuè quando circa pœnitentes nil expreſſum invenitur: daturque diverſa ratio; quia Regulares contendebant ſe poſſe confeſſiones, etiam ſæcularium, audire, abſque propriâ Epiſcopi approbatione, ex privilegio ſibi competenti; quod à Pontificibus ſæpè fuit denegatum: quæ denegatio non afficit pœnitentes, quibus in Bullâ conceditur

eligere Confeſſarium, quem voluerint, dummodò approbatus ſit à quocumque Epiſcopo; quibus rationibus in ſcrinio pectoris retentis, Pontifex cõmotus, dubitationi ſibi expoſitæ non annuit, ſolùmque declarauit, Cruciatam nil novi induxiſſe in Cõfeſſariorum Regularium favorem.

Vel reſponde ad Bullam Pauli V. cum Gallego *tract. de conſcientiâ probabili circa conſ. dub.2 num.10. verſ. videatur*; qui noſtram defendit ſententiiam, & ita ait:

Videatur Mag. Vincentius Candidus ex noſtra Prædicatorum Familiâ, Pœnitentiarius Domini noſtri Urbani VIII. tom.2. diſquiſit.moral. diſq. 24. art.64. *qui perdoctè agit de hac re, noſtramque docet reſolutionem, & cùm Magiſter iſte Vincentius ediderit in lucem opera ſua ann.* 1638. *eſſetque Pœnitentiarius Summi Pontificis in Romanâ Curiâ, docuit per Bullam Cruciatæ, vel Iubilæum, poſſe eligi Confeſſarium ſemèl ab Ordinario approbatum, & ubique abſque novâ approbatione poſſe confeſſiones licitè, & validè audire, & abſolvere. Quod tamen minimè docuiſſet, ſi ſtaret declaratio univerſalis alicujus Pontificis: ergò reſponſum illud Pauli V. factũ anno* 1611. *ad Archiepiſcopum Hiſpalenſem, non fuit judicatum in Romana Curia, ut jus, & lex univerſalis; quare noſtræ opinioni minimè obeſſe judicandum eſt.*

Et cùm declaratio Congregationis ſub Clem. X. referatur ad hãc Paulinam declarationem, cujus verba inſerit, ejus ſatiùs menti videtur ſatisfactum per hanc Cãdidi reſolutionem à Gallego recitatam.

Adde has declarationes (dato, & non conceſſo, quòd Hiſpaniam ligarẽt) minimè adſtringere Luſitaniam, cùm ſint in favorem Archiepiſcopi Hiſpalenſis expeditæ, & Regi noſtro non oſtenſę; ut enim noſtrates Epiſcopi eis uti valerent indulgẽtijs, illas deberent intimare Regiæ Maieſtati, ſeu ejus Commiſſario Generali, ut cùm mallent, Põtifici ſupplicarent, ſicut à jure requiritur; non enim vult Pontifex aliquem inſcium jure ſuo privare, eſt enim bono cõmuni, & ſuavi gubernationi non levitèr damnificativa talis privatio, & ex alia parte eſt valdè expediens damnificatum monêre, ut poſſit, ſi velit, ſe opponere, ut benè advertit Pal. *tract.* 3. *diſp.*4. *p.* 3. §. 2. *num.*9. *ex cap. Cum perſonæ de privil. in* 6. *& cap. ſi duobus, de appellat.* ubi *gloſſ. verbo tenebit*, dicit, quia debuit ire, & alle-

allegare privilegiũ ſuum *ex cap. cùm parati de appellat.* ubi Gondizal. Tellez, & *in d. cap. ſi duobus num. 7. & L. ſi quis ex aliena ff. de re judic.*

Præterea talia decreta requirens, vel exequi prætendens, cùm ſint contra Regia privilegia Cruciatæ, incidit in pœnas Ord. *lib. 2. tit* 15. exterminationis, privationis bonorum, &c. nam ut illis uteretur, debebat intervenire conſenſus Regius, oſtenſo privilegio Commiſſario Generali, ut examinaret illius veritatem, & non habens, cur reniteretur, exequi permitteret ex Regio decreto, & ſtatutis Cruciatæ, quod ei convenit ratione muneris executoris, cujus eſt veritatem indagare commiſſionis, cùm aliquid nocens appareat, vel cõtradicens, quo caſu tranſit in Judicem Ordinarium, ut probat Gonçal. *in regul. 8. gloſſ. 9. in amot. num.* 126. Garc. *de benef. p. 6. cap. 2. num.* 140. *ad med.* & plures apud Salgad. *de ſupplicat. ad SS. 2. p. cap.* 34. *num.* 105. alitèr ſubreptitia, & nulla cenſeri debet, ut judicatum tradit Gabr. Per. *de man. Reg. p. 2. cap. 66. n.* 20. §. *Quòd ſi adhuc*, in Judicio Ordinario Vicarij Conimbricẽſis: idcirco cùm hæc non præceſſerint, nullum habent vigorem talia decreta in Luſitania.

Maximè hoc procedit, cùm lege Regia *lib. 2. tit. 15. & tit. 12.* §. 5. caveatur, quòd in caſibus, in quibus inter politicam, & ſpiritualem poteſtatem contentio oritur, Judex Regiæ Coronæ cõpetens ſit ad dirimendas controverſias, ex privilegio, & concordia apud Gabr. Per. *cap. 65. num.* 4. & de ſua juriſdictione, ſeu an ſua ſit, Princeps ipſe cognoſcit, & non alius, ex Ord. *lib. 2. tit. 1.* §. 15. *& lib. 1. tit. 12.* §. 5. *& 6.* ex concordata cum Rege Dionyſio, de qua Gabr. Per. *cap. 10. num.* 1. de quo etiam vide Pegas *ad dd. Ordinat.* quanvis *lib. 2. tit. 1.* §. 15. firmet non procedere hoc ex concordata, ſed ex conſuetudine, ut *num.* 3. cùm enim Cruciata in bonum Regiæ Coronæ indulta ſit, illius naturam induit, & quidquid illi opponitur, ut contra Regem, repellendum eſt à ſuo proprio judice, & non alijs, qualiter privativè ſpectat ad ejus Commiſſarium Generalem, tum ex Regio decreto, tum ex Regimine Cruciatæ, tum ex commiſſione Pontificia, ut patebit ex *7. quæſt.*

Immò & ad omnia reſcripta examinanda habet Rex jus, tum ex concordatis cũ Regibus prædeceſſoribus, de quibus Gabr. Per. quibus tametſi Joannes II. renunciaſſet validè, vel invalidè quoad proſecutionem ex officio, non tamen ad inſtantiam partiũ, ut obſervatur etiamnum inofenſa Bulla Cœnæ, neque in ijs, quæ tangunt jura Regia; tum ex jure naturali dictante, impium eſſe non occurrere fraudibus ſuboriundis in ſuo Regno; tum

Digitized by Google

etiam à jure indulgente, & DD. exponentibus, dum deeſt expreſſa in Regno Ord. recurri poſſe ad leges vicinioris, ex Valaſc. *de partit. cap.* 19. *num.* 11. Cabed. *p.* 1. *dec.* 201. *num.* 8. *& p.* 2. *dec.* 25. *num.* 1. *in fin.* & in leg. Caſtel. 25. *tit.* 18. *part.* 3. diſponitur ſuperſedendum executioni literarum Apoſtolicarum, donec Regi præſententur, ut de opportuno recurſu provideatur, & Regium apponatur, *exequatur*, præſertim cùm ſint oppoſitę privilegijs, & juribus Regijs, de quo aliqui aſſerunt acceſſiſſe privilegium Apoſtolicum, & licèt hoc non practicetur, cùm poſſit, ex officio in noſtro Regno, attamen ad inſtantiam partium quotidie exercetur in gravaminibus. Sed de hac Regalia Principis, & præeminentia Commiſſarij cunctantiùs redibit ſermo, Deo flante, ex more abundantior. Unde audiendus non eſt Soar. Luſit. *tract.* 7. *diſp.* 2. §. 4. dum ait, non expectari debere Regium, *exequatur*, in ſimili caſu, niſi tantùm in ijs, qnæ ſunt de protectione Regia, tribus notandis à nobis latiùs ventilandis ſuo in loco.

80 Ad Bullam Clem. X. *ſuperna*, in verbis à P. Nog. tranſcriptis *diſput.* 14. *ſect.* 2. *num.* 15. Reſpondeo ex ijſdemmet verbis pateſcere, non loqui de Cruciatâ, ſed tantùm de jure communi, ſemoto Bullæ privilegio; in quibus terminis, cùm de Cruciatâ ne verbum quidem ibi habeatur, minimè de Bulla Clementina curandum eſt, præſertim cùm non deroget privilegia Regibus conceſſa.

81 Neque in contrarium faciunt à nobis dicta *num.* 39. *pag.* 274. quia ibidē notavimus, in Bullâ Cruciatâ nullum dari privilegium Confeſſarijs, ſed pœnitentibus, quibus à Pontifice permittitur quem maluerint eligere Confeſſarium approbatū ab Ordinario, abſque reſtrictione ad Ordinarium loci: cùm ergò Clemens Papa ſolùm diſponat, quòd approbati in una Diœceſi non poſſint audire confeſſiones in alia, quin de Cruciata mentionē faciat, vel de pœnitentibus, quibus electio conceditur, contrariam diſpoſitionem à nobis ibi dicta non firmant.

82 Ad fundamentum adductum à P. Cardenas, nempè Bullam Clement. X. fuiſſe generaliter prolatam, colligēdo in unam omnes alias diſpoſitiones, ut patet ex verbis, ibi: *Ejuſmodi definitiones in unum collectas.* Reſpōdeo ex ipſismet verbis colligi, alias reſolutiones antecedentes tam Pauli V. quàm Eminentiſſ. Cardinal. jam vigorem non habere; ſiquidem Clemens Papa eas omnes reducit ad ſuam diſpoſitionem: atquî in prædicta diſpoſitione nil declarat circa Cruciatæ privilegia, ut patet ex totius Bullæ contextu: ergò nil diſpoſitiones antecedētes faciūt contra noſtram reſolutionem.

83 Tan-

83 Tandem manum ultimam negotio imponit illa vulgaris regula; quòd ultima dispositio revocat priorem: atquî Bulla Cruciata quotannis conceditur, cum eisdem clausulis, & privilegijs à Pontificibus antea concessis, & est posterior declarationibus, & diplomatibus Pōtificijs: ergò (dato, & non concesso, quòd antea esset à Clemēte Papa, seu antecessoribus revocata) per novam concessionem posteriorem reviviscit, præcipuè cùm in omnibus Bullis Cruciatæ, illa legantur verba, *extendimus, prorogamus, &c.* æque cōtineant clausulam derogatoriam derogatoriarum ejusdem Cruciatæ, ut luce clariùs patescit; unde nullæ objectiones cōtrarium probare possunt: neque unus Pontifex potest successoribus manus ligare, ne concedant, aut derogent, quæ sibi visa fuerint.

84 Deinde ea, quæ juris sunt, & quæ à dispositionibus Pontificijs emanant, sunt in scrinio pectoris Pontificis; atquî Pontifices in sequentibus Bullis Cruciatæ non declarant, neque exprimunt esse faciendam approbationem ab Ordinario loci; immò genericè dicunt, quòd eligi possit, qui fuerit approbatus ab Ordinario: ergò dicendum est nil contra nos inducere prædictas declarationes, atque diplomata Pontificia; nam si Pontifices voluissēt illa vigorem habere contra Cruciatam expressissent, quod non faciunt.

85 Argumentis verò adductis tam à P. Nogueir. quàm à Ludovico à Cruce, & ab alijs Doctores contrariam sententiam tenentibus, facillimo negotio ex suprà posita doctrina satisfieri potest, & ex dictis à DD. pro nostra sententia adducendis.

86 Ad alia fundamenta à nobis suprà pro contraria sentētia adducta, & ad Pastoralem Illustrissimi Archiepiscopi, respondeo, tam illam, quàm declarationes, & Pontificum diplomata, non loqui de Bullæ privilegijs quoad pœnitentes; non verò negamus validitatem declarationum Eminentiss. Cardin. modò sint authenticæ: eodemque modo respondeo ad declarationem Valentinam, quæ abstrahit à privilegio Bullæ pœnitentibus concesso.

87 Ad propositionem SS. Innocentij Papæ XI. respondeo, non tangere Cruciatam, sed tantùm exprimere non licēre in materia Sacramētorum opinionem sequi minùs probabilem, relicta probabiliori: atquî nostra opinio probabilior est, tum propter numerum Authorum eam tenentium, tum ob rationes, quibus fundatur: ergò non damnatur per dictam propositionem.

88 Deinde talis damnatio exterminat opiniones, quæ antea ventilabantur, an approbati

ab uno Epiſcopo poſſent de jure communi, abſque alio privilegio, confeſſiones audire? an verò neceſſariò requireretur approbatio Ordinarij loci, in quo confeſſiones eſſent faciendæ? Nos verò loquimur dato Bullæ privilegio, juxta quod tantùm requiritur approbatio ab Ordinario, quin exprimatur, quòd ſit loci. Ita expreſsè tenet Lumbier *ad dict. primam propoſitionem n.* 44. *in fine*, ibi:

Ni tan poco la neceſsidad de aprobacion del Obiſpo del territorio, nó deve entenderſe, ſi el Confeſsor ha de abſolver al penitente por virtud de la Cruzada, ó por qualquier otro privilegio, que ſolo requeria aprobacion del Ordinario, ſin eſpecificar Ordinario del lugar; como lo diximos en el lugar citado à n. 1178.

Ergò cùm in Bullâ Cruciatâ ſolùm requiratur approbatio Ordinarij, quin ſpecificè declaretur eſſe faciendam ab Ordinario loci; benè ſequitur non officere talem condemnationem noſtræ ſententiæ.

89 Idem etiam tenet Corella *in Confeſſionario tract.* 10. *ad dict. propoſit.* 1. *Innocent. XI. n.* 19. *verſ. De donde*, ibi:

De donde ſe infiere, que nó ſe condena la opinion que enſeña, que el Sacerdote aprobado en un Obiſpado, pueda en tiempo de Iubileo, ó por el privilegio de la Cruzada ſer elegido en Confeſsor en otro qualquiera Obiſpado, ſin nueva aprobacion, como enſeñan Henriques, Valero, y otros muchos., apud Dian. p. 1. tr. 11. reſolut. 7.

90 Similitèr Torrecill. *tom. conſult. moral. tract.* 1. *de matrim. ad propoſit.* 1. *Innocent. XI. n.* 93. *verſ. Lo miſmo*, ibi:

Lo miſmo digo de el Parocho, y de qualquiera Confeſsor aprobado en una Dieceſi, que oye cõfeſsiones en otra por la Bula, ſin nueva aprobacion en ella.

Alias ſolutiones ad argumẽtum contra nos deductum à prima propoſitione ex damnatis ab Innocẽtio XI. vide apud Authores proximè citatos.

91 Argui poteſt contra noſtram ſententiam, ex Conſtitutione hujus Ulyſſiponenſis Archiepiſcopatûs *lib.* 1. *tit.* 10. *decret.* 9. §. 1. quâ diſponitur, quòd Confeſſarij, qui ab Archiepiſcopo nõ fuerint approbati, eligi non poſſint virtute alicujus Bullæ, ut patet ex verbis, ibi:

Quando nas Bullas, ou Iubileos ſe dá poder para ſe eſcolher Cõfeſſor,

Digitized by Google

feſsor, ſe entende daquelles, que ou tiverem beneficios Curados, & Cura de almas, ou forem approvados por Nós, ou por quem noſso poder tiver, para confeſsar: & nenhuns outros podem ſer eſcolhidos.

92 Sed reſpondeo, ex eâdem conſtitutione deduci, talem diſpoſitionem locum non habere, & limitari, quando in Bullis alitèr diſponatur, ut patet ex verbis ſequentibus, ibi:

Sc as meſmas Bullas, ou Jubileos expreſſamente naõ diſſerem o contrario.

93 Inſtabis: in Bullâ Cruciatâ non exprimitur, eligẽdum eſſe approbatum ab hoc, vel illo Ordinario, ſed ſolùm, quòd ſit approbatus ab Ordinario: ergò non benè ſtat ſolutio. Reſpondeo: Pontificem in Bullâ uti verbo *Ordinario* abſolutè: atquî ſub nomine Ordinarij veniunt omnes Epiſcopi, ut notum eſt, quia genus ſpecies comprehendit, ut jam notavimus, unusquisque enim Epiſcopus eſt Ordinarius in ſua Diœceſi: ergò de omnibus expreſsè loquitur.

94 Patet; quia expreſſum dicitur, quod ſub expreſſo continetur, ſicut etiam, quod ex natura verborum deducitur; item quod continetur ex vi verborũ, & quod ex mente, ac conjecturis neceſſariò intelligitur. Denique quod ſub ratione continetur ex Barb. *axiom.* 89. *num.* 5. *cũ ſeqq.* & ijs quæ diximus in *Enucl Ord. Milit. enucl.* 3. *compr.* 6. *num.* 130. *pag.* 492. *col.* 2. Atquî ſub expreſſo nomine Ordinarij, omnes Ordinarij, ſeu omnes Epiſcopi expreſsè continentur: & ex natura verbi *Ordinarij*, omnes Epiſcopi comprehenduntur: neque deſunt conjecturæ, ut ſub tali nomine intelligantur omnes Epiſcopi; ſiquidem de ratione Epiſcoporum eſt, quòd Ordinarij dicantur, quia Ordinariam habent juriſdictionem: ergò quando Pontifex in Bulla de approbatione Ordinarij ſimpliciter loquitur, de omnibus expreſsè loqui dicendum eſt. Ac per cõſequens ſufficere approbatione à quocumque Ordinario, cùm determinatè non ſignaverit Pontifex in Bullâ iſtum, vel illum Ordinarium.

95 Probatur, quia nomen *Ordinarius* eſt collectivum comprehendens omnes habentes juriſdictionem Ordinariam, & non ſolùm Epiſcopos, ſed etiam Vicarios Generales, & Sedes-vacantes, ut tenent Nog. *de Bullâ diſp.* 23. *ſect.* 1. *num.* 6. *verſ. quæres*, Coſta *de ead. quæſt.* 82. *cum ſeqq.* Bardi *p.* 2. *tract.* 8. *ſect.* 3. *n.* 30. *cum ſeqq.* Trullench. *lib.* 2. §. 1. *num.* 3. Mend. *diſ.* 37. *cap.* 1. *n.* 2. Fragoſ. *de Regim. tom.* 2. *p.* 2. *lib.* 2. *diſp.* 7. *de Bullâ num.* 35. Roder. §. 13. *num.* 10. Sylva *diſp.* 3. *art.* 13. *num.*

num. 16. *pag.* 380. Atquî Pontifex declarat, quòd ſit approbatus ab Ordinario ille, qui ad cõfeſſiones audiendas fuerit electus : ergò exprimit, quòd ſit approbatus à quocumque Ordinario, dum non determinat Ordinarium loci, in quo Sacramentum pœnitentiæ eſt faciendum.

96 Probo deinde: adverſarij noſtræ ſententiæ tenent approbatum, v. g. in Bracharenſi Diœceſi, non eſſe eligibilem, virtute Bullæ, in Ulyſſiponenſi, quia neceſſe eſt approbari ab Ulyſſiponenſi Ordinario, ut juriſdictionem habeat; & ſi ad Eborẽſem Diœceſim perrexerit, etiam debere approbari ab Ordinario Eborenſi, ut eligatur, & ſic de cæteris: quo ſuppoſito, ſic infero : ergò multa debet ſubire examina: tunc ſic arguo.

97 Numerus ſingularis, juxta Grammaticos, & Philoſophos, ſignificat unitatem, pluralis verò multiplicitatem : atquî Pontifex in Bullâ dicit *ab Ordinario*, in ſingulari: ergò loquitur de uno tantùm examine, ac ſi dicat, quòd ſit approbatus ab uno Ordinario, quia de uno tantùm Ordinario, & de una tantùm approbatione loquitur; ac per cõſequens adverſariorum ſententia non valde mihi certa, ſed ſatis oneroſa eſſe videtur; quia multorum examinum obligationem Confeſſarijs imponit, ultra Pontificis intentionem, qui in ſingulari fuit loquutus; neque negari poteſt, quòd ſi Pontifex vellet Confeſſarium eligendum per Bullam à multis Ordinarijs eſſe examinandum, in plurali loqueretur.

98 Ulteriùs: particularis conſtitutio alicujus Prælati non poteſt vigorem habere in præjudicium Pontificiæ conſtitutionis, quia Pontifex ſuper omnes juriſdictionem habet; ſed Pontifex in Bullâ Cruciatâ non exprimit determinatè à quo Ordinario ſit facienda approbatio, ſed loquẽdo genericè facultatem pœnitẽtibus concedit eligendi Confeſſarium approbatum ab Ordinario : ergò de quocumque loqui dicendum eſt: ac per cõſequens pro Põtificia reſolutione potiùs, quàm pro conſtitutione Archiepiſcopatûs ſtandum.

99 Idem etiam dicendum eſt de applicationibus pœnarũ, quæ licèt per conſtitutiones hujus Ulyſſiponenſis Archiepiſcopatûs ſint Eccleſiæ applicatæ: item & fructus malè, & indebitè acquiſiti, bonaque domini incerti, jubeãtur Vicario Generali tradi, ut per eum in pia opera diſtribuantur, ut patet *eod. lib. conſtit.* 1. *tit.* 10. *decret.* 7. §. 3. tamen Summus Pontifex in Bullâ Cruciatâ hæc omnia ad ſubſidiũ Militum pro Fide Catholica pugnantiũ applicat, & annectit, ſuper quibus bonis malè acquiſitis, & indebitè retẽtis, fructibusque beneficiorum ex defectu recitationis Officij Divini, & reſiden-

ſidentiæ perſonalis cum Cõmiſſario Generali compoſitiones facere concedit, quod proculdubio tenendum eſt, quia diſpoſitio maioris, nempè Pontificis, conſtitutionem minoris, nempè Archiepiſcopi, ceſſare facit, ut notum eſt *ex regul. inferior, de regul. jur. in* 6. & nos latè diximus *Enucl. Ordin. Milit. enucl.* 3. *compr.* 6. *à num.* 339. *pag.* 718. *col.* 1. *& num.* 357. *pag.* 725. *col.* 2. *& n.* 364. *pag.* 727. *col.* 2. *& ſeqq.*

100 Neque etiam aliquid contra noſtram ſententiam valet fundamentum Villalob. *tom.* 1. *tract.* 9. *de pœnit. diffic.* 56. *num.* 3. deductum ex Trident. *ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 1. ubi ad matrimonium requiritur aſſiſtentia proprij Parochi; ex quò infert requiri etiam approbationem Cõfeſſarij per Bullã eligibilis à proprio Ordinario. Sed reſpondeo retorquendo argumentum: nam ex eo, quòd Concilium ibi requirit aſſiſtentiam proprij Parochi, illam exprimit qualitatem, nempè *proprij*, ut multotiès iteratur in citato Concilio: ergò non idem dicendum eſt, quando talis qualitas non exprimitur, ut accidit *ſeſſ.* 23. *cap.* 15. in quo caſu agitur de Epiſcopis genericè, ſine aliqua declaratione ſuadente, quòd ſit proprius Epiſcopus.

101 Idem accidit in annua confeſſione, in quâ de jure exprimitur, quòd ſit facienda proprio Sacerdoti per *text. in cap. omnis* 12. *de pœnit. ibi: Omnia ſuà ſolus peccata ſaltem ſemel in anno confiteatur proprio Sacerdoti.* Idẽ utique decernitur in degradatione, diſponiturque, ut à proprio Epiſcopo ſit facienda, per *text. in cap. degradatio* 2. *de pœnis*, ibi: *Super quo tibi taliter reſpõdemus, quòd verbalis degradatio, ſeu depoſitio ab Ordinibus, vel gradibus Eccleſiaſticis eſt* à proprio Epiſcopo *ſibi aſſiſtente in degradatione Clericorum in Sacris conſtitutorũ Ordinibus, certo Epiſcoporum numero definito Canonibus facienda.* Et ibi: *Quibus* proprij Epiſcopi *ſententia ſine aliorum Epiſcoporum præſẽtia ſufficiat.* Ergò cũ in omnibus caſibus, in quibus de jure, & in diſpoſitionibus Pontificijs requiritur qualitas proprij Parochi, & Epiſcopi, exprimatur talis qualitas; rectè ſequitur non requiri talem circunſtantiam in illis caſibus, in quibus non exprimitur, nam diverſitas locutionis diverſam inducit diſpoſitionem, ut latiùs ſuprà notavimus.

102 Neque dicas, expreſſionem illorum, quæ tacitè à jure inſunt, novam diſpoſitionis formam non inducere; quia hęc regula intelligitur, quando expreſſio fit eo modo, quo à jure ineſt, non verò quando alio modo fit; utique etiam procedit, quando expreſſio aliquid operari nequit, & daretur ſuperfluitas, quam jus non patitur. Item quãdo expreſſio à jure neceſſariò infertur,

fertur, non verò quando contrarium ab eo deducitur: neque aliqua datur ſuperfluitas: de quibus omnibus cum multis Barboſ. *axiom.* 89. *n.* 15.

103 Ita ſanè dicendum in præſenti; quia expreſſio qualitatis proprij Parochi, ſeu Ordinarij non ineſt à jure, diverſaque eſt ab expreſſione Ordinarij ſimplicitèr; eſt enim qualitas, quæ novam inducit diſpoſitionẽ, adſtringitq; ad unũ tãtùm Ordinariũ, ſeu Parochũ; ac neceſſariò venit exprimenda, quia non venit ex natura rei, neque ineſt à jure; minimèque datur ſuperfluitas in ejus expreſſione, ad diſtinctionem aliorum Ordinariorum.

104. Declaratur exemplis; quanvis jure Divino tenear confiteri peccata mortalia, Concil. Trident. *ſeſſ.* 14. *de Sacrament. pœnit. cap.* 5. Bonac. *de pœnit. diſp.* 5. *quæſt.* 5. *ſect.* 2. *punct.* 4. & Fagund. *de* 2. *Eccleſ. præcept. lib.* 1. *cap.* 1. *& ſeqq.* non tamen cogor proprium, ſed quem maluerim idoneum Sacerdotem adire: vide Pal. *de pœnit. tract.* 23. *diſp. unic. punct.* 13. At verò reſtrictio poſtea ab Eccleſia facta, quòd cõfeſſio ſit facienda proprio Sacerdoti, & non alij, neceſſariò venit exprimenda, novamque facit diſpoſitionem reſtrictivam à primæva diverſam: ſic etiam in degradatione, quæ fieri poterat à quocumque Epiſcopo, & quia dubitatum fuit, à quo Epiſcopo eſſet facienda, conſultus fuit Põtifex, qui in *text. citato* reſpondit faciendam non ab alio, niſi à proprio Epiſcopo, neceſſariaque fuit talis nova diſpoſitio, ut patet ex *dict. text.* ergò quando non exprimitur qualitas Ordinarij proprij in Bullâ Cruciatâ de quocumque Ordinario eſt intelligenda.

Doctores, qui noſtram ſectantur ſententiam.

105 Pro hac ſentẽtia ſtat Schola Thomiſtica, eam tenet primò Sotus *in* 4. *diſt.* 18. *quæſt.* 4. *art.* 3. *verſ. his tamen non obſtãtibus*, ibi:

His tamen non obſtantibus, non eſt timendum, quin quos voluerint, eligere valeant; & hæc eſt opinio communis, &c. Et ratio eſt, quia ad abſolutionem ſolùm requiritur poteſtas Ordinis, & juriſdictionis; & quidem poteſtatem Ordinis quicumque Sacerdos habet, & juriſdictionem ille, qui privilegium contulit per delectionem pœnitentis, qui ei confert. Sed quia ex hoc ſecundo quæſtio pendet, probatur primò ex verbis diplomatis, ut poſſint eligere Confeſſorem, nam hoc non eſt eligere eum, qui eſt Cõfeſſor, ſed per electionem facere Confeſſorem. Putà eligere in Confeſſorem, ſicut cùm eligitur Epiſcopus, non eligitur ille, qui erat Epiſcopus, ſed qui non erat, eligitur in Epiſcopum. Et quanvis addatur, idoneum, *adjectio illa duo ſonat, primò quòd non ſit ſuſpenſus per cenſu-*

cenſuram, aut nominatim excommunicatus, &c. Secundò admonetur pœnitens juxta tenorem Canonis, quem pœnitet, *ut eligat Confeſſorem ſcientem ligare, & ſolvere: nihilominus optio ipſi relinquitur; quia privilegia non ſunt coarctanda magis, quàm ſonant, & proculdubio ſi intentio Pontificis eſſet, ut non eligerentur niſi Ordinarij, nunquam illud ſilentio præteriviſſet: Cum ergò id non expreſſerit, gratis fingitur illa reſtrictio. Nam de poteſtate Papæ, quâ id potuerit facere, nemini dubitare licet, & in Canone citato,* ne pro dilatione, *ubi Greg. conceſſit Prælatis facultatem eligendi Confeſſarium, nullam facit reſtrictionem; ſed ait, quòd præter ſui ſuperioris licentiam poſſit ſibi eligere providum Confeſſorem: eodem ergò modo intelligitur conceſſio diplomatis Cruciatæ.*

Secundo: Ledeſma *in ſumm. tr. de pœnit. cap.* 13. *dub.* 7. ibi:

La ſegunda ſententia es, que debaxo de nombre de Ordinario en la Bula, ſe entiende de qualquier Ordinario, que a boca llena tiene razon de Ordinario. Eſta ſentencia tienen comũmẽte los Theologos, y la razon parece clara, porque eſte es privilegio, y los privilegios no ſe han de reſtringir, y anſi pudiendo debaxo de nombre de Ordinario entenderſe qualquier Ordinario, no es razon reſtringir la tal facultad, y el tal privilegio. De ſuerte que conforme a eſta ſentencia como un Sacerdote eſté aprobado por algun Ordinario de toda la Igleſia; le pueden muy bien elegir, por fuerça, y virtud de la Bula de la Cruzada, aunque el que ſe elige eſté ſubjecto a otro Ordinario. De manera que la Bula, y el Concilio ſolamente pretendieron, que por fuerça, y virtud del tal privilegio, ó de otro ſemejante, nó ſe pueda elegir qualquiera ſimplez Sacerdote, ſinó tan ſolamente el que tuviere alguna aprobacion de algun Ordinario.

Eſta ſentencia tengo por muy probable, y que ſe puede muy bien ſeguir, aunque otros digan lo contrario, y un argumẽto, que traen algunos hombres doctos, que quando concurren dós opiniones igualmente probables, ſiẽpre ſe ha de aconſejar lo más ſeguro; y anſi ſiendo eſtas dós opiniones probables, la primera ſe deve aconſejar por ſer más ſegura. Eſte argumẽto nó es fuerte, ni convence, porque nó es neceſſario aconſejar ſiempre la opinion más ſegura, ſiendo ambas probables, ſinó qualquiera dellas

ſe

ſe puede muy bien ſeguir. Eſtando en eſta ſentencia ſe ha de reſponder a las razones que ſe hazen en contrario.

A la primera razon ſe reſponde, que en aquel Decreto del Concilio Tridentino de la Reformacion del Matrimonio facilmente ſe echa de ver de lo que antecede, y ſe ſigue, que habla del Ordinario proprio. Peró en la Bula de la Cruzada, nó ay palabra ninguna, de la qual ſe pueda coligir, que habla dèl proprio Ordinario, y ſiendo privilegio de la Bula, nó ſe deve reſtringir.

A la ſegunda razon reſpondo lo miſmo, que aunque todo lo dicho en el argumento ſea verdad, con todo eſſo los privilegios nó ſe han de reſtringir, ſinó antes eſtender, como es regla de Derecho.

A la tercera razon ſe reſpõde, que nó es neceſſario que el Confeſſor eſté aprobado por el Ordinario del Confeſſor. ni del penitente, ſinó por qualquier Ordinario abſolutamente, y que tiene nombre del Ordinario.

A la quarta razon de dudar ſe puede reſponder, que la determinacion de los Cardenales ſe podia entendar de los aprobados por el Ordinario para poder confeſſar con ſu licencia, de ſuerte que ninguno ſe dize aprobado, y expueſto por el Ordinario para poder oir confeſſiones, ſin privilegio ninguno, ſinó es, aquel que eſtá aprobado por el Ordinario proprio, porque eſte ſolo puede dar licencia para confeſſar. Digo lo ſegundo, que las determinaciones de los Señores Cardenales nó hazen derecho, como es coſa cierta, y averiguada. Tan ſolamente tienen fuerça en el caſo particular que les pregunten, y es un argumento grande en favor de aquella ſentẽcia que parece que aprueban; verdades, que algunas vezes tienen toda la fuerça poſsible en algunas coſas, por declarar el uſo de la Curia Romana, como en aquella declaracion que hizieron, diziendo que era neceſſario para que fueſſe valida la diſpẽſacion que ſe haze entre parientes, declarar la copula ſi precedió. Eſta declaracion tiene grandiſsima fuerça, porque declara el uſo de la Corte Romana.

Tertiò: Portel *dub. regul. verbo Confeſſoris approbatio n.* 5. ibi:

Con-

Confeſſor approbatus in uno Epiſcopatu, poteſt eligi Confeſſor in quocumque alio Epiſcopatu inventus fuerit, ab illis, qui per Bullam facultatem habuerint eligendi Cõfeſſorem approbatum; ita Cordub. in ſumm. Moral. quæſt. 10. in reſponſ. ad 2. *& Rodrig.* §. 9. dub. 2. *& alij.*

Idem Portel *verbo Cõfeſſoris præſentatio num.* 4. ibi:

Regularis approbatus pro una Diœceſi non manet approbatus pro alia, vel omnibus: ſed indiget approbatione ſecundi Epiſcopi. Per Bullam tamen Cruciatam, vel Jubilæum, vel aliam ſimilem generalem, per quam conceditur electio Confeſſoris approbati, poteſt prædictus Confeſſor in una Diœceſi approbatus, eligi in alijs, pro tunc tantùm. Henriq. citato cap. §. 7.

Quartò: Diana Coordinatus *tom.* 4. *tract.* 3. *reſol.* 17. *num.* 2. ubi plures refert, & *num.* 3. ita ait:

Dico igitur; quisquis per Bullam Cruciatæ (& idem dicendum eſt de tempore Jubilæi) poteſt in Cõfeſſarium eligere quemcumque approbatum à ſuo Ordinario Epiſcopo, ſivè ille Epiſcopus ſit originis, ſivè beneficij, ſivè domicilij, & ſivè ſit Epiſcopus pœnitentis, ſivè Confeſſarij, quia Bulla non requirit aliud, niſi quòd Confeſſarius ſit approbatus ab Ordinario, ſed qui in aliquo loco eſt ab aliquo Ordinario approbatus, verè dicitur approbatus ab Ordinario: ergò per Bullam ubique erit eligibilis.

Et *num.* 4. quamplurimos refert Authores: *num. verò* 5. reſpondet declarationi Valentinæ. Idẽmet tenet *tract.* 4. *reſol.* 1. *num.* 4. ubi ſatisfacit declarationibus Eminentiſſ. Cardinalium, tranſcribitque Bullam Urban. VIII. in qua prædict. Pontifex præfinivit circunſtantias requiſitas ad hoc, ut tales declarationes valeant, ex quo verificantur à nobis dicta *n.* 20. *cum ſeqq. pag.* 267. multaq; refert ad intentum. Idem Dian. *tom.* 8. *tract.* 1. *reſol.* 4. *num.* 3. *cum ſeqq. & tom.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 39. *num.* 9.

Quintò: Trullench. *de Bullâ lib.* 1. §. 7. *cap.* 1. *dub.* 2. ubi opiniones proponit, & *num.* 10. noſtram amplectitur, reſpondetque contrarijs fundamentis in hunc modum *num.* 9. ibi:

Num. 9. *Hæ omnes tres ſententiæ probabiles ſunt. Primam tamen probabiliorem judicat Suar. ſup. propter declarationem Cardinalium. Nihilominùs tamen tertia ſententia eſt valdè probabilis, propter tantorum Doctorum authoritatem, & rationem, cui nititur, ideoque ut ait Vega* 1. p. ſũm. lib. 4. caſu 29. col. 604. & col. 606. & in Comp. ſuæ ſumm. cap. 72. caſu 41. num. 2. *eſſe veram, & ſecuram opinionem, ut refert Cenedo* quæſt. 30. num. 58. *& Henriq.* lib. 3. de pœnit. cap. 6. num. 7.

lit. A. *ait*: *Salmanticenſes Doctores putant hanc ſententiam certam*: *& addit*, *& in praxi conſuetudo interpretatur mentem Concilij*, *&* lib. 7. de indulg. cap. 12. §. 4. lit. O. *multi Epiſcopi id ſinunt impune*: *quamvis quidam Epiſcopi aliter ſenſerint*, *nec ex hoc ulla infertur injuria alijs Epiſcopis Ordinarijs*, *quia ex vi approbationis unius Epiſcopi ſolùm illius oves poteſt audire. Poſſe autem alias audire*, *habet ex delegatione Summi Pontificis*, *qui nullam injuriam facit Epiſcopis*; *quia ipſe eſt univerſalis Paſtor*, *& poteſt providêre ſuis ovibus*, *prout judicaverit expedire. Judicat verò Papa idoneum eſſe miniſtrum*, *qui abſolutè approbatus eſt ab Ordinario*, *ut illi ſcilicet poſſit delegari ſua juriſdictio per Bullam. Nec ſequutus hanc opinionem exponit ſe periculo invalidè confitendi defectu juriſdictionis*: *nam licet ſequi opinionem probabilem*, *licèt minus tutam*, *ut docet Bonac.* tom. 2. diſp. 4. punct. 9. in tract. de peccatis, *& multi alij*, *quos Sanctius* in ſuis ſelectis diſp. 44. *Ledeſma* ſup. §. A eſta ſentẽcia. *Opinio autem probabilis dat juriſdictionem*, *ſicut eam confert communis error populi*, *ut cum multis docet Henriq.* lib. 2. de pœnit. cap. 14. num. 3. & 4. *ſeu*, *ut propriè loquamur*, *Eccleſia confert in eo caſu juriſdictionem*, *de quo vide Leſſium* lib. 2. cap. 29. dub. 8. num. 67. *Suar.* tom. 4. diſput. 26. ſect. 6. num. 7. *Sanch.* lib. 3. de matrim. diſp. 22. n. 65. & in ſumm. lib. 1. cap. 9. num. 35. *Coninch.* de Sacram. diſp. 8. dub. 3. concl. 6. num. 22. & dub. 6. num. 47. *Bonacin.* de Sacram. diſp. 5. quæſt. 7. §. 4. num. 4. *Filliuc.* tom. 1. tract. 7. cap. 9. num. 227. *Villalob.* tract. 1. diff. 13. num. 5. *& aliòs quos Sanctius in ſuis ſelectis* diſp. 44. n. 7. fin. *Quare non conſentio Ludov. à Cruce* in expoſit. Bullæ diſp. 1. cap. 2. dub. 15. num. 9. & 22. *ubi aſſerit oppoſitam ſententiam eſſe probabiliorem*, *& abſolutè tenendam*, *& hanc ſententiam non eſſe practicè probabilem*, *etenim cùm hæc ſententia fulciatur rationibus haud contemnẽdis*, *eamque tueantur graviſſimi Doctores*, *ut ſunt* citati num. 7. *ſecuriſſimè ſuſtineri poteſt.*

Num. 10. *Nec obſtant declarationes Cardinalium pro prima*, *& ſecunda ſententia*: *nam dici poteſt* primò *eas videri quodammodo inter ſe pugnare*, *ut advertit Suar.* ſect. 6. citat. num. 10. *quia aliæ inſinuant approbationem eſſe faciendam ab Ordinario Confeſſarij*, *ut contendit prima ſententia*; *aliæ verò ab Ordinario ovis*, *ſeu pœnitentis*, *ut vult ſecunda. Secundò dici etiam poteſt*, *eas non eſſe authenticas*, *ſigilloque per modum Bullæ munitas*, *neque nobis juridicè conſtat*, *quod requiritur ad hoc ut legem faciant*, *& pro ſententia diffinitiva habeantur*, *ut dictum eſt* ſup. dub. 3. proœm. *ſi enim ſic conſtarent*, *ſuſtineri non poſſet tertia ſententia*, *ut habet Vega* 1. p. ſumm. col. 606. *&* in Compend. ſum.

ſum. cap. 72. clauſ. 41. n. 2. *Tertiò dici poteſt ſupradictas declarationes (ſi benè perpendantur) non loqui expreſsè contra hanc ſententiam ; nam prima declaratio pro prima ſententia ſolùm probibet, ne Epiſcopus ſibi in Confeſſarium eligere pôſſit Sacerdotem , qui à ſuo Ordinario non ſit approbatus , de alijs autem non loquitur , immò nec prohibet, quòd Epiſcopus poſſit hunc alienum ſibi ad hoc ſubjectum approbare pro ſuis ovibus ; & ſic à ſe approbatum eligere, ut ab eo abſolvatur. Quando enim Epiſcopus eligit ſibi non ſubditum , jam facit illum ſubditum , & jam illum approbat , & forſan declaratio hæc ſolùm loquitur de Epiſcopo titulari, ſeu annulari, qui oves, aut ſubditos non habet : is enim eligere non poteſt ſibi non ſubditum , & à ſuo Ordinario non approbatum : quia, ut diximus* hoc dub. notab. 2 *hic non poteſt Confeſſarios approbare, eo quòd juriſdictione careat. Item ſecunda declaratio pro eadē prima ſententia, ſolùm videtur loqui de Regularibus, non autem de ſæcularibus : videlicèt ne tempore Jubilæi Regulares eligant approbatos ab Ordinarijs eorundem Regularium , ſed ab Ordinarijs Sacerdotum ſæcularium. Et quanvis concedamus, loqui etiam de ſæcularibus , ſolùm convincitur ex ea , Confeſſarium virtute Jubilæi eligendum , debere eſſe approbatum ab Ordinario, abſolutè loquēdo. Non autem reſtringit, quòd ſit Ordinarius proprius ipſius Confeſſoris, ſufficit enim , quòd Epiſcopus in ſe ſit Ordinarius habens ſubditos , & quòd Confeſſarius ei quoad examen , & munus confitēdi in ſua Diœceſi ſubjiciatur : quo in caſu poteſt quodammodo dici reſpectu illius Ordinarius. Nec urgent verba illa ſequentia ; in Bullâ enim non fit mentio, niſi de Ordinario eorum, qui audituri ſunt confeſſiones; non autem de Ordinario pœnitentium : quia cùm nihil tale in Bullâ reperiatur expreſſum , videntur ab aliquo verba hæc ſuperaddita , ut advertit quidam junior : Bulla enim ſolùm concedit, ut eligatur approbatus ab Ordinario, nulla facta mentione de Ordinario Confeſſarij, vel pœnitentis ; ſed ſufficit approbatio à quocumque Ordinario, qui Ordinarij nomen retineat , ut ait Ledeſma* tract. de pœnit. cap. 13. concl. 1. dub. 7. §. A la tercera razon , *& ſi fortè non ſunt ſuperaddita, expreſsè contradicūt declarationi pro ſecunda ſententia, ubi dicitur , Confeſſarium debere eſſe approbatum ab Ordinario pœnitentis. Ad declarationem Cardinalium pro ſecunda ſentētia reſpondet Coninch. cum alijs*, de miniſtro pœnit. dub. 7. num. 54. *de ea minùs certò conſtare , cùm non reperiatur inter eas , quæ in diverſis locis collectæ aſſervantur. Rejicienda tamen eſt omnino hæc reſponſio : exiſtimo enim non ſolùm eſſe certam , maioremque habere certitudinem , quàm illæ communiter à privatis DD. recuſentur ; ſed eſſe ſaltem quoad noſtrum Ar-*

chiepiſcopatum juridicam, & authenticam, illique ſtandum, & ſecundum eam judicandum. Ratio eſt, quia ſupradicta declaratio fuit facta ad conſultationem, & ſpecialem petitionem dicti Domini mei Archiepiſcopi, literæ à Sacr. Cõgr. expeditæ, ad dictum Dominum conſulentem tranſmiſſæ, ab eo acceptatæ, & de ipſius mandato ſuis ſubditis notificatæ, de quâ notificatione, & de omnibus ſupradictis conſtat in Synodo de anno 1584. ubi ſupradicta conſultatio cũ ipſius petitione, declaratione, ſeu reſpõſione, continetur. Quis ergò de ejus certitudine poterit dubitare? Et quid ei deficit ad hoc ut ſit authentica, & juridica, ſaltem in noſtro Archiepiſcopatu, ſi attendas ea quæ dubio tertio prœm. num. 7. & 8. *diximus? Ledeſma* ſuprà citatus, & *Suar.* tom. 4. in 3. p. diſp. 28. ſect. 7. num. 7. *reſpondẽt approbatum ab alio, quàm à Valentino Epiſcopo in Diœceſi Valentina, non cenſeri approbatum ab Ordinario, nimirùm, quoad delegationem, & approbationem alterius Epiſcopi non cenſeri in aliâ Diœceſi approbatum. Secùs verò in ordine ad delegationem, & privilegium Pontificum: Epiſcopus enim approbans ſolùm poteſt dare licentiam in ſuo Epiſcopatu, & virtute iſtius licentiæ, & approbationis non poteſt in alio audire confeſſiones, v. g. approbatio Epiſcopi Segobricenſis non eſt ſufficiens in Diœceſi Valentina in ordine ad Epiſcopum Valentinum, ibi enim niſi ab Epiſcopo Valentino approbetur, non poteſt valide virtute ſolius approbationis, & licentiæ abſolvere; ſecùs verò in ordine ad delegationem, & privilegium Pontificum, & Bullam Cruciatæ, quæ ſolùm requirunt approbationem alicujus Ordinarij. Alias interpretationes vide apud Soar.* dict. num. 7. *qui hanc declarationem, ut potè ſuæ ſententiæ contrariam, interpretatur. At quia hujuſmodi declarationes, ſeu interpretationes non ſatisfaciunt Cardinalium declarationi ſupradictæ: ideò ſecunda ſententia, ut ſecurior, & probabilior eſt tenenda, quamvis qui oppoſitam ſequi voluerit non peccabit, ut ipſe Suar.* d. n. 7. in fin.

Num. 11. *Nec obſtat ſi dicas, approbationem eſſe actum juriſdictionis Epiſcopi approbantis in ordine ad Confeſſarium approbatum, quæ in non ſubditum exerceri non poteſt. Nam reſpondeo, non eſſe juriſdictionem contentioſam involuntariam, & coercitivam, ſed voluntariam, ut docet Sylveſt.* Cõfeſſor. 1. q. 14. n. 2. *& in foro interiori, & Sacerdotem alienum, eo quòd illi Epiſcopo ſubjiciatur quoad examen, & munus confitendi, fieri quodammodò ſubditum, & in hoc habere illum pro ſuo Ordinario: ſicut contingit in Religioſis, qui quantum ad præſens habent pro ſuo Ordinario Epiſcopum, cui ſubjiciuntur quoad examen, & munus, & officium confitendi, ut docet ipſe Soar.* diſp. 28. citat. ſect. 6. num. 14.

Num.

Num. 12. *Dices contrà pro hac ſecunda ſententia. Facultas eligẽdi Confeſſarium tollit jus tertij, ſcilicèt Epiſcoporum, & Parochorum: ergò eſt ſtrictè interpretanda. Reſpondeo negando antecedẽs; nam Pontifex eſt univerſalis Paſtor Eccleſiæ, cui omnium ovium ejuſdem cura eſt demandata, ut eis provideat, prout judicaverit expedire, ac proinde nullum jus violat, neque in hoc ulli facit injuriam. Nec præjudicat tertia ſententia diſpoſitioni Tridentini* ſeſſ. 23. cap. 15. *nam ibi ſolùm ſtatuitur, ut Cõfeſſarius ſit approbatus ab Ordinario, non verò determinatur à quo Ordinario: ſolùm enim Tridẽtinum prohibêre voluit, ne imperitus eligatur. Quæ ratio ceſſat, ſi eligatur approbatus ab Ordinario: quare cùm facultas hæc ſit favor, & Principis beneficium, & ab eo non limitetur, neque à nobis eſt limitanda. Aliter enim ſi ſolus approbatus ab Epiſcopo pœnitentis eligi poſſet, privilegium hoc ferè nihil operaretur, præſertim ſi pœnitens nulla habeat reſervata, nam cum tali Confeſſario ſine Bulla, poterat jam confiteri. Quòd ſi dicas cum Soares* ſuprà diſp. 88. citat. ſect. 6. num. 2. *eſſe nimis amplam, & licentioſam opinionẽ. Reſpondeo, idem etiam dici poſſe de prima ſententia, quam ipſe ſequitur, ait enim approbatum à ſuo Ordinario abſolutè, & ſimpliciter ubique eligi poſſe in Confeſſorem virtute Bullæ, ut ipſe docet* ſect. 6. citat. n. 6. 15. & 16. & ſect. 7. n. 6.

Num. 13. *Concludendum igitur eſt hanc tertiam ſententiam eſſe probabilem, & tutam, &c.*

Sextò: Leand. *de Sacrament. tract. 5. de pœnit. diſp. 11. quæſt. 70. verſ. Sed æquè*, ibi:

Sed æquè probabiliter reſpondeo, poſſe obrationem factam. Sic Cãdidus num. 2. *& apud illum Henriq. Sotus, Aegidius, Nugnus, & Medina, Boſſius,* loco citato §. 7. num. 215. *ſic dicens: Concedente Bullâ, vel Jubilæo, privilegio Põtificis facultatem eligendi Confeſſarium approbatum ab Ordinario; Sacerdos, ſivè ſæcularis, ſivè Regularis, ſemèl abſolutè approbatus à ſuo Ordinario Epiſcopo, ſivè ille Epiſcopus ſit originis, ſivè beneficij, ſivè domicilij, & ſivè ſit Epiſcopus pœnitentis, ſivè Confeſſarij, ſivè loci, ubi audiuntur confeſſiones, & conſequẽter à quocumque Epiſcopo, ſeu Ordinario ſimpliciter approbatus,* virtute Bullæ, & Jubilæi, vel privilegij, poteſt ubiq; terrarum licitè, & validè eligi, *ſaltem quoad forum conſcientiæ, ſic Boſſius, & apud illum ultra citatos, Cordub. Petr. Ledeſma, Regimaldus, Valer. & alij, quos ſequitur Dian.* p. 1. tract. 21. reſol. 7. *Fay, Llamas, Portel, Fernandes, Joan. de Cruce, Filliuc. & alij apud illum, & eſſe ſententiam valdè probabilem, & in praxi tutam ait Thom. Hurtad.* tom. 2. tract. 12. cap. 1. §. 2. dub. 2. n. 241. & 256. & 261. & *Mend.* loco cit.

Septimò: Pater Maſcarenhas *de Sacrament. tract. 5. de Sacrif. Miſſ. diſp. 5. cap. 5. num.* 191. *verſ. & confirmo*, ibi:

Et confirmo exemplo Clerici in una tantùm Diœceſi abſolutè approbati ad audiendas confeſſiones; hic enim quamvis ſolùm ex vi illius approbationis in alia Diœceſi eligi non poſſit in Confeſſarium, tamen virtute Cruciatæ in alia Diœceſi eligibilis eſt ad Confeſſiones audiēdas, *quia Bulla tantùm, ut conditionē, requirebat abſolutam approbationem ab aliquo Ordinario factam, ut cum multis tenet Diana.*

Octavò: Lūbier non bene ſuprà citatus pro oppoſita ſententia, *in fragm. Mor. tom. 2. miſcell. fragm. 5. §. 1. pag.* 833. *n.* 1178. ibi:

El Padre Mendo en ſu Epitome en la palabra Approbatio num. 5. *dixo: Approbatus in una Diœceſi, non eſt approbatus in alia, nec ad audiendas ibi cōfeſsiones ſubditorum Epiſcopi prioris, à quo fuit approbatus. Sic ſtabilivit declarando Tridēt. Clemens X. in Bulla, quæ incipit:* Superna, *expedita die* 2. *Auguſt. anno* 1670.

Num. 1179. *En la palabra Bulla Communis Cruciatæ* num. 17. *y* 18. *añadió, que nó es eligible por la Bula el que no tiene aprobacion del Ordinario de aquel territorio donde confieſſa: Inde (eſto es deſpues de la ſobredicha Bula) approbatus in una Diœceſi, non eſt eligibilis per Bullam in alia, in qua non eſt approbatus: oppoſita ſententia erat olim certò probabilis, nunc verò minimè.*

Num. 1180. *Haviendo leido la Bulla de Clemente X. la qual eſtá en el Bulario* tom. 5. fol. 494. *§. 4. hallo, que nó eſtá eſſo muy claro, por lo menos reſpecto de lo tocante a la Bula de la Cruzada, pues dize aſsi en el §. 4.* Ad hęc Religioſos ab Epiſcopo ad confeſſiones ſæculariū in ſua Diœceſi audiēdas approbatos, non poſſe in alia Diœceſi eos abſque Epiſcopi Diœceſani approbatione audire, quanvis pœnitentes ſubditi ſint ejus Epiſcopi, à quo ipſi Religioſi jam fuerant approbati. *Aqui ſolo dize, que con ſola la aprobacion de un Obiſpado, no puedan confeſſar en otro* (lo qual deve entenderſe ſecluſo privilegio) *ſin nueva aprobacion. Peró nó dize que la aprobacion de un Obiſpado nó ſirva para*

para confeſſar en otro, en virtud de la Bula.

Num. 1181, *Pruebaſe eſto. Lo que la opinion antigua dezia, era que la aprobacion de allá, ſiendo de allá, y nó de aqui, baſtava para confeſſar aqui, y eſſo nó lo quita eſte Papa. Quita que en virtud de aquella aprobacion, pueda confeſſar aqui con ſola la aprobacion de allá, eſſo eſta Bula no parece, que lo quita: ni un privilegio tan grande como el de la Cruzada, que es de contracto, y con el Rey deve entenderſe que lo coarcta el Papa, ſin hazer memoria del, en eſpecial, ni en general: y más quando los Summiſtas tienen por regla, que las prohibiciones, ó revocaciones, ſe han de enten der del modo que minùs noceant a los privilegios.*

Num. 1182. *Confirmaſe eſta inteligencia lo primero, porque eſta clauſula ſolo vá a confirmar lo que yá havian dicho ſus predeceſſores contra los que pretendian, que el Religioſo aprobado en un Obiſpado podia cõ ſolo eſſo confeſsar en todo el mundo. Eſſo miſmo quiere Clemente X. eſto es, que nó pueda; y nó dize más. Si la ſentencia, de que es eligible por la Bula ha ſido cierto probable, deſpues deſſes otros Pontifices, como confieſſa el miſmo Mend. no tiene agora porque dexarlo de ſer, pues Clemente X. nó ha hecho más, ni pretendido más, que havian dicho los predeceſſores; lo qual conſta evidentemente del §. 2. donde atteſta que ſu intento es para quitar diſſenſiones, aquellas miſmas determinaciones, ó definiciones, que ya acerca deſtes puntos havian hecho los Sũmos Põtifices ſus predeceſſores, recogerlas, y contarlas en una Bula, ſus palabras ſon:* Nos attendentes, quòd aliàs diverſis tẽporibus prædictę dubitationes, & controverſiæ nonnullis prędeceſſorum noſtrorum Sũmorum Põtificum conſtitutionibus, earũque declarationibus definitæ fuerint; ejuſmodi definitiones in unum collectas, ut magisque diſſentionum tollantur ſemina, &c. *Luego, ſinó ha pretendido hazer nueva determinacion, ſinó recoger las antiguas, y las antiguas en nada inmutavan eſta opinion tocante a la Cruzada, pera eſta todas las*

coſas

cosas se quedan en el mismo estado.

Num. 1183. *Confirmase lo segundo, porque si la opinion de que el Confessor aprobado en otro Obispado, era cierto probable, que es eligible por la Bula, essa certeza nó solo habla de los Regulares, sinó que se estendia a los Presbyteros seculares aprobados. En quanto a estos la Bula nada ha inmutado, porque nó habla con ellos; sinó solo con los Religiosos, como consta del titulo de la Bula, y de todo el tenor della, y de los decretos de los predecessores, en que vá fundada: luego para los Presbyteros seculares, en que nó habla, se queda siempre certè probable, que son eligibles por la Bula; nó es pues de creer, que Clemente X. aya pretendido hazer de peior condicion a los Regulares, en quanto a ser eligibles por la Cruzada.*

Num. 1184. *La segunda prueba de la conclusion puede tomarse de la Bula Cruzada Latina, que hablando del Confessor eligible, si es Regular, dize:* Regularis autē semel approbatus: *luego basta aprobacion en una Dieceſi para ser eligido en otra. El Padre Mendo supone Bullam negará la consequencia, porque dize, que el* semel approbatus, *se entiende que aprobado una vez en aquel Obispado, por aquel Obispo, pueda ser elegido por la Bula, aunque el Obispo revoque a todos generalmente las licencias. Assi lo trahe en la disputa 22. num. 97 con Trullench, peró otro esforçará, que pues la clausula Latina nó limita, nó deve limitarse su inteligencia.*

Num. 1185. *Dirá alguno contra nuestra sentencia con Mendo: lo primero, que quando la Cruzada dá facultad para poder eligir qualquiera Cōfessor aprobado por el Ordinario en orden a la aprobacion, nó concede privilegio alguno, porque essa clausula nó para alli, sinó que passa adelante; y quiere dezir que puedā eligir qualquiera Cōfessor aprobado por el Ordinario (esto es por el suyo) que los absuelva de casos reservados; y assi el favor q̄ cōcede esta clausula es de la absolucion de reservados, exercida por qualquiera Cōfessor aprobado por su Ordinario. Respondo, que aunque esse sentido es probable, peró tambien es cierto, probable lo contrario;*

esto

eſto es , que concede privilegio en quanto a la aprobacion , pues concede que el que eſtá aprobado por un Ordinario puede ſer eligido por el que tiene Bula Cruciata *en qualquiera parte que ſea.*

Num. 1186. *Dirá lo ſegundo : La Cruzada pide en el Confeſſor aprobacion : atqui conſta del §. 4. de la Bula de Clemente X. que el , que eſtá aprobado para un Obiſpado , nó por eſſo lo eſtá para otro : luego nó es eligible en el otro : la menor ſe prueba de las palabras de Clemẽte X. en el §. 4. &c. luego la aprobacion de un Obiſpado nó dá el ſer aprobado en otro. Alguno reſponderá , que el que eſtá aprobado para un Obiſpado , eſtá aprobado para otro para todas las perſonas d' eſte , ſimilares a las de el otro ; peró nó con aprobacion expedita , y practicable , mientras nó tenga para aquel otro Obiſpado licencia , y juriſdicion de quien ſe la pueda dar , que es el otro Obiſpo , ó el Papa. La primera parte , de que tiene aprobacion , aunque nó expedita , ſe prueba , porque tiene juizio authentico de ſu idoneidad para aquel genero de perſonas. Con que viniendo del Papa por la Cruzada la juriſdicion , yá queda hecho Confeſſor , ſupueſta aquella aprobacion.*

Num. 1187. *Y ſi alguno replicare , que el texto de Clemẽte X. pide aprobacion de el otro Obiſpo , nó ſolo para las perſonas ſimilares , ſinó para las miſmas , para que yá eſtava aprobado (eſto es para las ſubditas del primer Obiſpo) ſi las ha de confeſſar en otro territorio : luego porque nó tenia aprobacion. Aun ſe puede reſponder , negando la cõſequencia , porque el Papa nó niega aprobacion en eſſa clauſula , ni ay palabra excluſiva de ella (ſupueſto que nó dize , que nó eſtá aprobado para otro Obiſpado , como la niega para las Mõjas en la clauſula , que luego refiriremos) y el dezir que nó pueda cõfeſſar en la otra Dieceſi ſin nueva aprobacion , nó es negar , que la tenga , ſinó ligarle el uſo de ella , haſta que obtenga cumulative el requiſito de nueva aprobacion , y eſto ſolo a fin de quitar pleytos con el Dieceſano , los quales ſon el motivo total de eſta cõſtitucio , como cõſta de el exordio de ella. Y eſto ſe prueba porque el Papa nó dixo que no eſtava apro-*

aprobado para los ſubditos miſmos del otro Obiſpado, que ha de confeſſar alli (pues es cierto que lo eſtava en quanto a ſu idoneidad, pues el haver mudado preciſamẽte de tierra no ſe la ha podido quitar para aquellos miſmos ſubjectos) y anſi ſe conoce que el fin de pedir nueva aprobacion, no es porque no la tuvieſſe, ſinó que ſe la ligó aquella, y quiere otra, por quitar pleytos con el otro Ordinario.

Num. 1188. *Peró más facilmente, y ſin tanta preciſſion ſe reſponde al ſegundo argumento, que la Cruzada ſolo requiere aprobacion abſoluta de un Ordinario, y por conſeguiente, aunque el Confeſſor nó eſté aprobado acá, puede por ella confeſſar, por quãto para confeſſar acá, le baſta la aprobacion de allá, como de allá; y aſſi Clemẽte X. quãdo dize, que no puede confeſſar acá ſin nueva aprobacion, ſe entiende ſinó tiene privilegio.*

Num. 1189. *De lo dicho ſe ſigue, que ſe queda en ſu miſma probabilidad la ſentencia, de que el aprobado en un Obiſpado, es eligible por la Cruzada en otro; y haviendo conſultado eſta queſtion con las razones, y fundamentos dichos, con hombres doctos, y muy verſados en materias Morales*; han ſentido eſto miſmo; *y ni aun el Padre Mendo le quitó el ſer probable en el lugar citado, ſinó el ſer* certò probable; *con que nó alcanſo yo, como el Author del Examen Matritenſe le puſo cenſura de improbable (y no és la unica opinion, que tiene alli eſta cenſura ſin merecerla).*

Idem *fragm.* 6. §. 1. *pag.* 865. *n.* 1260. ibi:

Advierto lo tercero acerca de la aprobacion del Confeſſor, que ſe requiere para ſer electo por la Bula, que no ſon dignas de cenſura, ſinó practicè probables *las opiniones, de que es eligible por la Bula en un Obiſpado el aprobado abſolutamente en otro, como diximos* â n. 1178. *y tambien lo es para las Monjas ſujetas a la Religion el Confeſſor aprobado generalmẽte para todos (ſi el Prelado de las tales Monjas no le reſiſte) porque yá diximos que para ſer aprobado para ellas, no es neceſſaria aquella eſpecial aprobacion del Ordinario para ellas, que ſe requiere para las ſujetas al Ordinario:*

nario: y eſto aun deſpues de la Bula de Clemente X,

Idem *ſupra loco à nobis citato in propoſit.* 1. *Innoc. XI.* cujus verba tranſcribimus *n.* 14. *pag.* 266.

Nonò: Araña *in fragm. verbo aprobacion, pag.* 125. ibi:

Aprobacion es coſa diſtincta de juriſdicion, porque aquella ſolo conſiſte en un juizio que aprueba la ſuficiencia, como ay para dezir Miſſa en una caſa particular, el Obiſpo puede aprobar la decencia ſuficiente del pueſto, peró la licencia no la dá el, ſinó el Papa. Aſſi tambien quando un Confeſſor de otro Obiſpado es eligido en eſte por la Bula, el Papa le dá la juriſdiction, y el otro Obiſpo le dió la aprobacion.

Decimò: Ramos *de Bull. c.* 9. *num.* 1. *pag.* 79. ibi:

Primera concluſion. El Confeſſor, que abſoluta, y legitimamente eſtá aprobado para oir cõfeſsiones, ó por el Ordinario del miſmo Confeſſor, ó por el Ordinario del penitente, ó por el Ordinario del lugar, donde la confeſsion ſe ha de hazer, es eligible por la Bula. Por eſta concluſion cita muchos Doctores Tambur. de Bull. cap. 9. §. 1. *num.* 3. *y parece que la ſigue, y la tiene por probable Caſtr. Palao* de Bull. punct. 8. §. 1. num. 1. *y la razon es, porque la Bula no pide en el Confeſſor, que por ella ſe pueda eligir, otra coſa, ſi no es, que eſté aprobado por el Ordinario; y ſiendo eſte privilegio favorable, ſe ha de interpretar latamente. Luego, como el Confeſſor eſté aprobado por el Ordinario del lugar, donde la confeſsion ſe ha de oir, ó por el Ordinario del Confeſſor, ó penitente, ſerá eligible por la Bula.*

Undecimò: Fr. Anton. à Spirit. Sancto, Epiſcopus Angolenſis *in direct. Regular. tom.* 1. *tract.* 5. *de Sacram. pœnit. diſp.* 13. *ſect.* 6 *num.* 866. ibi:

Verùm licèt hæ ſentẽtiæ ſatis probabiles ſint, ut notat Dian. &c. Nihilominus probabiliùs exiſtimo ſufficere legitimam approbationem cujuſcumque Epiſcopi, ſivè ſit originis, ſivè beneficij, ſivè domicilij, ſivè ſit Epiſcopus pœnitentis, ſivè Confeſſarij, ſivè loci, ubi auditur confeſſio. Uno verbo à quocũque Epiſcopo *legitimè approbatum eſſe capacem, cui delegetur facultas, & juriſdictio ubique gentium, ut poſſit confeſſiones audire; juriſdictio verò debet dari à ſuperiore*

riore ejus, qui eſt abſolvendus, &c.

Multosque refert Authores, qui in eo videri poſſunt, proſequiturque rationem præſtando in hunc modum, *n.* 867. ibi:

Ratio eſt, quia Concilium tantùm requirit approbationem Epiſcopi ad hoc, ut Sacerdos ſit capax juriſdictionis; ſed hoc verificatur, ſi approbatio habeatur à quocumque Epiſcopo; nam qui ab uno Epiſcopo eſt approbatus, ſimpliciter, & verè eſt approbatus: ergò, &c.

Num. verò ſeqq. reſpondet cõtrarijs fundamentis, & *ſect.* 16. agendo ſpecialitèr de Bullâ Cruciatæ *num.* 903. ita ait:

Ego tamen exiſtimo ſufficere, quòd Confeſſor ſit approbatus, ſivè ab Ordinario pœnitentis, ſivè Confeſſarij, vel alterius cujuſcumque taliter, quòd habitâ unâ legitimâ approbatione à quocumque Antiſtite, ſufficiet ad hoc, ut quis uti poſſit privilegio Jubilæi, vel Bullæ Cruciatæ, &c.

Duodecimò: Fagundes *in* 2. *Eccleſ. Præcept. lib.* 7. *cap.* 2. *n.* 23. ibi:

Hinc ſequitur, reſpondendum eſſe affirmativè ad illam quæſtionem, Utrùm ſubditus Conimbricenſis poſſit eligere, virtute Bullæ, vel Jubilæi, Sacerdotem Confeſſarium Regularem, vel ſæcularem approbatum in Epiſcopatu Portuenſi, ſivè hoc fiat, dum talis pœnitens in hunc finem ſe illuc conferat, ſivè quia caſu accidit, ut ipſe Sacerdos Portuenſis in Conimbricenſi Diœceſi inveniatur? Nam quanvis Gutierres, & Authores tertiæ opinionis id negent, propterea quòd exiſtiment, Sacerdotem debere eſſe approbatum ab Ordinario pœnitentis, & habentis privilegium; tamen jam diximus ſufficere, quòd Sacerdos ſit approbatus ab Ordinario ipſius Sacerdotis, ut ei poſſit juriſdictio hæc committi per privilegiũ, aut alium delegationis modum.

Decimo-tertiò: Fr. Barnabas Gallego de Vera, *de Bullâ cap.* 9. *clauſ.* 9. *dub.* 101. *pag.* 82. *verſ. col.* 2. *in fine, verſ. La ſegunda ſentencia*, ibi:

La ſegunda ſentencia (que como he dicho es muy probable en la eſcuela de S. Thomas) enſeña que como un Sacerdote eſté aprobado por un Ordinario qualquiera que ſea, puede por virtud de la Bula ſer eſcogido *en qualquier Obiſpado, adonde nó eſtá aprobado.*

El fundamento deſta ſentencia es, lo primero una declaracion de los Eminentiſſimos Cardenales más authentica, que la que trae la contraria ſentencia, pues nó conſta de la tal declaracion

cion (como diz en Nuño, y otros) y desta dize el doctissimo Padre Francisco Suares en el lugar que citarémos, que está en la Ciudad de Coimbra, adonde èl era Cathedratico, y la trae Prospero Farinac. volum. 4. decis. super Concil. Tridentin. sess. 23. cap. 15. declarat. 2. *y concede Villalob. haver la tal declaracion, y la refiere. Tambien se confirma esta sentencia, porque la Bula es privilegio dado en favor de la Fé; y assi antes se ha de estender, que restringir,* argument. text. in cap. final. de hæret. in 6. *pues si la Bula dize que pueda escoger qualquiera Confessor aprobado por el Ordinario, y absolutamẽte se llama Ordinario qualquiera Obispo, ó que tiene authoridad ordinaria para aprobar Cõfessores: luego bastará escoger a qualquiera aprobado por algun Ordinario: de suerte que este nombre* Ordinario *de suyo supone qualquiera Ordinario, ora sea proprio, ora ageno: peró algunas vezes de lo que antecede, y se sigue, se colige, si este nombre* Ordinario *significa el proprio, ó si ha de entender en comun: y esto acontece en el lugar del Concilio Tridentino, que trae la contraria sentencia, que de alli debaxo deste nombre* Ordinario *se toma por el proprio Ordinario, porque allá en el caso del matrimonio no se cõcede privilegio alguno, sinó antes se presupone que tiene ordinaria jurisdicion. Peró en nuestro caso de nuevo se concede jurisdicion por privilegio de la Bula: y anssi por esso no ay razon alguna para coligir, que se toma por el proprio Ordinario en la Bula, sinó antes para coligir, que se toma en comun este nõbre de* Ordinario *en la Bula, pues fué aprobado por el Ordinario del penitente, yá tenia la jurisdicion.*

Plurimaque affert, & innumerabiles penè refert Authores pro nostra sententia, quam probabiliorem judicat, & in fine ita ait:

Vea-se nuestro Tratado de las quatro Consciencias, que está impresso con la ultima impression de la Summa de Fr. Joan de la Cruz en Madrid año 1648. en la duda segunda de Conscientia probabili, adonde se satisfaze claramente al fundamento del doctiss. Maestro Fr. Juan de S. Thomas, que alli de-

fende eſta ſegunda ſentencia.

Decimo-quartò : Torrecilla *in* 1. *propoſit. Innocent. XI. à nobis citat. num.*90. *pag.*294. & *in tom.* 2. *Moral. tract.*4. *diſp.*3. *cap* 1.*de pœnit. n.*58. ibi:

Reſpondo negando antecedens. Porque el aprobado abſolutamẽte en un Obiſpado,no ſolo puede ſer elegido por la Bula, ó Parocho, mientras eſtá en dicho Obiſpado, en que eſtá aprobado, ſinó tambien quando eſtá fuera del Obiſpado.

Idem *Conſult. Moral. tract.* 2. *de Pœnit. conſult.* 1. *num.*5. ibi:

O ſi por virtud de la Bula de la Cruzada, los eligieren los ſeculares, baſtará que eſten aprobados en qualquiera Dieceſi, ó por qualquier Obiſpo.

Decimo-quintò: Moya *in ſelect. tom.* 1. *tract.* 3. *de Sacram.pœnit. diſp.*7. *q.*2. *n.*29. ibi:

An idem, quod dictum eſt de Regularibus ſemèl approbatis, dicendum ſit de quibuſcumque alijs Cõfeſſarijs, & ideo ſemèl approbatus à ſuo, vel pœnitentis Ordinario, ſit ubique eligibilis virtute Bullæ? Non conveniunt DD. communior tamen, & tam à ratione, quàm ab authoritate extrinſeca, probabilior ſententia affirmat, quam ſuprà trigmta Authores pro illa referens ſequitur M. Gallego, ubi ſupra dub. 10. *inter quos P. Franciſc. Suar.* tom.4. in 3. p. diſp.28. ſect.9. *pro hac parte afferens declarationem Eminentiſſ. Cardinalium, quæ extat Conimbricæ, in qua,*ly ab Ordinario,*cujus approbatio exigitur ad abſolutionẽ virtute Bullæ,non reſtringit, ſed quẽcumque ſivè pœnitentis, ſivè Confeſſarij, ſivè Diœceſanum, ſivè alterius Diœceſis comprehendere declaratur. Quicumque enim Epiſcopus,vel habens authoritatem approbandi Confeſſarios, dicitur abſolutè Ordinarius : ergò cùm privilegium Bullæ in favorem Fidei fuerit conceſſum, & ejuſmodi privilegia non reſtringenda, ſed extendenda ſint. Argumento* text.in cap. finali,de hæret. in 6. *non eſt cur hic potiùs Ordinarius, quàm ille, & non quilibet vagè intelligi debeat.*

Decimo-ſextò: Joann. Sanch. *in ſelect. diſp.*44. *num.* 1.*in fin.* ibi:

Quam opinionem, videlicèt approbatum ab unoOrdinario poſſe ubiq; & à quocumque eligi in Confeſſarium virtute Bullæ, veram eſſe reor.

Decimo-ſeptimò : Pellizar. *tom.*2. *tract.*8. *cap.*3. *ſect.* 2. *n.* 18. *in fine,* ibi:

Utrùm

Utrùm verò Regularis approbatus in uno Episcopatu (v. g. Ferrariẽsi) eligi possit in Confessarium in alio Episcopatu (v. g. Bononiensi) ab habente privilegium eligendi Confessarium per Bullam, Jubilæum, &c. Respondeo posse eligi.

Et *num.* 19. rationem præstat in verbis, ibi:

Ratio nostræ responsionis est, quòd quando Papa in Bullâ, Jubilæo, &c. dicit, ut eligatur Confessarius approbatus ab Ordinario; solùm intendit, ut eligatur juxta formam Concilij Tridentini, ideoque si Papa in casu proposito solùm loquitur de Sacerdote approbato ab Episcopo Cõfessarij (ut teste Suar. num. 6. declaravit Sacr. Cõgreg.) de eodem loquitur & ipsum Concilium; præterquamquòd Confessarius electus ex privilegio Papæ in actu audiendi confessiones non se gerit tanquàm subditum Episcopi Diœcesis, in quâ audit, sed tanquàm Papæ delegatum.

Decimo-octavò: Reginald. *in praxi, lib. 1. de requisit. in Confess. legit. q. 4. n. 288. in fine*, ibi:

Quando igitur contigerit Sacerdotem per suum Episcopum approbatum simpliciter, & sine restrictione ad certa loca, aut certas personas, ubicumque locorum sit, censendus est habere approbationem, &c. unde sivè sit secularis, sivè Regularis, eligi potest ab omni eo, cui facta est eligendi potestas, sivè à Summo Pontifice, sivè ab Episcopo, sivè etiam à Parocho proprio, prout idem Suar. tract. in ead. sect. 7. n. 10. & 18. *Objici autem potest, quòd Episcopus non habeat potestatem dicendi jus extra suum territorium. Sed facilè respondetur, id nihil obstare: quia sententia in uno loco data, quatenus personæ, in quam data est, adhæret suo modo, ubique locorum habet suum effectum: sic enim excommunicatus ab uno Episcopo, est ubique excommunicatus, & ad Doctoratum promotus in una Academia, ubique publicum testimonium habet suæ scientiæ, & ita in alijs.*

Decimo-nonò: Fr. Philipp. à Cruce, *Tesoro de la Iglesia, tr. 1. n. 9. §. 11. pag. 77. vers.* ibi:

Note-se, que quando en la Bula se dá facultad para eligir un Confessor de los aprobados, no es necessario que el tal Confessor lo sea por aquel Ordinario adonde se halla el que lo quiere eligir, y nombrar, como si un Confessor está aprobado por el Ordinario de Valladolid, y se hallasse en tiempo de un Iubileo en la Villa de Madrid, llega uno a eligir por Confessor a este tal aprobado del modo dicho, por virtud del tal Iubileo no está aprobado por el Ordinario de Madrid, con todo

Digitized by Google

esso aunque en aquel Obiſpado no eſté aprobado, lo puede eligir, y nombrar con ſeguridad de ſu conſciencia, &c.

Idem tenet §. 20. *num.* 1. & §. 16. *n.* 1. *pag.* 116.

Vigeſimò: Corella à nobis ſuprà citatus *num.* 89. *pag.* 294. *in* 1. *propoſit. Innocent. XI.*

Vigeſimo-primò: P. Georg. Gobat. *tom.* 2. *moral. tract.* 3. *de Confeſſario pro Jubilæo eligendo, cap.* 31. *q.* 85. *n.* 234. ibi;

Negari tamen non poteſt, quin etiam probabile ſit, ſufficere cujuſcumque tandem Epiſcopi approbationem.

Quanvis *tom.* 1. *tract.* 7. *caſ.* 2. *n.* 57. contrarium teneat.

105 Hanc noſtram ſententiam amplectuntur ultra ſupra citatos, Nunius *in addit. ad* 3. *p. quæſt.* 8. *art.* 5. *dub.* 8. Henriq. *in Comment. in* 1. 2. *D. Thom. q.* 19. *art.* 6. *dub. penult.* §. *cæterùm magna eſt, & de pœnit. lib.* 3. *cap.* 6. *in comment. lit. A. & lib.* 7. *de indulg. cap.* 12. ubi plurimos refert, & inter alios Archiepiſcopum Blãcum, & Guerrer. qui interfuerunt Concil. Trident. Fr. Joann. à Cruce *de pœnit. quæſt.* 5. *dub.* 9. Gregor. Martin. *in* 1. 2. *D. Thom. quæſt.* 10. *art.* 6. *dub.* 6. *concluſ.* 7. Vincent. Candid. *tom.* 2. *diſq.* 24. *art.* 64. Petr. Fay *in addit. ad* 3. *p. D. Thom. q.* 8. *art.* 5. *diſp.* 8. *& art.* 5. *diſp.* 3. P. Suar. *tom.* 4. *in* 3. *p. diſp.* 28. *ſect.* 9. Ægid. Coninch. *de pœnit. diſp.* 8. *dub.* 7. Cordub. *in ſumma quæſt.* 10. *ad* 2. *dub.* Ferdinãd. *in exam. Theolog. p.* 3. *cap.* 9. §. 4. Llamas *p.* 1. *cap.* 6. §. 6. Joan. Valer. *in differentijs utriuſque fori, verbo abſolutio, diffic.* 1. Machado *lib.* 1. *p.* 2. *tract.* 5. *docum.* 3. quos omnes refert Gallegus à nobis citatus, & quamplurimi alij recenſiti.

106 Non ſolùm tenent hãc ſententiam ſupradicti Authores, ſed etiam contrariam ſectantes, non modò eam non improbant, imò potiùs illius probabilitatem fatentur, ut patet ex Tambur. *de Bull. cap.* 11. §. 1. qui unam, & alteram perpendens ſententiam, æqualiter probabilem judicat *n.* 8. ibi:

His ita explicatis pronuntio nihilominus, utramque ſententiam eſſe probabilem.

Quo etiam modo procedit Pal. *de Bull. tract.* 24. *diſp. unic. punct.* 8. §. 1. ibi:

Neque reputo improbabilem ſententiam. Henriq. lib. 7. de indulg. cap. 12. num. 4. ac in comment. lit. O. *Emman. Sá* verbo Confeſſor num. 6. in editione genuina, *aſſerentium, cujuslibet Ordinarij, ſivè loci, ſivè pœnitentis, ſivè Confeſſoris approbationem ſufficere: quia nec Bulla, nec Concilium limitarunt. Non eſt igitur à nobis in hoc privilegio, quod latè debet interpretari, limitatio adhibenda.*

Tho-

Thomas Hurtado *resol. Mor. p. 2. tract. 12. de examinat. Synodalib. cap. 1.* ubi tres exponit sentẽtias, & quanvis tertiam sequatur, eam æqualem in probabilitate cum nostra esse affirmat *n. 2056.* in hunc modum

Hæ sunt opiniones in hac perdifficili quæstione à Doctoribus repertæ, & quâ potui claritate, & distinctione relatæ. Quid autem ego sentiam, difficile est explicatu: undique enim cingunt me angustiæ argumẽtorum, sed horum vi æquâ lance perpensâ existimo hanc tertiam sententiam, quæ eadem est cũ prima, efficaciùs probari, & habet Authores graviores, antiquiores, & plures numero, quare illi adhærere quis poterit absque scrupulo.

Numeris verò sequentibus respondet contrariæ sententiæ fundamentis, & *num. 2041.* nostram probabilem fatetur, ibi:

Quare hæc prima sententia dubio procul, est valde probabilis, & tuta in praxi.

Idem fatetur Mend. *de Bulla disp. 22. cap. 4. num. 62.* ubi postquam citat quamplurimos Authores pro nostra sentẽtia, ita ait:

Prima sententia affirmativa saltem ob authoritatẽ extrinsecam censenda est probabilis, & in praxi tuta.

107 Non minùs hoc declarat Aug. Barb. *de potest. Episcop. p. 2. allegat. 25.* qui contrariam amplectens nostram non rejiciẽdam asserit, *num. 34.* ibi: *Contrariam tamen, immò Confessarium approbatum ab Ordinario cujuscumque loci sit, posse confessiones audire illorum, qui virtute Jubilæi, vel alterius privilegij facultatem habent eligendi Confessariũ approbatum ab Ordinario, &c.* Et quamplurimos Authores referens sic concludit: *Ex ea scilicet ratione, quia Bulla non requirit Sacerdotem approbatum ab Ordinario illius loci, sed simpliciter, & in communi requirit Sacerdotem approbatum, quæ verba cùm sint generaliter prolata, generaliter videntur esse intelligenda; igitur hæ opiniones sunt probabiles, prima tutior, & secunda non rejicienda.*

108 Utique etiam Fraſſo *de Reg. Patron. tom. 2. cap. 72.* quanvis contrariam teneat, nostram non improbat sententiam, immò pro illa quamplurimos refert Authores, qui in eo videri possunt *num. 39.* Item Villalob. licèt sectator adversæ opinionis, *tract. 9. de pœnit. difficult. 56. tom. 1.* Immò ferè omnes nobis oppositi, nos saltem probabiliter sentire, diffiteri non audent. Unde cùm nostra sententia, tot, tamq;

graves pro ſe habeat Authores, & favorabilior ſit augmẽto ſubſidij, ad quod Bulla fuit conceſſa, non incongruum erit eam tenêre. Hæc autem ſicut & reliquas lucubrationes noſtras, prudentum cenſuræ libentèr ſubjicimus: libentiùs correctioni S. Matris Eccleſiæ, cui in omnibus, & per omnia nunquam non obedientes erimus.

109 Poſt hæc ſcripta, vidimus Fr. Joann. Ant. Baco ex Auguſtiniana Familia, *in ſumm. de los Precetos del Decalogo* typis data in Matritenſi Civitate anno 1668. *diſput.* 36. *cap.* 10. & eſt 22. A. ibi:

El Confeſſor, que ha de ſer elegido en tiempo de Iubileo, ó por la Bula de la Cruzada, ha de ſer aprobado por el Ordinario? Baſta, que ſea aprobado por algun Ordinario para poder ſer elegido en todo el mundo, *y abſolver de caſos reſervados.*

Vigeſimo-tertiò: Pater Ant. de Quintanadueñas *in lib. caſ. occurrent. en los Iubileos de dos ſemanas, cap.* 19. *n.* 7. ibi:

El Confeſſor aprobado en qualquiera Dieceſi, puede ſer eſcogido para confeſſarſe con el qualquiera de otra Dieceſi, aunque ſea de diſtinta Provincia, ó Reyno; que eſte tal abſolutamẽte es aprobado: y el Pontifice nó lo limita a los aprobados deſta, ó aquella Dieceſi: y el Concilio de Trento, ſeſſ. 23. cap. 15. *ſolo pide para que uno pueda confeſſar, que, ó ſea Parocho, ó eſté aprobado. Afirmalo Henriq.* lib. 3. de Pœnit. cap. 12. num. 4. *diziendo ſer ſentencia de todos los Theologos de la Religion de San Domingo, y San Agoſtin, Medina, Gallo, Bañez, Buſtos, Moya, Sahagun, Palacios, Cordova, doctiſſimos Varones de Salamanca, y otros muchos. Lo miſmo afirman Filiucio* tom. 1. tract. 7. cap. 9. num. 261. *Suar.* de Pœnitentia diſp. 8. dub. 7. n. 53. *Llamas* ſum. p. 1. cap. 6. §. 6. *Portel* dub. Regular. verbo Confeſſor, num. 4. *Ledeſma* ſum. tom. 1. tract. de Pœnit. cap. 13. dub. 7. *Fernandes*, exam. p. 3. cap. 9. §. 8. *Nuñez* 3. p. tom. 2. q. 8. art. 3. dub. 9. *Coninch.* diſp. 8 dub. 7. num. 53. *Reginald.* tom. 2. lib. 6. n. 168. *Ioan. de la Cruz* in Director. *Antonius Gomez*, in Bull. clauſ. 10. n. 8. *Fagund.* Præcept. 2.

cap.

cap.2. num.92. *Bossio* §.7. n. 215. *y otros muchos, yá tratando de semejantes Iubileos*, yá de la Bula, *en que es el mismo privilegio para elegir Confessor.*

PARS TERTIA.

An Regulares approbati ab uno Episcopo absolutè possint vocari à successore ad examen, sintque per Bullam Cruciatæ eligibiles, quin denuò approbentur?

SUMMARIUM.

110 *Regulares approbati ab Ordinario, & vocati à successore ad examen possunt eligi per Bullam citra novam approbationem.*

111 *Episcopus nequit suspendere licentias omnes Regularium unius Conventûs.*

112 *DD. hoc autumantes de Regularibus.*

113 *Sæculares injustè reprobati, si antea fuissent approbati, sunt eligibiles per Bullam.*

114 *DD. asserẽtes Regulares approbatos, licèt postea justè reprobẽtur, esse eligibiles per Bullam.*

115 *Regularis semel approbatus novum examen subire renuens adhuc manet verè semel approbatus.*

116 *Duratio, quæ præterijt, nequit non præterijsse.*

117 *Qui semel fit, nullam recipit divisionem, & unica vice expletur.*

118 *Semel absolutus à reservatis nequit secundò absolvi ex vi ejusdem Bullæ, seu eodem anno, ubi ponitur taxativa* semel.

119 *Particula* semel *respicit quid simul positum.*

120 *Semel licentiatus, est in perpetuum licentiatus.*

121 *Approbatio requisita per Bullam pendet à libera voluntate Pontificis, & n.* 122.

123 *Jurisdictio collata Confessarijs per Bullam electis, est à Põtifice, non ab Episcopis.*

124 *Semel approbatus nequit prout sic iterum reprobari.*

125 *Causa semel approbata, sivè vera, sivè falsa, non retractatur.*

126 *Quod semel placuit, amplius displicere non potest.*

127 *Taxativa* tantùm *excludit non expressa, & est exceptiva; & restrictiva.*

128 *Differentia inter Regulares, & seculares ad approbationem.*

129 *Approbatus excommunicatus toleratus, potest à fidelibus eligi*

in Confessarium.

130 *AA. probantes sentẽtiam Authoris referuntur, transcriptis eorum verbis.*

131 *Approbatio solum durat usq; ad justam revocationem, ut accipiat jurisdictionem ab Episcopo, non autem à privilegio Pontificio habente clausulam unicæ approbationis.*

132 *Perseverantia approbationis ad privilegij usum dependet ex illius dispositione.*

133 *Pontifex in Cruciata solùm cõmittit Ordinario unam approbationem in Regularibus, licèt in hoc per accidens faveat ignorantiæ, & n.* 134.

135 *In Moralibus non est attendẽdus rigor Physicus, secùs cùm aliud à Pontifice disponatur.*

136 *Pontifex per Cruciatam vult in Cõfessario scientiam ab Episcopo judicatam, in Regularibus tamen semel tantùm, & n.* 137.

138 *Privilegium, quod uno actu perficitur, non cessat, cessante causa.*

139 *Privilegium considerans actũ præteritum, irrevocabile est.*

140 *Privilegium consistens in una tantùm actione, est veluti dispẽsatio.*

141 *Privilegium debet habere effectum diversum ab effectu juris communis.*

142 *Quando eligitur Regularis semel approbatus renuens novũ examen subire, non datur ansa peccato, & n.* 143.

144 *Si Regulares ad usum Cruciatæ possent à successore ad examen vocari, non daretur disparitas ad sæculares, & n.* 145.

146 *Ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, & idem de generali intellectu legis generalis.*

147 *Ubi datur eadem ratio, datur eadem dispositio.*

148 *Assignatur paritas congruentiæ ad Episcopum, & ejus successorem respectu Cruciatæ.*

149 *Particula* semel *tam pro eodem, quàm pro successore Episcopo easdem patitur objectiones.*

150. *Lex specialiter loquens, specialiter est intelligẽda, & n.* 151. *Diversitas ejusdem Episcopi, & successoris, attenditur ad privilegia Regularium, non Cruciatæ.* Ibid.

152 *Privilegium Regularis semel approbati, non est ipsius Regularis, sed pœnitentis eligentis.*

153 *Sæculares relinquit Pontifex in Cruciata cum omnimoda subjectione ad Ordinarium, non tamen Regulares.*

154 *Quando dantur duo privilegia distincta, uno revocato, non censetur alterum revocatum.*

155 *Privilegium in vim cõtractûs, & ad Regũ instantiam nequit revocari.*

156 *Licèt in Bulla Hispana, & Lusitana Plumbea æquè inveniatur particula* semel, *non tamen in summario Hispano.*

157 *Particula* approbatus, *solùm respicit tempus præteritum, nedum addita dictione* semel, *& n.* 158.

159 *Ex-*

Digitized by Google

159 *Expenduntur Bullæ Innoc. X. Clem. X. & Pij V. circa approbationes Regularium, remissivè.*

160 *Sententia lata corã Principe, qui de causa non cognovit, nequit habere vim legis.*

161 *Pontifex in decidẽda lite particulari non attendit bonum cõmune, sed particulare.*

162 *Sententia decisiva litis corpori juris inserta nequit errorem continere, secùs non inserta.*

163 *Sententia continens interpretationem juris communis nequit eam accipere à recognoscente superiorem.*

164 *Sententia juri communi conformis, non obligat, stante privilegio illud revocante.*

165 *DD. contrarij exculpantur.*

166 *Adversa opinio sapit damnationem propos. 3. Alex. VIII.*

167 *Innoc. XI. damnavit tenuem probabilitatem, Alex. autem VIII. veram probabilitatem custodivit.*

168 *Probatur resolutio Authoris non esse tenuis probabilitatis. Urban. VIII. & Clem. X. voluêre nunquam infringi privilegia Cruciatæ.* Ibid.

169 *Refertur sentẽtia Sacræ Cõgregationis adversùs Archiepiscopum Elborensem, de subjecta materia.*

170 *Afferuntur plures decisiones in præsenti casu.*

171 *Improbatur Bossius sentẽtiam A. probans in foro Poli, non in foro fori.*

Operanti probabiliter Ecclesia confert jurisdictionem. Ibid.

Quando datur opinio probabilis ex parte subditi, potest non obedire superiori. Ibid.

172 *Operans probabiliter non cõmittit culpam, & ubi non datur culpa, non infligenda est pœna.*

173 *Moniales possunt eligere approbatum ab Ordinario, licèt non sit ad eas determinatus. Episcopus potest Confessarium electum coercêre, deprehendens scandalum ex tali electione oriturum.* Ibid.

Non tamen omnes in præjudicium Cruciatæ. Ibid.

174 *Exculpatur aliàs Bossius distinguens plures casus.*

110 EGimus in prima parte de approbatione requisitâ quoad Oratoria à proprio Ordinario facienda. In secunda verò decidimus quoad confessiones audiẽdas, sufficere approbationem à quocumque Ordinario: restat inspicere, an Regulares approbati ab uno Episcopo absolutè, vocatique per successorem ad novam approbationem, & examen, possint per Bullã eligi ad confessiones audiendas, quin novum subeant examen, novamque approbationem obtineant? In qua quidem quæstione præscindimus à Regularium privilegijs, sermo namque tantùm erit de Bullæ Cruciatæ privilegio, quo inspecto firmissimè, & tanquàm probabiliùs tenemus, posse tales Regulares eligi

gi ad conſcientias expiandas.

111 Sed primò ſciendum eſt omnes Confeſſarios Regulares unius Conventûs non poſſe ſimùl ab Epiſcopo ſuſpendi, neque reprobari inconſultâ Sede Apoſtolica; quia ita decrevit Clemens Papa X. in conſtitutione *Superna*, & olim jam ſæpè deciſum fuerat apud DD. ut tenet Nog. *de Bull. diſp.* 14. *ſect.* 24. *n.* 239. qui addit hoc procedere, etiamſi putet Epiſcopus ſe urgētiſſimam cauſam habere.

112 De hac materia quoad Regularium privilegia pertractant Delbene *tom.* 1. *de immunit. Eccleſ. cap.* 14. *dub.* 19. *ſect.* 18. *n.* 24. & 25. Averſa *de pœnit. q.* 16. *ſect.* 6. Tambur. *de pœnit. lib.* 5. *cap.* 5. §. 4. *num.* 52. alter Tambur. *de jur. Abbat. tom.* 2. *diſp.* 6. *q.* 12. *num.* 7. Paſqualig. *de Jubil. quæſt.* 193. *num.* 5. Ant. à Spirit. Sanct. *tract.* 5. *d.* 13. *ſect.* 1. Corell. *pract. tract.* 17. *prop.* 33. *num.* 87. *& in ſum. tract.* 7. *conſ.* 10. §. 2. *num.* 569 cum Suar. Coninch. Boſſ. & alijs, Epiſcopus Araujo *de ſtat. Eccleſ. tract.* 1. *quæſt.* 8. *num.* 16. *verſ. videndum autem.* Qui omnes tenent Epiſcopū ſucceſſorem non poſſe reprobare Regulares examinatos, & approbatos abſolutè ab anteceſſore. Idemque fateri tenentur omnes à nobis citati, aſſerentes poſſe per Bullam eligi approbatum à quocumque Epiſcopo.

113 De ſęcularibus verò injuſtè reprobatis, quòd ſint eligibiles per Bullam agunt Leādr. *de Sacram. quæſt.* 72. & 86. Acoſta *quæſt.* 40. Fag. *lib.* 7. *cap.* 2. *n.* 63. Peres *de pœnit. diſp.* 51. *ſect.* 9. *num.* 5. & 7. *& in Exam. Epiſcop. tract.* 2. *quæſt.* 3. *ſect.* 2. *diffic.* 13. *num.* 87. Pal. *tract.* 23. *p.* 18. §. 4. *n.* 6. Ant. à Spir. Sanct. *tract.* 5. *d.* 13. *ſect.* 21. Ant. à Cruce apud Buzemb. *lib.* 8. *dub.* 14. *art.* 1. *cap.* 1. *num.* 6. Corell. *pract. tract.* 17. *prop.* 13. *num.* 87. *& in ſum. p.* 2. *tract.* 7. *conſ.* 10. §. 2. *num.* 569. Paſqualig. *dec. mor. tom.* 2. *dec.* 142. *& de Jubil. q.* 193. *num.* 5. Dian. *tom.* 4. *tract.* 3. *reſol.* 23. *& in ſum. verb. Confeſſarius num.* 22. Franc. à Jeſu Maria *Curſ. Theol. mor. p.* 1. *tract.* 6. *cap.* 11. *p.* 7. *num.* 107. Laurent. Soar. *Epit. mor. verb. Confeſſarius num.* 24. Bened. Per. *tom.* 2. *tract.* 41. *ſect.* 3. *num.* 1414. Barb. *de poteſt. Epiſcop. p.* 2. *alleg.* 25. *num.* 57. Delben. *de Imm. tom.* 1. *cap.* 14. *dub.* 18. *ſect.* 11. *n.* 14. *& ſect.* 12. *num.* 2. *&* 18. *n.* 24. Lezan. *tom.* 1. *cap.* 19. *num.* 9. Filliuc. *tom.* 1. *tract.* 7. *cap.* 9. *n.* 267. Soar. *in* 3. *p. tom.* 4. *d.* 28. *ſect.* 8. *dub.* 7. Lugo *d.* 21. *ſect.* 3. *num.* 53. Eſcob. *lib.* 7. *ſect.* 2. *prob.* 26. Tambur. *lib.* 6. *de pœnit. cap.* 5. §. 4. *n.* 47. Bard. *tract.* 5. *cap.* 1. *ſect.* 6. & alij: de quibus tamen ſæcularibus pro nūc ſermo non eſt, cùm tantùm agamus de Regularibus ſemèl approbatis, an eligi poſſint per Bullam; quanvis Epiſcopus ſucceſſor eos ad novam approbationem obtinendam compellat quin veniant ad examen?

114 Eli-

114 Eligibiles eſſe per Bullam Regulares approbatos abſolutè ab uno Epiſcopo, quanvis non ſint à ſucceſſore approbati, tenent expreſsè Caſtr. Pal. *de Bull. p. 7. §. 1. num. 4.* Ramos *de Bull. cap. 9. num. 7.* Benedict. Per. *in prompt. mor. tom. 2. tract. 41. ſect. 3. q. 1. dub. 4. verſ. illud*, & alij citandi *num. 130.* qui omnes defendunt Regularem approbatum, quanvis poſtea juſtè reprobetur, eſſe per Bullam eligibilem.

115 Probatur 1. hæc noſtra ſententia: quia ille Regularis, qui fuit abſolutè approbatus, quanvis poſtea ſit ad examen vocatus, & ire renuat, adhuc de eo verificatur, quòd ſemèl fuerit approbatus: atquî Cruciatæ privilegium ſolùm requirit, quòd ſemèl ſit approbatus ille, qui electus fuerit: ergò nulla datur ratio ad hoc, ut non ſit eligibilis.

116 Probatur maior: quia, ut defendit Soar. Luſitan. *in libris de anima tract. 5. diſp. 1. ſect. 6. num. 54.* verum eſt hodie dicere, quòd Adamus fuit; quem modum loquendi aſſerit cõmunem, & valdè uſitatum in Divinis literis, & ab Eccleſia uſurpatum: ergò de hoc ſemel approbato adhuc verificatur, quòd ſemèl fuerit approbatus: neque ex hoc ſequitur, durationem ſemèl prẽteritam poſſe iterùm etiam Divinitùs redire ſecundùm tẽpus, quod dicit in obliquo, de quo idem Soar. *in Metb. tract. 7. d. 2. ſect. 1. §. 7.* ſed quòd duratio, quæ præterijt, non poſſit non præterijſſe; ſuppoſito enim, quòd præterijt, & præceſſit, impoſſibile eſt non prẽterijſſe, & prẽceſſiſſe, alitèr manifeſta daretur implicatio.

117 Probatur 2. noſtra ſententia: quia in Bulla invenitur particula *ſemèl*; atquî hęc particula de unico actu eſt intelligenda, quia quòd ſemèl fit, nullam reſpicit diviſionem, & unicâ vice expletur, *L. ſi ita fuerit ff. manumiſſ. teſtam.* ergò ſecundus actus non eſt attendendus: atquî illa ſecunda approbatio eſt actus ſecundus, & ſupponit primum: ergò non ad illum, ſed ad primum debet Cruciatæ privilegium collimare, proindeq; cùm fuiſſet validus, validè poteſt per Cruciatam exerceri.

118 Patet hoc ex eâdem Bullâ Cruciatâ; nam bis utitur Pontifex particulâ *ſemèl*: primò, quando diſponit, quòd quis abſolvi poſſit à reſervatis ſemèl in vita, & ſemèl in morte: ſecundò, quando agit de approbatione Confeſſarij: atquî abſolutus à reſervatis ſemèl in vita, non poteſt eodem anno, virtute Bullæ, ſecundò abſolvi, ut tenent omnes Bullæ Expoſitores, cũ Mend. *diſp. 27.* Bard. *tract. 6. cap. 1. ſect. 1.* Nog. *diſp. 15. ſect. 7. num. 89.* ex eo, quia particula *ſemèl* unam tantùm inducit cõfeſſionem: ergò cùm in uno, & alio caſu eadem detur particula, dicendum eſt

eſt ſufficere unam tantùm approbationem, non enim poteſt eadem particula diverſo jure ſumi, quia ſicut reſtringitur ad unã abſolutionem, etiam debet reſtringi ad unam approbationem tantùm.

119 Probatur 3. quia illud *ſemèl* reſpicit quid ſimùl poſitũ; per illud enim approbatio perficitur: atquî cùm *ſemèl* reſpiciat ſimultaneitatem, nequit anteà, & poſteà admittere, *L. ſi libertus 16. §. ſi quis palam ff. de jur. patron.* ergò particula *ſemèl* in Cruciatâ expreſſa quoad approbationem Regularium, non debet poſteriorem approbationem expectare.

120 Idque explicatur in habente gradum, ut vocant, licentiaturæ; quia ſemèl licentiatus, videtur in perpetuum licentiatus, ut exponit Bald. *in L. ſi quando, Cod. de teſtam.* Alia exempla de excomunicato, & ad Doctoratum promoto refert Reginald. *in praxi lib. 1. de requiſit. in confeſſ. legit. quæſt. 1 num. 188. in fin.* atquî ſemèl approbatus ſemèl licẽtiam habuit, ut à fidelibus per Cruciatam eligeretur: ergò non poteſt haberi pro non approbato ad eam electionem.

121 Argues tamen ex Bard. *de Bull. p. 2. tract. 3. cap. 1. ſect. 4. num. 74.* qui aſſerit in his, quæ pertinent ad jus poſitivum, & dependent à libera voluntate ſuperioris, non valere argumentum ex uno ſimili ad aliud, ut patet in cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, & etiam in pœnis impoſitis à Judicibus tẽporalibus, quæ ſæpè incutiuntur huic delicto, & non alteri etiam ſimili, & interdùm graviori; ſic in propoſito, cùm approbatio requiſita per Bullam dependeat à libera diſpoſitione Pontificis, ipſeq; decreverit, ut talis approbatio tãtùm vigeat durante ſubjectione Cõfeſſarij approbati ad Epiſcopum, ut hic nimirùm notitiam habeat de habilitate eorum, quibus committere debet regimen ſpirituale ſuarum ovium, præſertim in Sacramento Pœnitentiæ; índe patet diſparitas inter approbationem requiſitam in Miniſtro hujus Sacramenti, & approbationẽ requiſitam in artibus, & ſcientijs, quæ exeunt in actum externum; nam habilitas in his eſt omnibus patens, & nequit manere in occulto, ſi homines in artibus ſe exerceant: habilitas verò Confeſſarij ad exercitium dumtaxàt hujus Sacramenti eſt occulta, & ſecreta, neque poteſt ita facilè innoteſcere Prælatis; proindeque valdè cõgruum fuit, ut per examen ſit manifeſta; Pontificis namque voluntas ex rationibus colligitur: ergò, &c.

122 Reſpondeo in primis, retorquendo argumentum: ex eo namque, quòd approbatio requiſita per Bullam pendeat à voluntate Pontificis, ut in argumen-

mento conceditur ; conſtetque ex verbis claris, & expreſſis, Pōtificē velle in Regularibus unam tantùm approbationem per particulam *ſemèl*, & taxativam *tantùm* conjunctim poſitas, quę inducunt claram, & genuinam Pōtificis voluntatem , minimè recurrere poſſumus ad conjecturas , neque ad rationes Philoſophicas, quæ in claris, & expreſſis locum non obtinēt , ut eſt notū in jure : ergò cùm Pontifex exprimat in Regularibus requiri , quòd ſemèl ſint approbati , nil ampliùs inquirendum eſt, neque neceſſaria eſt nova , & ſecunda approbatio ; eſſet namque contra Pontificis mentem ire.

123 Deinde diſparitatis ratio non concludit ; quia ſicut ſcientia in Confeſſarijs eſt occulta, ita etiam in Doctoribus , neque enim ſcientia agnoſcitur ex actibus internis, ſed externis, & ſicut in Confeſſario , ita in Doctore exprimi debet per actus externos; deinde Epiſcopus non eſt, qui juriſdictionē præſtat per Bullam, ſed Pontifex , qui virtute Bullæ eam confert Confeſſario electo à pœnitente , cui Pontifex concedit , ut eam conferat Confeſſario , & cùm pœnitens ſit Pontificis ovis, (qui Paſtor eſt univerſalis fidelium) nullum irrogatur præjudicium Epiſcopo , cùm Pontifex virtute Bullæ , ſic ut poteſt , facultatem concedat cum una ſemèl tantùm approbatione : quo ſuppoſito, parùm nobis obſtat allata diſparitas.

124 Probatur 4. quia ſemèl approbatus nequit, prout ſic, iterùm reprobari , nec invalidari. Gloſ. & Bart. *in L. Pomponius* 9. *col.* 4. *verſ. ex hoc verùm habes ff. de negot. geſt. & in L. in commodato §. ſicut , ff. commod. & in L. diſpēſatorem, de ſolut.* Oldrad. *conſ.* 18. & alij cum Ant. Fab. *lib.* 4. *conject. cap.* 10. *per totum* ; atquî iſte jam eſt approbatus : ergò nequit iterum reprobari.

125 Probatur 5. argumento *text. in §. ſimul inſt. quib. ex cauſ. manum.* ubi præcipit Juſtinianus , cauſam ſemèl approbatam, ſivè vera, ſivè falſa ſit , non retractari: & *gloſ. ibi*, & Pichard. exponit in favorem libertatis: atquî privilegia Cruciatæ ſunt expedita in favorem animarum, Fidei exaltandæ , Religionisque Catholicæ propugnādæ, atque in favorem libertatis , ne ſcilicèt Chriſtiani in Maurorum crudelitatem incidant : ergò legitimæ approbatio ſemèl Regularibus per Cruciatam indulta , non poteſt reiterari.

126 Probatur 6. ex vulgari illo axiomate , Quod ſemèl placuit, ampliùs diſplicêre non poterit ; & approbatus ſemèl , non poteſt ampliùs approbari , ſivè expreſsè , ſivè tacitè approbatus proponatur , ut cum multis Barboſ. *axiom.* 31. *num.* 3. & 4. & *axiom.* 203.

127 Probatur 7. quia Bulla Cruciatæ non ſolùm habet par-

ticulam illam *semèl*, sed simul dictionem *tantùm*: atquî dictio *tantùm* est taxativa, quæ includit expressum, reliqua verò excludit, & impedit intentionem ad non expressa, estque exceptiva, limitat, & restringit, aliosque habet effectus ad intentum, de quibus plurima Barbos. *dict.* 402. ergò de una tantùm approbatione, non verò de secunda, & deinceps loquitur Pōtifex, ut Regularis eligi possit.

128 Probatur 8. quia Pontifex in Bulla æqualitèr in Regularibus, & sęcularibus Confessarijs requirit approbationem Ordinarij, sed cum illa distinctione, quòd Regulares sint semèl tantùm approbati: atquî si in Regularibus necessaria esset nova approbatio ab Episcopo successore, nulla daretur differentia inter illos, & sæculares Confessarios, cùm tamen exceptio firmet regulam in contrarium: ergò cùm Pontifex à regula excipiat Regulares, & differentiam constituat inter unos, & alios, dicendum est in Regularibus sufficere unam approbationem, quanvis in sæcularibus possint plures dari, illique ad examen vocari à successore: alitèr enim superflua, inanis, & supervacanea esset distinctio à Pontifice disposita, quod jus non patitur; quia in Pontificijs Diplomatibus non dantur superflua, & quælibet syllaba suum debet habere effectum, ut sæpènumero diximus.

129 Probatur 9. nam approbatus excommunicatus toleratus, licèt justè excommunicatus, potest à fidelibus eligi in Confessarium, ei quippe in Extravaganti *Ad evitanda scandala* concessa est facultas, secundum probabiliorem sententiam, de quâ Sanch. *lib* 7. *de matrim. disput.* 9. *num.* 8. Pal. *de cens. disp.* 2. *p.* 5. *num.* 5. Ramon. *Cartilla, y explicacion de los rudimētos de la Theolog. mor. tract.* 2. *cap.* 4. *de pœnit. num.* 73. ex ea ratione, quia non deperdit jurisdictionem: ergò etiam Regularis semèl approbatus, licèt postea vocatus ad examen, poterit eligi à fidelibus, quia Cruciata ei hanc facultatē concedit præcedēte unâ approbatione per particulam *semèl* manifestata, quam semèl obtentam non deperdit.

130 His, & alijs fundamentis omissis, hanc nostram sententiam tenent Pal. *de Bull. p.* 8. §. 1. *num.* 4. ibi:

Illud adverto, Regulares semèl approbatos in unico Episcopatu, eligi posse virtute Bullæ in illo Episcopatu, sivè justè, sivè injustè approbatio revocetur: quia Bulla Latina sic habet: Quoad Regulares sufficiat, quòd talis Confessor fuerit semèl approbatus: *& notavit Roderic.* §. 9. n. 31. & 32.

Benedict. Per. *tract.* 41. *de pœnit. sect.* 3.

Digitized by Google

ſect. 3. *q.* 1. *dub.* 4. *num.* 1415. *verſ. Illud*, qui eadem penè verba refert, Ramos *de Bull. cap.* 9. *pag.* 82. *num.* 7. ibi:

Septima concluſion: Para que el Sacerdote Regular pueda ſer eligido por la Bula, baſta que una vez aya ſido aprobado legitimamente: de ſuerte que el tal podrá en qualquiera Dieceſi ſer eligido. Eſta concluſion es de Ybañes dub. 14. art. 1. num. 8. *y de Mend. y la enſeña Gall.* dub. 102. *y cita por ella muchos DD. y el fundamento es; porque en la Bula Latina ſe hallan las ſiguientes palabras:* Quoad Regulares ſufficiat, quòd talis Confeſſor fuerit ſemel approbatus. *Y quieren dezir: en quanto a los Regulares baſta que el tal Confeſſor aya ſido una vez aprobado: y en las dichas palabras cabe nueſtra concluſion ſingularmente, aviendoſe de interpretar latamente, por ſer privilegio favorable eſte de la Bula.*

Preguntará alguno, ſi la dicha concluſion ſe entiende, aunque la aprobacion que tenia el Regular aya ceſſado, y aunque eſté revocada. Y parece que los DD. citados comprehenden tãbien eſte caſo, porque no lo excluyen: y ſe confirma; porque las palabras de la Bula ſobredichas nó han de ſer ſuperfluas, y parece que lo ſerian, ſi el Regular, que ſe ha de eligir por la Bula, huvieſſe de eſtar actualmente aprobado, y nó baſtaſſe el averlo eſtado alguna vez; porque el Sacerdote que actual, y legitimamente eſtá aprobado, eligible es por la Bula en qualquier parte donde ella corre, a lo menos ſegun opinion arto probable, como ſe puede ver em Tamburin. de pœnit. lib. 5. cap. 5. §. 4. n. 13. *donde cita muchos DD. y eſtan por ella los DD. citados por la primera concluſion, que dezian baſtar la aprobacion del Ordinario del lugar del Confeſſor, ó del penitente: luego para que las palabras referidas de la Bula dirigidas a ſolos los Sacerdotes Regulares tengan effecto, ſe ha de dezir, que baſta el aver eſtado alguna vez aprobados, para poder ſer eligidos en virtud de la Bula, aunque al tiempo que ſon eligidos, nó eſtén aprobados. Y ſe confirma aun más; porque Caſtro Pal.* en el tratado de la Bula, part. 8. §. 1. num. 4. *fundado en eſſa razon, dize,*

dize, que el Reglar aprobado en un Obiſpado, al qual ſe le revocó la licencia juſta, ó injuſtamẽte, puede ſer eligido por la Bula en aquel Obiſpado, porque la Bula Latina dize: Quoad Regulares ſufficiat, quòd talis Confeſſor fuerit ſemèl approbatus: *y Gallego citado defiende con muchas razones, y DD. eſta doctrina.*

Gallego *cap. 9. clauſ. 9. dub.* 102. *pag.* 84. *verſ.* ibi:

Reſpondo pues, que entre los grandes privilegios, y conceſſiones, que dá la Bula de la Cruzada, es la clauſula de poder eligir Confeſſor los que la tienen. Eſte privilegio en la Bula Latina, que comũmente llaman la Plumbea, la qual concedió Gregor. XIII. año de 1573. *y deſpues fue prorogada, ó concedida por Clemente VIII. año* 1603. *y por Paulo V. anno* 1605. *y aora nuevamente eſte año eſtá concedida por N. M.S. P. Urbano VIII. con las miſmas clauſulas que la de Gregorio XIII. dize anſi en el articulo de poder eligir Confeſſor:* Conceditur, ut poſsint eligère Cõfeſſorem ſæcularem, vel quẽcumque etiam Mendicãtium Regularem ex ijs, qui ab Ordinario, & quo ad Regulares ſemèl tãtùm, approbati fuerint.

De la qual clauſula coligen comũmente los DD. (y con ſolido fundamento) que para poder ſer eligido por la Bula un Religioſo para Confeſſor, nó es neceſſario que ſea examinado de nuevo por el Ordinario, ſinó baſta que lo aya ſido una vez, aunque ſe haga general revocacion de las licencias de cõfeſſar, como nó ſea que algun Religioſo en particular le priven poſitivamente, y reprueben por inſuficiente, ó indigno de la aprobacion que tenia.

Eſta nueſtra reſolucion ſe tiene por cierta en la eſcuela de los Tomiſtas. Tienela el M. Ledeſma tract. de pœnit. c. 13. cerca del cap. acerca de los privilegios de los Mendicantes §. la primera difficultad, y §. A eſta duda; *el M. Fr. Luis Lopes* in 2. part. inſtructorij, tract. de Clavib. cap. 8. ad ſecũdũ, *Fr. Iuan de la Cruz* en el Epitom. de ſtat. Relig. lib. 2. c. 6. dub. 5. concl. 2. §. 5.

eſto

esto es en la quinta prueba de la conclusion.

Tienen tambien por cierta esta resolucion de los Tomistas otros graviſſimos, y celebrados Autores, el Padre Gabriel Vaſques, tom.4. de pœnit. q. 93. art. 3. dub. 5. *Manuel Rodrig.* de la Bula §.9.n.31. *Anton. Gom.* ſobre la Bula clauſ. 8. num.10. §. in qua quæſtione, *Vivald.* in Cãdelabro aureo 1. p. de abſolut. fol.mihi 122. *el qual añade, que vió una declaracion de los Eminentiſſimos Cardenales del año de 1587. en el mez de Junio, donde ſe dize, que por virtud de la Bula de la Cruzada podia ſer eligido el Religioſo una vez aprobado, y refiere eſta declaracion Manuel Rodrig.* tom. 1. de las qq. Regular. en la q.59. *la miſma resolucion tiene Pedro Ochagavia* tract. 2. de Confeſſ. Sacram. q.40. §.quæret aliquis. *El Padre Henriq.* lib.7. de Indulg. cap.12. §. 4. *dõde prueba nó ſer neceſſario que eſté el Religioſo aprobado por el Obiſpo donde oye confeſſiones por virtud de la Bula, porque la Bula Latina dize, que* quoad Regulares ſufficit ſemèl eſſe approbatos, *y por eſta ſentencia cita a Mancio, Gallo, Medina, Bañez, todos quatro Cathedraticos de Prima de Salamanca de nueſtra Orden de Predicadores; cita tambien Hẽriquez de los Iuriſtas, a Moya, Navarro el menor, Buſtos, Sahagun, Corduba, Palacios tiene tambien nueſtra reſolucion Villalob.* tract.9.de pœnit.diffic.56.

El principal fundamento de nueſtra doctrina ſon las palabras dichas de la Bula Plũbea, ó Latina, y para ſacar la raiz de la inteligẽcia dellas, ſuponemos, que el dezir del Pontifice: Quoad Regulares ſemèl tantùm approbati: *lo qual no dize de los demás Confeſſores, es poner diferencia entre los Religioſos, y los demás, y ſignificar algo particular en ellos, que los demás no tienen, lo qual es manifieſto de las miſmas palabras, pues a ſolos los Religioſos ſe aplican: ſupueſto eſto, eſta particula,* Quoad Regulares ſemèl tantùm approbati, *ſe puede interpretar de dós maneras. La una, que eſta particula ſe entiende reſpeto de los lugares, que baſte*

Digitized by Google

que en un ſolo lugar le ayan aprobado al Religioſo para que pueda confeſſar en qualquier otro. Pongo por exemplo, ſi eſtá un Religioſo ſemèl *aprobado en el Arçobiſpado de Toledo, le pueden eligir por virtud de la Bula fuera del miſmo Arçobiſpado; peró es meneſter, que dure la aprobacion, porque ſi eſta una vez ſe revoca, no ſerá juzgado por aprovado, de ſuerte que conforme a eſte ſentido, el* ſemèl approbatus, *es dezir, que baſta una aprobacion para todos los lugares, peró no para todos los tiempos, porque ſi ſe revoca la tal aprobacion, de ahi adelante no aprovechará.*

La ſegunda manera de entẽder, es más comun, que el, ſemèl approbatus, *ſe entiende para todo el tiẽpo, de ſuerte que no ſolo ſea* ſempèr, *ſed etiam* ubique, *en orden a ſer el Religioſo eligible por la Bula; deſuerte que el* ſemèl approbatus, *ſi ſe entiende reſpeto de los lugares, como por lo menos ſe ha de entender, tambien ſe ha de entender reſpeto de todos tiempos, aunque no dure la aprobacion actualmente, ſinó que eſtè revocada. La razon es; porque el que eſtá* ſemèl approbatus *en un Obiſpado, aquella aprobacion no le haze aprobado fuera del miſmo Obiſpado; aliàs, un Obiſpo pudiera aprobar a uno para toda la Igleſia, deſuerte que en ſaliendo dél, es como ſinó tuviera aprobacion ninguna para confeſſar en otro Obiſpado: luego ſi por virtud de la Bula puede ſer elegido en èl, ſiendo aprobado en otro, aunque allá en el Obiſpado adonde fuè aprobado el Religioſo, ſe haga general revocacion de las licencias de confeſſar, nó obſtante eſſo, adhuc podrá cõtinuar el ſer elegido por la Bula en el Obiſpado, donde nunca fuè aprobado. La conſequencia es manifieſta; porque revocarſe la licẽcia en el Obiſpado dõde la tenia, no le importava nada para el Obiſpado ageno, donde nunca ha ſido aprobado, pues para alli, aunque no ſe revocaßen las licẽcias, y aprobaciones, el no tenia ninguna, y anſi lo miſmo es que ſe la quiten, ó que ſe la dexen para en quanto juzgarſe por aprobado para aquel Obiſpado: luego puede ſer alli eligido nó obſtãte la revocacion de la aprobacion, que tenia en el otro Obiſpado, y por el conſiguiente yá avemos*

mos de confeſſar, que ſi el ſemèl approbatus *ſe entiende para poder ſer eligido el Religioſo en otros Obiſpados ; tambien ſe ha de entender para que pueda ſer eligido en todo tiempo , aunque yá eſté revocada la licencia , y ſi revocada ella puede ſer eligido en otro Obiſpado , porq̃ no lo podrá ſer en el miſmo donde ſe la revocaron?*

Y ſi alguno dixere , que eſta razon parece que corre tambien reſpeto de aquel , a quien han privado por demeritos , ó inſuficiencia de la aprobacion , que tenia, pues tambien deſte ſe verifica que ſemèl fuit approbatus: *y cõ todo no podemos dezir puede ſer eligible por la Cruzada. A eſto ſe reſponde, que es muy grande la diferencia en eſte caſo , ó quando ſolamente ſe haze revocacion general de las licencias , y los Religioſos no ſe buelvan a examinar, porque en el caſo del argumento, aunque es verdad , que aquel fue* ſemèl approbatus, *una vez aprobado , peró ſi le privan de la aprobacion, y le juzgan por inſuficiẽte, y nó idoneo , nó ſolamente el* ſemèl approbatus , *ſinó poſitivè* reprobatus ; *por eſta reprobacion queda impedido para exercer el miniſterio de la Cõfeſsion, y incapaz del privilegio, y juriſdicion del Pontifice, que ſe dá por la Bula, porque es poſitivamente indigno, y reprobado.*

Peró el ſuſpender la licencia del Obiſpo, no haze a uno incapaz de juriſdicion , y autoridad del Papa, pues no queda por eſſo reprobado, y juzgado por nó idoneo : y anſi puede durar la facultad del Pontifice que dá por la Bula, quitada la del Obiſpo.

Corell. *in ſum. Theol.mor. tract. 7. de Sacram. Pœnit. confer.* 10. §. 2. *n.* 571. & 572. qui mentionem facit de Clementis X. Bullâ *Supernâ*, & ita ait :

Num. 571. *Concluſion* 10. *La aprobacion, que el Obiſpo dió a los Regulares, no puede ſu ſucceſſor revocarla univerſalmente, reſpeto de todos , ſuſpendiendoles las licencias, y llamandoles a nuevo examen : aſſi lo tiene Vazquez* in p. 3. tom. 4. q. 93. art. 3. dub. 5. n. 3. & 4. *Villalob.* tom. 1. tract. 9. diffic. 53. num. 5. *y con Henriq. Soto, Iuan de la Cruz, Dicaſtillo , y otros , Anton. del Spirit. Sanct.* ibid. ſect. 12. n. 891.

con

Digitized by Google

con Carranz. y otros Leandr. q. 91. *Torrecill.* en la ſum. tom. 2. tract. 4. diſp. 3. cap. 3. n. 26. *y* en el Examen del Obiſp. pag. 311. num. 81. *y con una congregacion de Prelados Salmanticenſes, y otros, tiene lo miſmo el R. P. Fr. Manuel de la Concepcion* de pœnit. diſp. 6. q. 15. num. 940. *Lo primero ſe prueba con la Clementina* Dudum: *lo ſegundo con la Extravagante* Inter cunctas, de privilegijs: *lo tercero con una declaracion de Cardenales que refiere Barb.* de poteſt. Epiſc. alleg. 25. n. 35. *lo quarto, porque, ni el Concilio Tridentino, ni algun otro derecho ordena que los Regulares aprobados una vez por el Obiſpo, ſean ſin cauſa juſta por el ſucceſſor ſuſpenſos, y bueltos a examinar: luego no es razon conceder; eſta facultad a los Obiſpos contra el derecho comun de la Clementina* Dudum, *y otros privilegios. Lo contrario tienen algunos Doctores fundados en el motu proprio de Pio V. peró eſte fue revocado en quanto a eſto por Gregorio XIII. en la Bula*, In tãta negotiorum, *como con Navarro, y otros lo notó Ant. del Eſpir. Sanct.* ſupr. *n.* 892. *Ni tan poco obſta cõtra nueſtra concluſion el Breve de Clem. X.* Superna Magni Patris, *como lo notó F. Manuel de la Concepcion* ſupr. q. 16. num. 979. *De aqui es, que ni el capitulo Sede-vacante puede ſuſpender, y revocar las licencias de los Regulares generalmente, como lo tienen los referidos Autores, yamás de eſſos Fagund. y Mirand. que cita, y ſigue Dian.* p. 3. tract. 2. reſol. 27. in fine, *y otros.*

Num. 572. *He dicho en la concluſion de los Regulares*, generalmente; *porque a uno, y otro Regular bien puede el Obiſpo ſuſpenderle la licencia, y llamarlo a nuevo examen, aviendo cauſa juſta, que pertenezca a la miſma confeſsion, como de ignorancia, fraccion de ſigilo, &c. aſſi lo tiene Villalob. ſuprà, y con otros Ant. del Eſpir. Sanct.* ibidem, *Leandr.* ead. q. 91. *y otros. He dicho tambien*, el Obiſpo ſuceſſor; *porque del miſmo Obiſpo, que concedió a los Regulares la aprobacion, aun es más comun, que nó puede en general revocarles, y ſuſpenderles las licencias de confeſſar;*

y lo

Digitized

y lo tienen demás de los Autores referidos el Caſpenſ. ubi ſupr. ſect. 9. num. 71. *Baſſeo* verbo Confeſſarius 3. n. 18. *Vival, Prepoſito, Thom. Hurtad. el Barbaſtrenſe, y otros que cita, y ſigue Ant. del Eſpir. Sanct.* ead. ſect. 10. n. 889. *por las razones dichas en el numero antecedente.*

Galleg. doctrinam expreſsè ſequitur P. Moya *tom.* 1. *de Sacram. Pœnit. tract.* 3. *diſp.* 7. *q.* 2. *num.* 27. ubi reſpondet Bullis Innoc. X. & Clem. X. & *num.* 28. ita ait:

Addit M. Galleg. ex verbis Cruciatæ ſuprà ſcriptis, idem procedere, licèt in Diœceſi, ubi Regularis ſemèl fuit approbatus, revocatæ fuerint generaliter approbationes.

Marchanc. *tom.* 3. *reſol. reg. caſ.* 10. *reſponſo ad* 3. ubi objectionibus ſatisfacit, occurritque Epiſcoporum conſcientiæ, conſilium præſtando in hunc modum:

Reſpondeo, ubi non eſt querimonia, vel realis cauſa dubitãdi, debet deponere dubium, non enim tam urgetur conſcientia, quàm ſuperfluo, & parùm charitativo timore; tenetur enim benè opinari de diligentia, & vigilantia prædeceſſorum, ac idoneitate perſonarum, quàndiu ei aliter non conſtat. Si verò querimoniæ reales fiant, aut occurrat legitima ratio dubitandi de alicujus approbati idoneitate, poteſt cum ejus ſuperiore agere, ut prudenter ab illo, vel ab alijs, ejus commiſsione, idoneitas perſonæ tentetur, & inquiratur, ac de competenti remedio provideatur.

Epiſcopus Arauxo *de ſtat. Eccleſ. tract.* 1. *quæſt.* 8. *ſect.* 3. *aſſert.* 2. *n.* 12. ubi expreſsè agit de Bullâ Cruciatâ, & *num.* 16. *verſ. Videndum*, ita ait:

Videndum autem eſt, utrùm Regularibus ſufficiat unica licẽtia, & approbatio, ita ut illa obtentâ ſemèl à ſui loci Ordinario, non poſsint à ſucceſſore ejuſdem loci ſuſpendi, aut impediri ab officio concionandi, atque audiẽdi ſæcularium confeſsiones, niſi novum coram illo ſubeant examen. Et quidem in hoc puncto tenenda eſt pars affirmativa, cui non obſtant ſupradicta loca Cõcilij, Bullæ, & Cardinalium declarationes. Quòd per ſingula

ſic

ſic declaro. In primis, loca Concilij non obſtant, quoniam ex illis tantùm licet colligere, non poſſe Regulares in hoc ſtatu poſt Concilium audire ſæcularium confeſsiones, ſine Ordinarij licentiâ, & approbatione, & quoad hoc eorum privilegia antiqua, eſſe revocata. Verumtamen non licet ex eis deducere, quòd illis non ſufficiat unica licentia, & approbatio ſemèl obtenta ab Ordinario loci, aut quòd hæc poſsit per ſucceſſorem in eâdem Diœceſi ſuſpendi, aut revocari.

Objectionibusq; contrarijs ſatis reſpondet; vide Sylvam *de Bull. diſp.* 3. *art.* 7. *n.* 3. ubi, & ſeqq. nn. reſpondet Clementis X. Bullæ.

131 Contra noſtrã ſententiã ſic objicitur 1. Approbatio ſolũ durat uſque ad licitam, & juſtam revocationem: ſed Cruciata requirit veram approbationem: ergò poteſt Epiſcopus ſucceſſor Regulares ad examen vocare, ut cognoſcere valeat, medio examine, de eorum idoneitate. Reſpondeo diſtinguendo maiorem; approbatio ſolùm durat uſque ad revocationem, ut approbatus accipiat juriſdictionem ab Epiſcopo, vel ab aliquo privilegio nõ habente clauſulam unam, dumtaxat, approbationem requirentem, concedo maiorem ut accipiat juriſdictionem à Cruciata, quæ eam clauſulam importat, nego maiorem.

132 Inſtabis: perſeverantia approbationis non dependet à Pontificis voluntate, ſiquidem eſt actus intellectûs judicantis perſonam idoneam: ergò mutato judicio, nequit à Pontifice approbari. Reſpondeo, diſtinguẽdo antecedens: non dependet à Pontificis voluntate, ſi ab eo apponatur pro conditione ad conceſſionem, nego antecedens: ſi Pontifex ad eam ultimò terminetur judicandam, concedo antecedens: cùm enim tunc prævaleat judicium, nequit Pontifex contra mentem ire, nec approbare quod re ipſa approbabile non eſt; at verò in Cruciatæ conceſſione attendit Pontifex ad cõmodum exaltandæ Fidei, favoremque animarum, ſolâ poſitâ pro cõditione illâ primâ approbatione, ut ex eâdem Bullâ conſtat.

133 Secundò objicitur: ſi prædicta ſententia vera eſſet, ſequeretur, Pontificem voluiſſe favêre ignorantibus in præjudicium animarum, carens enim ductore, & cæcus cæcum ducẽs, ambo in foveam caderent: ergò ne ſequatur abſurdum adeo evidens, dicendum eſt, non fuiſſe mentem Pontificis per particulam *ſemèl* in Cruciatâ appoſitam, velle ne Epiſcopus ſucceſſor cogat ad examen approbatos ab anteceſſore.

134 Reſ-

Digitized by Google

134 Respondeo negando sequelam; nam Pontificis intentio solùm fuit favêre fidelibus habituris in promptu Confessarios; & noluit arbitrio Ordinarij, neque illius judicio committere præter unicam approbationem: quod si per accidens contingat ignorantiæ favêre, accidentia, & contingentia non veniunt à lege attendenda, ut notum est in jure: & si fideles peccatis solerti, medicinâ indigentibus innodentur, ipsorum erit doctos quærere, ut omnes fateri tenemur, quando approbatus ab Ordinario re ipsa ignorans est, peccaret enim qui scienter eum in Confessarium eligeret. Neque ex hoc sequeretur fore invalidam confessionem, si ignoranter, & bona fide procederet pœnitens, immò etsi Cõfessarius ipse malâ fide absolveret; multa enim sunt illicita, quæ tamen facta tenent, ut est in jure vulgatum. Insuper etiam in his multum supplere poterit scientia, & prudentia pœnitentis, ut probat Suar. *de Pœnit. disp.* 28. *sect.* 2. *n.* 12. cum communi: ergò dicendum, quòd intentio Pontificis unicâ Regularium approbatione contenti solâ fuit, immunes reddere fideles à dissentionibus Episcoporum, & eis pro viribus occurrere, ut via facilior patêret ad exonerandas conscientias, ut sanè patet per Confessarios Regulares, cùm soli Parochi nequeant omnes exonerare.

135 Objicitur tertiò contra nostram sententiam: in moralibus non est attendendus rigor Physicus: ergò particula *semèl* non debet intelligi de unica physica approbatione, sed de morali ejus perseverantia, quæ abest per vocationem ad novum examen. Respondeo, distinguẽdo antecedens, in his, quæ depẽdent à voluntate disponentis, & ita exponentis, nego antecedẽs; aliàs, concedo antecedens. Et cùm Pontifex indulgens expresserit in Regularibus per particulam *semèl* facultatem, eamq; sæcularibus ademerit, satis significat se physicam approbationẽ indulsisse; aliàs Regulares pares sæcularibus in cõcessione remanerent: quod si Pontifex voluisset, non ita expressisset.

136 Quartò sic opponitur: finis ob quem Cruciata requirit illam unam approbationem in Regularibus, est quia requirit scientiam in Cõfessario eligẽdo, quæ in Regulari præsumitur; sed hic finis tollitur per renitentiam secundi examinis, per quod verificari potest scientia, aut ignorantia, quæ supervenire potest post primum examen: ergò Regulares secundum subire tenentur vocati ab Episcopo successore, quo recusato, eligi non debent. Probatur consequentia: quia cessante privilegij fine, cessat & ipsum privilegium, ut est notum.

137 Respondeo distinguẽdo maio-

maiorem ; quia requirit ſcientiam in Confeſſario ſemèl ab Ordinario judicatam , concedo maiorem; pluriès, nego maiorē : etiam diſtinguo cōſequētiæ probationem: ceſſante fine , ſeu potiùs privilegij conditione, requirente tractum ſucceſſivum, ceſſat privilegium , concedo ; ſi conditio primò ſimul exiſtat , nego maiorem : diverſitas eſt : quia in primo caſu debet privilegium commenſurari durationi temporis *ex cap. Abbate 25. de verbor. ſignif.* at verò quando conditio eſt abſolutè poſita, nullam durationem , aut temporis ſucceſſionem reſpicit, ut viſitur in pluribus exemplis adductis à Pal. *de privil. diſp. 4. p. 15. n. 7. ad med.* & Suar. *de leg. lib. 8. cap. 30.* ubi multa ad intentum.

138 Probatur ſupradicta diſtinctio ex traditis ab eodem Suar. *num. 3.* aſſerente quando privilegium quod uno actu conſumitur, vel perficitur , quia vel ſolùm eſt per modū unius actionis, vel ad ſummum per modum poteſtatis ad unum actum, ſi jam habuit conſummatum effectum, non eſſe locum ceſſationi, ceſſante causâ ; quia conſummato effectu, jam ceſſante causâ , remanet privilegium : ergò cùm approbationis conditio ſit perfecta per unicum approbationis actum , quanvis ceſſaſſet cauſa , non ceſſ t privilegium.

139 Deinde, quando in privilegio conſideratur actus præteritus , irrevocabilis eſt , neque pendet ex cauſa privilegij , ut idem Suar. atquî dictum Bullæ privilegium reſpicit actum præteritum, nempè approbationem, quæ pręcedere debet electioni , conſummaturque per unicū actū juxta particulam *ſemèl* : ergò irrevocabile eſt , neque pendet ab ejus causâ.

140 Ulteriùs confirmatur ex eodem Suar. *num. 4.* aſſerente privilegium conſiſtens in unâ tantùm actione , potiùs habere rationem cujuſdam diſpenſationis : atquî diſpenſatio poſtquam habet conſummatum effectum , non retractatur quoad effectum, etiamſi cauſa mutetur , quia factum legitimè , non retractatur , quanvis poſtea deveniat ad ſtatum in quo non poſſit inchoari, ex *regul. 37. juris in 6.* ergò idem eſt de privilegio , quod in una tantùm actione conſiſtit : ita eſt in noſtro caſu , in quo una tantùm requiritur approbatio : ergò quanvis ceſſet cauſa, non ceſſat privilegium. Multa ad intentum vide apud eundem Suar. ubi latiſſimè argumentis in contrarium ſatisfacit.

141 Comprobatur : quia privilegium debet habere effectum aliquo modo diverſum ab effectu juris communis , ut cum eodem Suar. *de leg. lib. 8. cap. 22.* tenet Gondiçal. Tellez *in dict. cap. Abbate, de verbor. ſignif. n. 4.* ubi etiam Aug. Barb. atquî ſi in Regularibus unica tantùm approba-

Digitized by Google

probatio non ſufficeret, nil in Bullâ permitteretur diverſum à jure communi: ergò privilegiū Bullæ per illud *ſemèl* unicam tātùm approbationem requirit.

142 Objicitur 5. quando ex aliquâ circunſtantiâ uſus privilegij redditur iniquus; ceſſat privilegium; ſed eligendo Confeſſarium recuſantem novam approbationem ab Epiſcopo ſucceſſore (cùm talis Confeſſarius poſſit ſcientiam non habere) redditur iniquum privilegiū eligentis; peccaret enim inſcientem eligendo: ergò non eſt concedēda ea eligibilitas.

143 Reſpondeo negando minorem: quia ille qui fuit approbatus, ſupponitur habere ſcientiam ad conſcientias expiādas; deinde hoc idem verificatur in approbato ſine juriſdictione ad reſervata, ad quæ, utpotè graviora, requiritur qualificata ſcientia, & tamen Pontifex ei concedit juriſdictionem ad reſervata per unicam approbationem; etſi quādo deficiat ſcientia, pœnitens remitti poteſt ad Doctores. Ulteriùs Pontifex in Regularibus ſupponit ſcientiam, quæ in eis ſemper datur ex ſuo inſtituto, ideo diverſimodè in Bullâ loquitur, nempè quoad Regulares de una ſemèl tantùm approbatione, de alijs verò arbitrio Ordinarij relinquit eorum approbationem, ideſt ſtatuit approbandos totiès quotiès Epiſcopus voluerit.

144 Sextò contra noſtram ſententiam ſtat Trullench. *de Bull. lib.* 1. §. 7. *cap.* 1. *dub.* 7. *n.* 14. qui intelligit verba illa Bullæ *ſemèl tantùm* in vita Epiſcopi approbantis, fatendo ſcilicèt, eo vivente, permanêre Regularis approbationem, neque per generale edictum ipſius Epiſcopi approbantis poſſe Regularis licentiam, & approbationem ſuſpendi, & ita Regulares hujuſmodi eligibiles eſſe per Bullam; at verò à ſucceſſore Epiſcopo vocari ad examen poſſe, & reprobari per generale edictum ex vi Bullæ pij V. talesque Regulares, abſque nova approbatione, non eſſe per Bullam eligibiles, ut patet ex *num.* 9.

145 Huic Trullench. objectioni reſpondet Bard. *de Bulla p.* 2. *tract.* 5. *cap.* 2. *ſect.* 2. *num.* 40. in hunc modum: *Si autem Epiſcopus ſucceſſor jus haberet examinandi Regulares approbatos; non diceret Bulla*, & quoad Regulares ſemèl, *&c. ſed uniformitèr loqueretur de Confeſſarijs ſæcularibus, & Regularibus: igitur cùm certum ſit, Sacerdotes ſæculares poſſe ab Epiſcopo ſucceſſore examinari, ac proinde de illis Bulla non dicat, ſufficere eſſe ſemèl approbatos, ſignum eſt, ſatis eſſe unicam approbationem pro Regularibus ad hoc, ut eligantur per Bullam, & per conſequēs non poſſe iterùm examinari ab Epiſcopis ſuccedentibus in Epiſcopatu.* Et *num.* 43. ita ait: *Cæterùm prima ſolutio, quam*

dat Aegidius non placet. Et rationem ibi præſtat: quia non daretur diſtinctio inter Regulares, & ſæculares circa approbationem requiſitam à Bullâ, quod eſſet contra literam ejuſdem Bullæ.

146 Secundò reſpondeo cum juris principijs dictantibus, quòd ubi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus: & lex generalitèr loquens, generalitèr eſt intelligenda: atquî Pontifex non diſtinguit, & generalitèr loquitur in Cruciata, nempè quòd Regularis ſemèl approbatus, ſit eligibilis: ergò non debemus diſtinguere, & reſtringere approbationem ad vitam Epiſcopi approbantis tantùm: præcipuè in materiâ privilegiorum, ubi datur ampliatio, & non reſtrictio ex *regul. odia, de regul. jur. in 6.*

147 Deinde ubi datur eadē ratio, eadē debet dari juris diſpoſitio, ut eſt tritū in jure: atquî eadē ratio congruitatis, & incongruitatis datur reſpectu ejuſdem Epiſcopi, ac ſucceſſoris: ergò idē eſt dicendum in uno, & alio caſu; cum eo tamen additamento, quòd in pœnalibus non datur extenſio, in favorabilibus tamen datur per identitatem rationis; quo ſuppoſito, rectiùs dicendum eſt, obſervandam eſſe eândem diſpoſitionem, ubi datur eadem congruentia quoad favorem, quàm quoad illius reſtrictionem.

148 Quòd dentur eędem congruentiæ, patet: quia Pontifex in hoc privilegio duo attendit: primùm, ut fideles, Confeſſarios habeant ſuo arbitrio eligendos, ad hoc, ut puriùs Deo preces fundere poſſint, & Divinum implorare auxilium, ut patet ex verbis Cruciatæ, ibi:

Et ut puriùs preces Deo fundere, & eò efficaciùs Divinum auxilium implorare poſsint, quo magis peccatorum vinculis abſoluti in his literis cōtenta adimpleverint, ut ijdem omnes dicto triennio durante quemcumq; Presbyterum ſæcularem, vel cujusvis etiam Mendicantium Ordinum Regularem ex his qui ab Ordinario, & quoad Regulares ſemèl tantùm, approbati fuerint, Cōfeſſorem eligere poſsint, qui eorum confeſsione auditâ, ipſos à quorumcumque, &c.

Secundum eſt defenſio Fidei Catholicæ, quæ fuit cauſa impulſiva, & finalis conceſſionis Bullæ Cruciatæ: atquî hæc duo concurrunt tam reſpectu ejuſdem Epiſcopi, quàm ſucceſſoris: ergò eadem congruentiæ ratio datur in uno, ac alio caſu.

149 Quòd etiam detur objecta congruentiæ ratio, patet: quia

quia ſi ratio, ob quam à ſucceſſore Epiſcopo poſſunt ſecundò Regulares approbari, conſiſtit in defectu ſcientiæ propter illius oblivionem; eadem-met ratio datur vivente eôdem Epiſcopo; idem enim defectus ſcientiæ verificari poteſt. Et ſi vivente eôdem Epiſcopo, talis defectus non eſt ſufficiens cauſa, ut ſecũdò Regulares approbẽtur, immò Pontifices expreſsè prohibent ſecundam approbationem, adhuc reſpectu privilegiorum Regularium: idem dicendum venit ſuccedente novo Epiſcopo, & fortiùs reſpectu Cruciatæ, particulam *ſemèl* exprimentis: aliter darêtur incongruẽtia in uno, & alio caſu, quod jus non patitur, præſertim cùm ſimus in materiâ de privilegijs favorabilibus, ubi datur ampliatio, & extenſio per identitatem rationis, quæ non datur in pœnalibus, & reſtrictionibus.

150 Inſtabis: Pontificia diſpoſitio lex eſt: atquî quando lex diverſimodè loquitur in caſibus ſeparatis, non debet de uno ad aliud fieri extenſio, quia quælibet diſpoſitio diſtincta, in ſuo caſu effectum habere debet: ergò cùm Pontifices, & Innoc. X. & Clem. X. diſtinctè, & expreſsè diſponant, quòd Epiſcopus approbans non poſſit iterùm Regulares ad examen vocare; at verò quòd denuò poſſint à ſucceſſore examinari, non debemus ratiocinari de uno ad alium caſum, quia in uno, & alio expreſſa invenitur diſpoſitio; maximè cùm Pontifices poſſint in unoquoque diverſam facere diſpoſitionem, & ſolùm detur extenſio, quando diſpoſitio eſt generalis, non verò quando eſt ſpecifica pro quolibet caſu.

151 Reſpondeo, dictos Põtifices non agere de Cruciata, ſed tantùm de Regularium privilegijs, ut ex Bullarum tenore apparet: ergò non debet eorum diſpoſitio, cùm ſit ſpecifica, & revocatoria, extẽdi ultra caſum, ad Cruciatæ privilegia. Deinde retorqueo argumentum. Si lex ſpecialitèr loquens, ſpecialitèr eſt intelligenda, cùm Pontificia diſpoſitio ſit ſpecialis de Regularium privilegijs, de illis tantùm, & non de Cruciatâ eſt intelligenda. Ulteriùs: ſi neceſſaria fuit expreſſio ad hoc, ut Regulares denuo examinarentur, & approbarentur à ſucceſſore Epiſcopo: ubi non invenitur talis expreſſio, cur dicendum erit locum in ea habere talem diſpoſitionem, juxta illam regulam: Si voluiſſet, expreſſiſſet? Atquî in Cruciatâ non datur hæc expreſſio, immò abſolutè diſponitur, quòd ſemèl tantùm approbatus ſit eligibilis: ergò cùm ſemèl fuerit approbatus ab uno Epiſcopo, poteſt Confeſſarius eligi, quanvis à ſucceſſore denuò approbatus non ſit.

152 Oppones tamen: Fatemur, Pontifices revocaſſe Regu-

larium privilegia : atquî hoc privilegium in Bulla conceſſum per particulam *ſemèl* eſt Regularibus conceſſum : ergò etiam comprehenditur in illâ generali derogatione Pontificum quoad Regularium privilegia. Reſpõdeo, privilegia in Cruciatâ conceſſa non tendere primò, & principalitèr in favorem Regularium, ſed in favorem pœnitentium eligentium, ut plures numero habeant Confeſſarios eligendos, quia privilegium eſt eligenti, non verò electo conceſſum; & quia in ſæcularibus una tantùm ab Epiſcopo datur approbatio, ideo Pontifex in iſtis non ait ſufficere approbationem ſemèl obtentam: at verò cùm in Regularibus detur, & ſuorum Prælatorum, & Epiſcopi approbatio, ideo Pontifex per Bullam unam ſemèl tãtùm obtentam ab Epiſcopo requirit, cùm in iſtis primò præcedat Prælati approbatio, cum qua Epiſcopo ſunt præſentandi, in quibus terminis dupliciter remanet approbatus talis electus.

153 Ulteriùs : Cùm ſæculares ſubditi ſint Epiſcopo, noluit Pontifex ipſis Epiſcopis auferre juriſdictionem, quam habent ad eos revocandos ad examen, quõtiès ſibi viſum fuerit : at verò cùm Regulares ſubditi non ſint Epiſcopo, immò exempti, & immediatè ſubjiciantur Pontificis juriſdictioni, ideo ad hos unam tantùm requirit approbationem ſemèl obtentam, cui per Concil. Trident. tantummodò tenentur ſe ſubjicere poſt revocationem ſuorum privilegiorum.

154 Quòd autem privilegium ſit pœnitentibus, non verò Regularibus cõceſſum patet : quia in Regularibus duo competebant privilegia, unum ratione Religionis, ipſis Regularibus conceſſum, ut eligibiles eſſent unâ tantùm obtentâ approbatione; alterum verò per Bullam pœnitentibus conceſſum, non habito principali reſpectu ad ipſos Regulares, ſed ad pœnitentes, ut ex Regularibus eligere poſſint ſemèl tantùm approbatum : ideo namque Pontifices in ſuis revocationibus tantùm loquuntur de Regularium privilegijs, ideſt Religionibus conceſſis : atquî quando exiſtunt duo privilegia diſtincta, uno revocato, alterum permanet in ſuo eſſe : ergò Cruciatæ privilegium non revocatur, quanvis Regularium privilegia ſint revocata.

155 Fortiùs hoc procedit; quia Cruciatæ privilegium eſt conceſſum in vim contractûs, & ad Regum inſtantiam, atque in ſpecie : in quibus terminis non poteſt revocari, nec de plenitudine poteſtatis, non factâ de eo expreſsâ, & individuâ mentione, ut ſæpènumero diximus in toto hoc opere.

156 Septimò, pro contraria ſententia adduci poteſt doctrina Joan. Sanch. *in ſelect. diſp.* 48. *num.* 30. aſſerentis particu-

lam

lam *semèl* non inveniri in Bullâ vulgari, licèt contineatur in Latinâ, in quibus terminis ceſſat difficultas, ac noſtræ ſententiæ fundamentum; cui objectioni reſpondet Bard. *ſuprà num.*44. Commiſſarium non poſſe mutare ſubſtãtialia Bullæ Latinæ, quia eſt originalis. Deinde in noſtra Bulla vulgari, illa invenitur particula *semèl*: unde contra Bullam Luſitanam nihil valet argumentum. Et quãvis idem Bard. *num.*45. cùm ad quęſitum reſpõdeat Confeſſarios Regulares ab Epiſcopo ſucceſſore vocatos, teneri examen ſubire, loqui ſe exprimit ſecundùm eorum privilegia, ut patet ibi: *Quær.* 6. *an ab Epiſcopo ſucceſſore poſſit Regularis examinari, quanvis ab Epiſcopo prædeceſſore prævio examine fuerit approbatus?* Vides ne verbum quidem habere circa Bullæ privilegium, ſed tantùm loqui de Regularium privilegijs? Quãdo verò agit de verbis Bullæ, fatetur ea non facilem admittere ſolutionẽ, ut patet ex *n.*43. *p.*276

157 Argui poteſt 8. contra noſtram ſententiam ex traditis ab eod. Bard. *de Bull. p.*2. *tract.*5. *cap.*1. *ſect.* 6. *num.* 103. dicente, Bullam exigentem approbationem, non loqui de approbatione, quæ fuit, & nunc præterita eſt, ſed de permanente, & actuali tempore electionis, quâ de causâ terminum illum, *approbatum, &c.* ſumi nominaliter, non verò verbaliter; ideſt, non quatenùs ſignificatum verbi præteriti, ſed quatenùs nomen, ſeu formam efficientem Sacerdotẽ eligendum.

158 Reſpondeo approbationem nunquam eſſe poſſe in eodem actu electionis, quia ſemper præcedere debet; ſive enim accipiatur verbaliter, ſive nominaliter, ſemper præteritum reſpicit; quia ut quis eligi poſſit, prius approbari debet, cùm approbatio præambulum neceſſarium ſit ad electionem, quæ ſine approbatione præcedenti fieri nequit: & quanvis hoc non eſſet verum, cùm terminus *approbatum* ſit conjunctum cum particula *semèl*, quæ facit actum conſummatum pro una tantùm vice celebratum, & cum taxativa *tantùm*, quæ unã tantùm vicem requirit; indubium eſt ſufficere unam approbationem ſemèl factam, quanvis actu non exiſtat, cùm ſufficiat jam aliquo tempore extitiſſe; ut verum ſit dicere ſemèl fuiſſe approbatum, ut eligi poſſit virtute Bullæ.

159 Ultimò contra noſtram ſentẽtiam objicitur ex Bullis Innocentij X. Clem. X. & Pij V. qui expreſsè tenent, Regulares poſſe vocari à ſucceſſore Epiſcopo ad examen ſubeundum; ſed jam diximus multoties, prædictas Bullas ne verbum quidem decidere de Bulla Cruciatæ, ſed tantùm de Regularium privilegijs, de quibus non agimus; & ita tenent omnes DD. à nobis re-

recenſiti ; idemque dicendum eſt de Bulla Pij V. ac Cardinalium declarationibus.

160 Inſtabis : quanvis Põtificum Bullæ , & Cardinalium declarationes mentionem non faciant de Cruciata , tamen ſunt ſententiæ prolatæ coram Pontifice , unde legis vigorem obtinēt quoad deciſionem ſimilium cauſarum , ut ex *L. fin. Cod. de leg. cap. in cauſis, de re judicata*, plures firmant DD. habentur namque pro legis declaratione. Reſpondeo, hoc procedere quando legislator de cauſa cognovit , & per ſe illam examinavit, & decidit , quibus in terminis dicti textus loquuntur , & ſentiunt Menoch. *de arbitr. quæſt. 7. n. 53.* Salicet. *in dict. L.* Tiraq. *de 1. gen. quæſt. 40. num. 162.* Peregr. *lib. 2. conſ. 5. num. 7.* Cardoſ. *in praxi verbo ſententia, num. 76.* Barboſ. *in d. L. num. 3.* Velaſc. *conſult. 148. num. 28.* quanvis enim ſententia ſit lata coram ſupremo Principe , qui de cauſa non cognovit, vim legis habere nequit, ut tenēt ſuprà citati DD. & Portugal *de donat. Reg. p. 1. lib. 1. cap. 19. num. 41.* & adhuc decidente Principe , idem defendunt Covarr. *in 4. decret. p. 1. cap. 7. §. 4. num. 15.* Pal. *de leg. tract. 3. diſp. 3. punct. 8. n. 3.*

161 Deinde, quia Pontifex in decidenda lite alicujus cauſæ particularis , non attendit bonum commune, ſed aliquorum ſpeciale , habitis reſpectibus , & inſpectis circunſtantijs particularibus ; quod non procedit in lege generali , ad hoc ut ex vi illius deciſionis cenſendum ſit, eum velle legem ſtatuere : facit *L. 2. Cod. de leg.* ubi dicitur , *quæ ex relationibus, vel ſuggeſtionibus judicantium procerũm introducto negotio ſtatuimus , &c. nec generalia jura ſint , ſed leges faciunt his dumtaxat negotijs, atq; perſonis pro quibus fuerint promulgatæ.* Neque adverſatur (ait Covarr.) *L. ult. Cod. de leg.* ubi ſententia inter partes data cum cognitione cauſæ pro lege habēda deciditur ; quia loquitur hæc lex de ſententia legis declaratoriæ, non de ſententia deciſiva litis , ut videtur conſtare ex illis verbis : *Qui tantæ ſuperbiæ faſtidio tumidus eſt, ut regalem ſenſum contemnat :* de quo vide Ord. noſtr. Luſit. *lib. 3. tit. 64. §. 2.* ergò quanvis conſiderêmus Pontificum , ac Cardinalium declarationes , tanquàm ſententias in cauſa inter Epiſcopos , & Regulares circa eorum privilegia, cum non ſit cauſa cognita circa Cruciatam , ſitque in particulari negotio circa Regularium privilegia, nil inducunt contra privilegia Cruciatæ.

162 Adde, ſæpè ſententiam deciſivam, ſi ex propriâ opinione procedat, poſſe errorem continêre , qualem continebat illa ſententia, in quâ judicatum fuit matrimonium ratum diſſolvi per ſubſequens conſummatum ; cujus

cujus mentionem facit Alex. III. *in cap. licèt de ſponſ. duor.* & qualem continebat illa etiam ſentẽtia, quam memorat Innocent. III. *in cap. 4. de divort.* ubi decidit, matrimonium inter fideles baptizatos non diſſolvi per hæreſim, aut apoſtaſim à Fide, licèt quidam Pontifex prædeceſſor alitèr videatur ſenſiſſe: ergò ſententia etiam à Pontifice lata ex ſe, vim legis non habet; & ideo, ut ſententia litis deciſiva vim legis ſortiatur, debet Princeps aliquo alio ſigno id declarare, quale eſſet, ſi in corpore juris mandaret ſententiam illam inſeri: & ſic leges Canonicæ ex hujuſmodi ſententijs, præcipuè conſtituuntur, ut expreſsè habetur in *cap. cauſis, de re judicat.* ibi: *Cùm in ſimilibus cauſis cæteris teneantur ſimilitèr judicare*: ſicque Pontificis ſententia Eccleſiæ propoſita, errorem non poterit continêre: quod verò non datur in noſtro caſu.

163 Evidentiùs hoc procedit; quia ſententia continens interpretationem juris communis ſupremi Principis, non poteſt interpretationem accipere à recognoſcente ſuperiorem; neque legem inducere, etiam pro particulari territorio, quia non ſpectat ad eum legem interpretari, etiam pro ſuo deſtrictu, ut tenet Suar. *lib. 3. de leg. cap. 15. n. 21.* & *lib. 4. cap. 14. n. 13.*

164 Si autem opponas ex eod. Suar. *lib. 3. cap. 15. num. 21. ad fin.* & Pal. *tract. 3. diſp. 1. p. 8. num. 7.* communique opinione excipiente à dictâ doctrinâ ſententiam juri communi conformem, qualis videtur eſſe hæc Clement. & Innoc. X. Reſpondeo hoc procedere, quando lex, ſeu privilegium non eſt præſcriptum, quale eſt noſtrę privilegium Cruciatæ perſeverans poſt Clement. & Innoc. diſpoſitiones, & ſucceſſoribus renovatũ, & reformatum; per quod privilegium jus commune revocatum extat; in quibus terminis, nec ipſe Pontifex poterit ad ejus obligationem cogere, niſi novam condendo legem, ſeu eândem denuò promulgando; quod aſſerit Suar. *lib. 4. cap. 14. num. 13.* fortiùs procedere in Epiſcopo; evidentiùsq; in Cruciata, quam ſolus Commiſſarius, & non alius interpretari, & declarare valet, ut ſæpènumero diximus.

165 Doctores, qui pro contraria ſententia adduci poſſunt, vel non loquuntur de Bullæ privilegio, niſi tantùm de privilegijs Regularium, ut videre eſt apud Fraſ. Paſqualig. & alios; vel quando approbatio eſt limitata, non verò abſoluta, ut etiam apud ipſos videri poteſt, vel fundantur in Bullis Clement. X. Innoc. X. & Pij V. quæ nil de Cruciata diſponunt, ut multotiès in hoc opere dictũ eſt; loquũtur enim tantùm de Regularium privilegijs, non verò de Bullâ Cruciatâ, ut ex eorum tenoribus patebit

cebit illas conferenti, minimèq; extendi poſſunt ultrà caſum, de quo loquuntur, cùm privilegia corrigant, ut notum eſt in jure.

166 Ad extremum addo, poſſe dubitari, an noſtræ contradicens opinioni Alex. VIII. dānationem incurrat? Cujus rei ea eſt ratio: quia propoſitio 3. ab Alex. VIII. damnata, aſſerebat, non eſſe licitum ſequi opinionē probabilem, vel probabiliſſimam inter probabiles; ſed opinio inculcata de eligendo Confeſſario à quocumque Ordinario approbato *, & ex Regularibus ſemèl approbato, eſt probabiliſſima inter probabiles, caſu, quo eam probabiliorem non autumes: ergò huic opinioni adverſans in damnationem prædictam prolabetur. Maior à P. Torrecill. ſatis expenditur *in ſumm. Theolog. mor. tom. 1. tract. 1. diſp. 4. cap. 2.* conſequentia colligit directè in Darij. Minor eſt hujus apologiæ cardo.

167 Nonnulli, quos ſequitur Tambur. *in Decal. lib. 1. cap. 3. n. 3.* probabilitatem opinionis quantumvis tenuem approbabāt; cui malo occurit Innoc. XI. propoſ. 3 cujus extremam alij ſectantes autumarunt etiam probabiliſſimam interr probabiles nos ſequi nequaquam poſſe: & huic paritèr obviam ivit Alex. VIII. dictâ propoſ. 3. itaque certum dumtaxat eſt, ſequi nos teneri opinionem probabiliorem in Sacramentorum adminiſtratione, in ijs, quæ tangunt diſpoſita ex Divinâ inſtitutione, vel etiam in foro fori quoad rem judicandam. Præter quæ quævis opinio probabilis, & potiùs inter probabiles probabiliſſima tutò defendi poteſt, & contrarium damnavit Alex. VIII. de quo Corell. *Confer. mor. p. 2. tract. 8. num. 27. & 28.* & D. Hebas *propoſ. 3. Alex. VIII.* & licèt P. Carden. *in ſuo oper. poſth.* contendat noſtram opinionem eſſe tenuis probabilitatis, & ut ſic damnatam ab Innoc. XI. *dict. propoſ. 3.* & plures Authores eam ſecuriſſimam, tutiſſimam, veriorem, veram, certam, probabiliſſimā, valdèq; probabilem vocitarunt; quin poſt eam Innoc. damnationem plures eam acerrimè defendunt: nobis ſufficit, non tenuis probabilitatis eam eſſe ſtatuere in hunc modum:

168 Illa eſt opinio non tenuis probabilitatis, quæ nititur ratione, nulla pro parte oppoſita convincēte ratione, etſi nonnulla etiam ſit ejus formido, ut ex cōmuni firmat Thom. Sanch. *in Decal. lib. 1. cap. 9. num. 2.* multa vidè apud Moyam *qq. mor. tom. 1. tract. 1 quæſt. 1. cum ſeqq.* & in noſtro caſu *tract. 3. de pœnit. diſp. 7. quæſt. 2. num. 27. cum ſeqq.* D. Hebas *propoſ. dam. 3. Innoc. XI.* ſed noſtra opinio pro ſe habet validas rationes, & nulla pro parte adverſa convincit; immò clamat expreſſio Pōtificis in particula *ſemèl*, & taxativâ *tantùm*: roga-

Digitized by Google

rogatusque Pontifex pro contraria declaratione minimè respondit, ut visitur in diplomatibus, & declarationibus adductis à P. Carden. & cõfirmatione Paul. V. quibus Hurtad. & alij, quos sequitur Tambur. *de sacrif. lib. 5. cap. 5. §. 4. num.* 18. plenè satisfaciunt: rogatus etiam Urb. VIII. pro parte Cruciatæ, dum revocans in simili privilegia Regularium, post eam Paulinam confirmationem, ad quam refertur Sacr. Congr. coram Clem. X. decidens, rescripsit expresè, nunquam sibi in mentem venisse suis generalibus constitutionibus infringere Cruciatæ privilegia, ablatâ facultate Sacr. Congr. mẽtem suam aliàs interpretandi, quod novissimè etiam ipsemet Clem. X. rescripsit, ut infrà dicetur: quæ declaratio unâ cum assignatis rationibus valdè præponderat adversæ assertioni, vel ad minimùm nostram æquè, ac illam probabilem videtur ostendere. Unde audiendus non est P. Carden. qui absque solido fũdamento opinioni, quam defendimus, tenuis probabilitatis notâ conatur innuere.

169 Omnia supradicta stabiliuntur sententiâ Cardinalium latâ adversùs Archiepiscopũ Elborensem D. Josephum de Mello, 29. Febr. 1630. eò quòd vocaverat ad novum examen Religiosos Societatis Jesu illius Collegij, & eorum licentias, & approbationes revocare intẽderat: legitur apud Soar. Lusit. *de pœnit. tract. 6. d. 2. sect. 4. §. 4. n. 242.* ibi:

Eminentissimi PP. decreverunt, Amplitudinem tuam non potuisse, nec posse revocare licentias audiendi confessiones, ac prędicandi Sacerdotibus Collegij Elborensis, aut alijs istius Civitatis, ac Diœcesis absolutè, & absque temporis præfinitione concessas, &c.

Unde expedita fuit Urban. VIII. Bulla apud ipsum, incipiens: *Exponi nobis*, ubi ad intentum, sic: *Tibi, ut licentias, & approbationes* per antecessores tuos *Ecclesiæ Elborensis Præsules, ac etiam per te ipsum ad tempus, seu ad beneplacitum, non autem simpliciter, & absque præfinitione temporis concessas, ad id concurrente legitimâ causâ revocare possis, &c. tenore præsentium facultatẽ concedimus, &c.* Unde colligit idem Soar. non benè processisse Archiepiscopum in ea revocatione, tenetque, ut expresè decisum, nullatenùs Episcopum successorẽ posse per edictum revocare licẽtias indefinitè datas, vocando ad novum examen; & licèt edictum generale ad hunc effectum non reprobet, cùm tamen si Cõfessarij renitantur, nequeant suspẽdi, ad

ad nil valebit tale edictum , niſi forſan , ut aliqui malè opinati poſſint examinari , vel prudentiùs operando, poſſis de illis Prælatos certiorare, ut ſubditis proſpiciant,& cùm deprehendantur incurij, ſeu perfunctorij , poſſit prudẽtèr Epiſcopus in illos procedere , juxta facultates à Tridentino ſibi collatas; non autem, ut omnes imprudentèr , & magno cum ſcandalo ſuſpendat, quod noviſſimè in unum collẽgit Bulla Clem. X. à nobis jam ſuprà indicata. Et quòd exhinc oriantur tumultus , & ſcandala , timeanturque gravia inconvenientia , jam olim viſum fuit Philippo II. Hiſpaniarum Regi (qui Prudens dicebatur)ita ut ſimilem conſtitutionem indicẽte Pio V. ſupplicaret ipſe Gregor. XIII. qui eam reformavit,ut refert Salgad. *de ſuppl. ad SS. p.* 1. *cap.* 4. *num.* 40. Hoc judicatum fuit de privilegio Regularium ; quidnè de privilegio Cruciatæ unam tantummodò approbationem requirente ?

170 Similitèr inſtanti Gubernatori Diœceſis Toletanæ pro novo examine Regularium reſtitit decretum Philippi IV. & paritèr præcepit ſupremum Regis Tribunal Epiſcopo Cordubenſi ad id obtinẽti diploma Põtificium , de quibus memorat idem Salgad. *cit. n.* 44.

Hoc optimè explanat noviſſimè P. Arsdekim *tom.* 2. *p.* 2. *tr.* 1. *cap.* 3. *quæſt.* 25. ubi refert quondam deciſum à Pronuntio Apoſtolico Belgij in contentione inter Epiſcopum Brugenſem , & Regulares ſuæ Diœceſis ; in quâ tergiverſantem Epiſcopum gravi mulctâ condemnavit per ſententiam latam 16. Auguſti 1600. traditque Epiſcopum deſtitiſſe per tranſactionem Conſilij Regis diplomate Bruxelis expedito confirmatum.

Paritèr tradit idem Arsdekim nupèr contigiſſe Epiſcopo Tornacenſi, qui ſuo edicto 24. Aprilis 1671. citaverat omnes Regulares ad ſubeundum novum examen,aſſignato termino 20. Maij, quo elapſo revocabat omnes approbationes , ſivè per prędeceſſores , ſivè per Vicarios Generales conceſſas : ſed conatus ille novus,maiorẽ moleſtiam , quàm progreſſum habuit ; quod evenit poſt Clementis X. declarationẽ ; hic namq; Author ſcripſit anno 1688. meminitque Bullæ tam Pij V. quàm Vrb. VIII. relatæ à Barb. *de jure Eccleſ. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 43. *num.* 210. quæ fuit perſonalis conceſſa Cardinali Giennẽſi Epiſcopo,per verba ibi, *tibi*; ſicque ejus vita expiravit,& quãvis loquatur in Bulla Cruciata , tamen ſolùm revocat privilegia in ea Regularibus conceſſa per verba illa : *Et quibus alijs privilegijs in vim Cruciatæ Sanctæ* eis *quomodolibet competentibus.* Quæ dictio *eis* eſt relativa, Barb. *dict.* 98. *num.* 1. referturque ad Regulares , neque extendi valet ad pri-

Digitized by Google

privilegium pœnitentibus conceſſum; cùm ſit lex correctoria, per *reg. odia, de reg. jur. in* 6. præterquamquòd privilegia Cruciatæ, cùm ſint Regibus elargita, & in vim contractûs ſtabilita, atque pro fidei defenſione, revocari nequeunt inſciente Rege, ut multotiès à nobis hoc opere dictum eſt, & conſtabit latiſſimè ex dicendis q. 12. unde non officit hęc Urbani Bulla, de quâ vide Bard. *de Bull. p. 2. tr. 5. cap. 1. ſect. 4 n. 60.*

171 Unde audiendus non eſt Boſſius *de Jubil. ſect. 3. caſ. 2. §. 7.* aſſerens noſtram cõcluſionẽ ſal. èm in foro Poli, eſſe verã, non verò in foro fori, poſſeq; Epiſcopum rationabiliter jubêre, ut nullus, niſi à ſe approbatus, audiat in ſuo Epiſcopatu Cõfeſſiones: quâ tamen prohibitione non obſtante, defendit in foro conſcientiæ eſſe validam abſolutionem ſic impenſam, licèt in foro externo poſſit abſolvens contra dictam prohibitionem puniri ab Epiſcopo, cùm tomo de *Conſciẽtia p. 1. tit. 1. §. 25. num.* 384. defendat ſimili Cõfeſſario ſic operanti probabiliter Eccleſiam cõferre juriſdictionẽ omninò certam, & indubiam, citatque ibi quamplures AA pro ſe: idcirco contra inſurgit Palaus *tract. 1. d. 2. p. 16. num. 1.* citans Sanch. *in Decal. lib. 6. cap. 3. num. 7.* Sayr. *Clav. Reg. lib. 1. cap. 12. n. 6.* Torres *de inſtit. diſp. 50. dub. 5. num. 9.* Joan. Sanch. *diſp. 33. num. 28.* & Petr. Navarr. *lib. 3. de reſtit. p. 3. dub. 13. n. 239. fin.* aſſeverans quę ſine controverſiâ licitum eſſe, quando datur opinio probabilis ex parte ſubditi, non obedire ſuperiori, etiamſi contraria ſit probabilior, poſſeque amplecti, quæ ſibi gratior fuerit, nam tunc ſuperior non undequaque juſtè præcipit, ſed ſolùm probabiliter, ac proinde ſubditus probabiliter, ſolùm obligatus eſt obedire, & probabiliter deobligatus, ſibiq; eſt electio: eò maximè, quòd ſuperior ſemper propendere debet in ædificationem, non in deſtructionem, ut monet Apoſtolus; quam certò ſequi ex ſimili punitione palàm eſt, & quotidie (proh dolor!) experimur.

172 Deinde ſubditus ſic procedens non committit culpam, & ubi non eſt culpa, pœna locum non habet ex regula, *ſine culpâ 23. de regul. jur. in* 6. ac proinde nequit puniri ab Ordinario, ut advertit Joan. Sanch. *in ſelect. diſp. 33. num. 33.* & *diſp. 44. n. 27.* & *diſp. 48. num. 52.* cum Dian. *p. 3. tr. 4. reſol. 110. verſ. notandum.*

173 Niſi exculpare velis Boſſium in eâ monitione dictionem *rationabiliter* producentẽ, poteſt enim Epiſcopo adeſſe ratio valdè urgens, v. g. ſi videat Confeſſarios abutentes Cruciatæ privilegio, ſeu ex illo anſam arripientes, ut etiam ſine Bulla cõfeſſiones excipiant, & non poſſit ſimili modo obviare abſque eâ punitione, quod perquam diver-

verſum eſt, maximè ab eo, quòd prohibeat abſolutè, ne approbatus in qualibet Diœceſi poſſit eligi in Confeſſariũ virtute Cruciatæ: ſicut etiam Moniales poſſunt per Cruciatam eligere non determinatè ad ſe ipſas approbatum, cùm tamen illum poſſit aliàs Epiſcopus coercere, & punire ob alias cauſas, quatenùs ſcilicèt ex illarum converſatione ſequitur aliquod ſcandalum, vel periculum ab Epiſcopo deprehenſum; non tamen abſolutè poteſt hoc ab eo prohiberi, ut tradunt Sylveſter *verb. Confeſſ.* 1. *num.* 5. Navarr. *in ſum. cap.* 4. *n.* 6. Sotus *in* 4. *diſt.* 18. *quæſt.* 4. *art.* 3. Lopez *inſtructor cap.* 26. Tambur. *de jur. Abbat. tom.* 2. *diſp.* 9. *quæſt.* 5. *num.* 3. Henriq. *lib.* 6. *cap.* 6. §. 6. *in Comment. lit. T, V, X,* Graffis 1. *p. deciſ. cap.* 13. *num.* 87. Campanil. *rubr.* 12. *cap.* 13. *n.* 59. Roderic. *tom.* 1. *qq. regul. quæſt.* 6. *à num.* 1. Layman. *lib.* 5. *tract.* 6. *cap.* 10. *num.* 14. Fagund. *lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 32. Soar. Luſit. *tract.* 6. *diſp.* 3. *ſect.* 3. §. 4. *num.* 331. & ipſe Boſſius *de Jubil. ſect.* 3. *caſ.* 5. eſſetque tunc confeſſio valida, ſed illicita, & ſcientibus pœnitentibus, etiam invalida, quia cooperarentur peccato Confeſſarij: quod tamen nullatenùs dici poteſt ex eo ſolùm, quòd eligatur alibi approbatus, vel ſine determinatione ad Moniales contra Cruciatæ indulgentiam. Illa tamen prohibitio plerumque ſolùm verum habere poterit reſpectu aliquorum malè opinatorũ, non tamen reſpectu omnium citra gravamen Cruciatæ.

174 Vel etiam dic. Boſſium loqui cum diſtinctione caſuum, nempè quando Confeſſarius accipit jũriſdictionem à Pontifice per Bullam, vel Jubilæum, tunc enim ait Confeſſionem eſſe non ſolùm validam, ſed licitam, ut patet in principio §. ibi: *Poteſt vi Bullæ, Jubilæi, vel privilegij (dantis facultatem eligendi Confeſſarium approbatum ab Ordinario) ubique terrarum licitè, & validè à quocumque eligi.* In ſecundo verò caſu, quando ait, eſſe validam tantùm, non verò licitã, poſſeque abſolvens puniri, agit de juriſdictione data ab eodem Epiſcopo: patet; quia in principio exprimit virtute Bullæ, vel Jubilæi, poſtea verò non loquitur in Bullâ, neque Jubilæo, ſed tantùm de Concil. Trid. diſpoſitione, illaque ponit verba: *Nec ligandæ ſunt manus Papæ*: poſtea verò ait, ibi: *Etſi Epiſcopus cujuſque Diœceſis poſſit rationabiliter jubere, ut nullus, niſi à ſe approbatus, audiat in ſuo Epiſcopatu confeſſiones.* Quod minimè intelligi poteſt de privilegio per Põtificem in Bullâ, ſeu Jubilæo cõceſſo, aliter eſſet dare maiorem in Epiſcopo juriſdictionẽ, quàm in Pontifice, cùm Epiſcopus poſſet revocare à Pontifice conceſſa, quod non eſt dicendum: ergò facienda eſt differentia de uno ad alium caſum, nempè per Bullam

lam esse confessionem validam, & licitam, sine Bulla tamen, quāvis validam, von verò licitam, immò punibilem.

Alitèr enim esset dare contradictoria in eodem Authore, cum in principio firmet esse non solùm validam, sed etiam licitam, & in secundo casu solùm esse validam, non verò licitam; de jure namque quod licitū est, minimè puniri potest, ex traditis à Barb. *axiom.* 181. *num.* 8. quia pœna supponit delictum, quod non datur quando sit illud, quod licitum est, ex eod. Barb. *num.* 1. ergò cùm per Bullam non solùm valida sit confessio, sed licita, minimè puniri valet ab Episcopo, immò esset contra Bullam operari.

Explicit hic tota hujus quintæ Quæstionis ventilatio: sed quoniam nonnullæ ex ea suboriuntur difficultates seorsim discutiēdæ, eas jam subdere sedulò pergamus.

DIFFICULTAS PRIMA.

An Legatus Apostolicus possit dare approbationem ad confessiones excipiendas extra appellationem, ut sic approbatus possit per Bullam eligi?

SUMMARIUM.

1 *An approbatus à Nuntio Apostolico, finitâ jurisdictione, possit per Cruciatam eligi?*
2 *Omnibus Legatis Apostolicis cōpetit cura animarum suæ Provinciæ.*
3 *Distinguitur jurisdictio contentiosa, & voluntaria.*
Voluntaria potest exerceri extra territorium, non autem cōtentiosa. Ibid.
4 *Distinguuntur sex gradus meri imperij.*
5 *In generali concessione non venit primus gradus.*
Legatis Apostolicis competunt omnes gradus, dempto 1. Ibid.
6 *Omnis Legatus Apostolicus est verè Ordinarius.*
7 *Omnis Legatus potest dare approbationem.*
8 *Proprius Sacerdos potest delegare.*
Legatus est proprius Sacerdos. Ibid.
9 *Legatus habet jurisdictionē ex proprio officio.*
Parochus nequit approbare. Ib.
10 *Legatus potest, quidquid Episcopus.*
Legatus potest assistere matrimonijs, & concedere dimissorias. Ibid.
11 *Legatum non decet ad excipiēdas confessiones obtinēre facultatem ab Episcopo.*

Digitized by Google

Par in parem non habet imperium, nec minor in maiorem. Ib.
Qui per aliũ facit, per se ipsum facere censetur. Ibid.

12 *Legatus Apostolicus æquiparatur Legatis Proconsulum.*
Legatis solus primus gradus imperij excluditur. Ibid.

13 *Bulla non requirit approbationem Episcopi, sed Ordinarij.*

14 *Concil. Later. & Trid. volunt primam instantiam non auferri ab Episcopis.*

15 *Intellige in causis, non in materiâ voluntariâ.*
Lex correctoria debet restringi. Ibid.

16 *Quæ à jure exorbitant, non sunt in consequentiam trahẽda.*

17 *Episcopus potest exercêre jurisdictionem voluntariam extra Diœcesim, non autem contentiosam.*

18 *Archiepiscopus in suffraganeis nullam habet jurisdictionem, nisi in appellatione, & actu visitationis, maximè Legatus.*

19 *Trid. Episcopis committit approbationem Confessariorum.*

20 *Quæ Episcopis reservantur, non prohibentur Legatis.*
Jurisdictio Episcopis à Trid. cõcessa, transit in ordinariam. Ib.
Legatus potest conferre beneficia devoluta, ex Clem. 1. de supplen. negl. Ibid.
Legatus non concurrit cum Inquisitoribus. Ibid.

21 *Approbare Confessarios potest, quisquis venit sub nomine Episcopi.*

22 *Cardinali Sabellio Legato Ferrariæ prohibita fuit jurisdictio spiritualis Episcopis à Trid. concessa.*
Præceptum differt à lege. Ibid.

23 *Nudum ministerium non potest delegari.*
Facultas ad approbandum, non est nudum ministerium. Ibid.

24 *Legatus natus nequit cognoscere de causis suffraganei in primâ instantiâ.*

25 *Neque etiam per appellationẽ frivolam; ubi idem de Põtifice.*

26 *Causa debet terminari à Iudice, à quo cœpta fuit.*
Quando jurisdictio voluntaria transit in contentiosam, nequit à Legato cognosci in primâ instãtiâ. Ibid.

27 *Explicatur cap. pervenit 11. q. 1*

28 *Legati per ipsam legationem nanciscũtur jurisdictionem ordinariam.*

29 *Differentia Legatorum explicatur.*
Legatus natus potest in suffraganeis, quidquid Episcopus in sua Diœcesi. Ibid.
Nonnulla leviora amplius potest Nuntius in suâ Provinciâ. Ibid.

30 *Legatus à latere plura alia potest præter ordinariam Episcoporum facultatem.*
Habet jurisdictionem ab egressu usque ad reditum Urbis. Ib.

31 *Quando aliqua ex his concedũtur Nuntijs, dicuntur cum potestate Legati de latere.*

32 *Solus à latere habet jurisdictionem*

nem

nem circa exemptos, vel cui specialiter a Pontifice conceditur, ut Nuntius Lusitaniæ.

33 *Capitulum Sede-vacante, & Abbates exempti possunt approbare.*

34 *Legatus est Pastor animarum in suâ Provinciâ*

35 *Superior potest, quidquid inferior.*

Superior non censetur exclusus à jurisdictione inferioris, nisi expresse excludatur. Ibid.

36 *Circa approbationem nulla datur Legatis prohibitio in jure.*

37 *Legatus non debet perturbare jurisdictionem Episcopi, hoc est, in causis contentiosis.*

38 *Approbare Confessarium non est illum eximere.*

39 *Licèt immediatè Parocho incũbat cura animarum, non denegatur Episcopo, nec Legato.*

40 *Confessarius approbatus a Legato, delinquens potest puniri ab Episcopo.*

41 *Legatus potest concedere facultatem ad absolvendum ab Episcopo reservatis.*

42 *Legato competit cura suæ Provinciæ ex munere, non ex privilegio*

43 *Proprius Sacerdos potest delegare jurisdictionem ad confessiones, licet ex expresse non sequatur quod possit approbare.*

44 *Hoc tamen comitatur jurisdictionem Episcopi, & Legati.*

45 *Producitur maioritas Legati respectu Episcopi.*

46 *Hæc maioritas comprehẽdit jurisdictionem Episcopi.*

Excipe causas in primâ instantiâ. Ibid.

48 *Legatus non Sacerdos potest approbare, & delegare jurisdictionem ad confessiones, & n. 48.*

49 *Finita jurisdictione Legati in ab eo approbato, potest hic per Cruciatam eligi.*

1 TAmetsi ad quæstionis dilucidationem satis sit de approbatione loqui, cum tamèn hæc nequeat concedi, nisi ab ijs, qui jurisdictionẽ possũt indulgere, hoc inquirendum specialiter venit de Legatis Pontificijs, ut finitâ jurisdictione ab eis præstitâ, si forsan limitatè concessa sit, illa possit accipi à Cruciatâ: igitur

2 Supponendum est 1. triplicem esse speciem Legati, nati scilicet, missi, seu Nuntij, & a latere, quibus omnibus competit in Provincijs sibi commissis noxia evellere, salutaria inducere, & promovère ex *cap. mandatis de præsumpt.* & *cap. 2. de offic. leg. in 6.* ut refert Gonçales Telles *tom. 1. tit. 30. de offic. leg. cap. 1. num. 6 & 5.* & Barb. *in eod. text. n. 5.*

3 Supponendum 2. jurisdictionem aliam esse contẽtiosam, voluntariam aliam. Ad primam spectat leges condere, præcipere, punire, causas, sive controversias civiles, & criminales definire: secunda autem versatur circa alia publicæ potestatis exercitia, scilicet legitimare, dispensare, beneficium conferre, sacra-

cramenta ministrare, matrimonio assistere. &c. Differunt in eo, quòd hæc non exercetur in invitos; maxime illa: deinde, quia illa non exercetur extra proprium territorium, ex *cap.* 2. *de consil. in* 6. hæc verò plerumq; licitè extra territorium propriũ exercetur, ut notant Sanch. *lib.* 3 *de matr. disp.* 19. *n.* 7. Suar. 3. *p. tom.* 4. *disp.* 25. *sect.* 1. & DD. cõmuniter.

4 Supponendum 3. jurisdictionem etiam dividi in Ecclesiasticam, & civilem: Ecclesiastica autem vel exercẽtur in foro externo, vel solùm in foro interno Sacramenti Pœnitentiæ: jurisdictio fori externi, vel est simplex, vel dicitur Imperium: Imperium autem, aut est merum, aut mixtum: mixtum est quod privatam utilitatem respicit, cujus actus sunt dispensare, privilegium dare, ætatis veniam tribuere, Tutores statuere, in integrum restituere, contra malefactorem procedere ad alterius instantiam, judicem implorare, &c. Merum respicit publicam utilitatem, scilicet leges condere, malefactores puniri, &c. Habet 6. gradus: 1. dicitur maximum imperium, quò spectat universales leges condere, & in eis dispensare, universalia concilia, vel comitia cogere, cognoscere de causis, & litibus absque remedio appellationis, bellum inferre, monetam cudere, tributa impartire, vectigalia imponere, quæ regalia dici solent: 2. dicitur maius imperium, quò pertinet facinorosis hominibus mortis, mutilationis, vel perpetui carceris supplicium decernere, & dicitur absolutè merum imperium: ad hoc spectat Clericum degradare, & potestati laicæ tradere, excõmunicare motu proprio, & non ad instantiam partis læsæ. 3. dicitur imperium magnum, quò pertinet igni, & aquâ interdicere, in insulam deportare. 4. dicitur parvum imperium, quò spectat potestas relegandi, torturæ subjiciendi, flagellis puniendi. 5. est imperij minoris, nempè modica corporis coercitio. 6. est imperij minimi, scilicèt, mulcta pecuniaria exigua. Vide de hoc Layman. *lib.* 1. *tr.* 4. *cap.* 5. & Fagn. *in cap.* 1. *de offic. Ord. n.* 27.

5 Supponendum 4. in generali meri, aut mixti imperij concessione, non censeri concessa, quæ primo gradui spectant, nisi specialiter exprimantur. Vide Covar. *pract. quæst. c.* 4. ideo Legatis Apostolicis, Episcopis, & alijs Prælatis jurisdictionem similem Episcopali obtinentibus competunt omnia, quæ sunt meri, & mixti imperij, dempto primo gradu, ut colligitur ex *cap.* 1. *de offic. ordin.* de quo Molin. *tract.* 5. *disp.* 6. & 7. Fagn. *in dict. text. num.* 25.

6 Supponendum, omnes dictas tres species Legatorũ esse verè Ordinarios, ut satis probat Cæ-

Cæſar *de Eccleſ. Hier. p.* 1. *diſp.* 3. §. 2. *à num.* 1. & conſtat ex *cap.* 2. *de offic. legat. in* 6. & quia hoc eis competit ex munere, ex *cap. quod translationem, de offic. legat.* His ſuppoſitis,

7 Dicendum eſt, Legatos omnes Apoſtolicos poſſe approbationem Confeſſarij concedere, etiam extra appellationem. Ita Thom. Hurt. *tract.* 12. *de examinat. cap.* 1. *num.* 2023. Naldus *verbo Legatus num.* 8. ex Hoſtienſi, Joan. Andr. Ant. Cardin. Anchar. *ad cap. omnis utriuſque ſexûs*, Angel. *verb. Confeſſio* 3. *n.* 3. Sylveſtr. *verbo Confeſſor* 1. *q.* 1. Navar. *in cap. placuit, de pœnit. diſt.* 6. *num.* 62. etiam quoad Regulares, ut poſt Coriolan. tenet Molfeſ. *p.* 1. *de pœnit. cap.* 21. *num.* 14. Tenet etiam Tambor. *lib.* 5. *de pœnit. cap.* 4. §. 1. *num.* 6. Barb. *de pot. Epiſc. alleg.* 32. *num.* 124. Gutier. *canon. lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 6. *& de matr. cap.* 66. *num.* 10. *&* 11. item *canon. lib.* 1. *cap.* 27. *à n.* 10. Sanch. *de matr. lib.* 3. *diſp.* 28. *n.* 8. Ponci. *de matrim. lib.* 5. *cap.* 10. *num.* 7. Bened. Per. *de pœnit. tr.* 38. *quæſt.* 3. *num.* 1190. Boſco *tom.* 4. *diſp.* 8. *ſect.* 1. *concl.* 4. *num.* 130. *ex cap.* 2. *de offic. leg. in* 6. Brancatus *diſp.* 20. *art.* 3. *num.* 93. Berullus *diſp.* 3. *quæſt.* 9. & communiſſimum dicit Brun. Neuſſer in Polianth. *Theol. moral. diſp.* 71. *quæſt.* 5. *n.* 11. Baſſæus *tom.* 1. *verb. Confeſſarius* 1. *num.* 7. *& verb. Confeſſarius* 2. *n.* 6. *& tom.* 2. *verb. Legatus num.* 12. ubi licèt ſermonem dirigat ad Legatum de latere, tamen cùm *num.* 5. ſtatuerit omnes tres Legatos poſſe ea omnia, quæ reliqui Ordinarij, & *num.* 6. ſolùm reſtringat in cauſis contẽtioſis ad appellationem, cùm hæ æquè ſint Legatis à latere prohibitæ in primâ inſtãtiâ definiri, infertur æquè de omnibus philoſophaſſe: idem innuit Abreu *de Parocho lib.* 9. *ſect.* 5. §. 1 *num.* 295. & plures alij communiter; quod jam olim docuit infelix Præceptor *de pot. Clav. art.* 3. *concl.* 3. *&* 5. *num.* 131. *&* 133. & apud illum Conrad. Bruno *de legat. lib.* 3. *cap.* 5. & Gambara *de offic. leg.* item Palaus *tract.* 28. *d.* 2. *p.* 13. §. 11. *num.* 1. Coninк. *diſp.* 27. *dub.* 2. *n.* 16.

8 Probatur reſolutio primò: quia, ut diximus *n.* 6. quiſque Legatus Apoſtolicus eſt verè Ordinarius, ac proinde proprius Sacerdos: ſed proprius Sacerdos poteſt delegare, ut cõſtat ex *cap. omnis utriuſque ſexûs*, & probat latè Boſco *ſect.* 2. *concl.* 1. *à num.* 2. ergò Legatus poteſt delegare juriſdictionem ad Confeſſiones excipiendas; ſed qui poteſt delegare cum juriſdictione Epiſcopali (quam non ſolùm habet Legatus, ut notant ſcribentes, maximè Abb. *in cap. cum in jure num.* 8. *de offic. leg.* ſed etiam maiorem ex eod. Abb. *cap. fin. n.* 5. *de tranſact.* nam de ipſo dicitur quod omnia poteſt, quæ non ſunt excepta, ex *gloſ. in cap. ſi Abbatem, verbo tranſeundi de elect.*

in 6. & omnia, quæ non ſunt reſervata Papæ in ſignum ſpecialis privilegij, *gloſſ. in cap. translationem de offic. leg. & in cap. quæ de cauſa 2. quæſt. 4. ſeu 5.* poteſt concedere approbationem, ut docent communiter DD. de Abbatibus, & Prioribus nonnullis habentibus juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, ut tradit Barb. *de pot. Epiſc. alleg. 25. num. 3.* Ergò & Legatus Apoſtolicus.

9 Probatur 2. Quia Legatus habet juriſdictionem ex ratione proprij officij; ſed qui habet juriſdictionem ex officio, poteſt delegare, ut deducitur ex generali regula *in l. more maiorum ff. de juriſd. omn. judic.* ergò & approbare. Excipitur tamen Parochus, qui licèt poſſit delegare, non tamen approbare, quia non habet juriſdictionem in foro externo, ut notat Pal. ex communi ſententiâ; neque eligere non approbatum, ut declaravit Alexand. VII. *propoſ. 16.*

10 Probatur 3. Quia Legatus poteſt quidquid poteſt Epiſcopus, ut probat Sanch. *de matr. diſp. 22. num. 8.* Atquî Epiſcopus poteſt dare approbationem: ergò etiam Legatus. Probatur 4. quia Legatus poteſt concedere dimiſſorias ad Ordines, & ſi ſit Epiſcopus, ordinare, ut tenet Grat. *lib. 4. diſc. c. 27 n. 27.* Cened. *tract. q. 38. num. 27.* & inclinat Boſco *diſp. 10. ſect. 3. num. 201.* item poteſt aſſiſtere matrimonio, ut tenet Benedict. Per. *tract. 2. ſect. 4. quæſt. 6.* Sanch. Gutier. & Pal. cit. cum cõmuni ſententiâ: ergò & approbationem concedere

11 Probatur 5. Quia indignum, & prodigioſum videtur, quòd Legatus, cujus authoritas dicitur eſſe authoritas Papæ, ex *cap. 2. de offic. leg. & cap. decreto 2. q. 6.* deberet obtinêre ab Epiſcopis ſuis inferioribus licentiam ad abſolvendum, & poſſe hos illi reſervare caſus, cùm par in parem, nec minor in maiorem non habeat imperium: & ſi abſolvit ex officio, cur non poterit alteri delegare? Equidem *regul. 72. de regul. jur. in 6.* eſt, qui facit per alium, perinde eſt ac ſi faciat per ſe ipſum; *regul. 68.* poteſt quis per alium, quod poteſt facere per ſe ipſum. Deinde *L. 5. ff. de juriſd. more maiorum, comparatum eſt, ut is demum juriſdictionem mandare poſſit, qui eam ſuo jure, non alieno beneficio haberet.* De hoc ſuprà *n. 9.*

12 Probatur 6. Quia Legatus æquiparatur Legatis Procõſulum, *cap. 2. de offic. leg. in 6.* ſed ijs tota cura Provinciarum ſibi cõmiſſarum incumbebat: ergò & Legato Apoſtolico. Probatur 7. quia Legatis competit omnis juriſdictio meri, & mixti imperij, dempto primo gradu, & ijs, quæ ſpecialiter Pontifici reſervantur; ſed in illo primo gradu, neque in ſpecialibus reſervationibus, nullatenus excluditur adminiſtratio Sacramenti Pœnitentiæ, neque

appro-

approbatio Confeſſarij, alitèr nec Epiſcopus id valeret, ut diximus *num.* 5. ergò Legatus poteſt approbationem præſtare Cõfeſſarijs.

13 Probatur 8. privativè quoad privilegia Cruciatæ: quia ideo plures DD. quos retulimus prima parte hujus quæſtionis, juxta Bullam Cruciatę Hiſpanam, aſſerunt quemquam Epiſcopum etiam extra ſuam Diœceſim poſſe approbare Oratoria, ut per Cruciatam in illis celebretur, quia Cruciata Hiſpana ſolùm requirit, quòd Oratoria ſint approbata ab Ordinario, quanvis locus non ſit ſubjectus tali Epiſcopo; quamobrem eam opinionem ibi non fuimus ſecuti: ergò à fortiori cùm Bulla non reſtringat approbationem Confeſſarij ad Ordinarium primæ inſtantię, nec excludat Legatum, qui verè Ordinarius eſt, & ſuperior in totâ Provinciâ ſuæ legationis, ſufficientem hic dabit approbationem à Cruciatâ requiſitam. Et confirmatur: quia ex eo, quòd Tridentinum requirat in matrimonio aſſiſtentiam Ordinarij, tenent omnes DD. ut diximus *num.* 10. Legatum poſſe aſſiſtere, & delegare facultatem ad aſſiſtendum etiam in prima inſtantiâ: ergò ſimilitèr poterit dare approbationẽ ad Cruciatam, quæ ſolummodò requirit Ordinarij approbationem.

Solvuntur argumenta contraria.

Pro parte contraria ſolùm invenimus Bordon. nemine citato, enixè obſtrepentem *tom.* 4. *deciſ.* 433. & ex illo Pegas remiſſivè *tract. de compet. cap.* 115. ideò illius rationes ad calcem reſervamus. Interim

14 Argues 1. Leo X. in Cõcil. Later. anno 1515. ſic decrevit: *Et cùm Eccleſiaſticus Ordo confundatur, ſi ſua unicuique juriſdictio non ſervetur, Ordinariorum juriſdictioni quantum cũ Deo poſſumus favêre, ac litibus celeriùs finem imponi, & litigãtium immoderatis ſumptibus, & expenſis parũ ſatagentes ſtatuimus, & ordinamus, quòd ſingulæ cauſæ, tam ſpirituales, quàm civiles, & mixtæ, forum Eccleſiaſticum, quomodolibet concernentes in primâ inſtãtiâ extra Romanam Curiam, & in partibus coram Ordinarijs locorum dumtaxàt cognoſci, & terminari valeant.* Item Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *de Reform. c.* 20. ita ſtatuit: *Legati quoque etiam de latere, Nuntij, Gubernatores Eccleſiaſtici, aut alij quarumcũq; facultatũ vigore, non ſolùm Epiſcopos in prædictis cauſis impedire, aut aliquo modo eorũ juriſdictionẽ ijs præripere, aut turbare non præſumant: nec etiam contra Clericos, aliasvè perſonas Eccleſiaſticas, niſi Epiſcopo prius requiſito, eoque negligente, procedant: alias eorum*

pro-

proceſſus, Ordinationesve nullius momenti ſint: atque ad damni ſatisfactionem partibus illati teneãtur. Ergò jam evanuit jus antiquum in Legatis, ut cognoſcerent extra appellationẽ; ac proinde non poſſunt approbare Cõfeſſarios, nec alium juriſdictionis actum exercêre extra appellationem.

15 Reſpondetur tamen diſtinguendo conſequens: evanuit jus antiquum, &c. in cauſis cõtentioſis, cõcedo conſequẽtiã: in alijs materijs, nego conſequẽtiam; nam cùm in juriſdictione Legati plura comprehendantur præter cauſas decidendas; & ſub his præcisè non includantur ea, quæ ad Sacramentorum adminiſtrationem ſpectant, ut vidimus *num.* 4. non eſt cur ad illa trahatur decretum Leon. X. nec Tridentini, quod de ſolis cauſis intellectum accipit, ut patet ex illius contextu: quocirca, licèt ad cauſas videatur jus commune correctum, ut expendit Gonçal. Tellez *tom.* 1. *lib.* 1. *tit.* 30. *cap.* 1. & tradit Nicolius in Floſcul. *verbo Legatus*, *num.* 3. non eſt cur hæc diſpoſitio ad alia trahatur; cùm lex correctoria non admittat extẽſionem ex uno ad alium caſum in lege non comprehenſum ob ſimilitudinem, vel etiam identitatem rationis; quia correctio legum eſt odioſa, & quantum fieri poteſt, vitanda, ex *L. præcipimus*, *Cod. de appellat.* ſic gloſ. auth. *quas actiones*, *Cod. de Sacroſ. Eccleſ.* Jaſon *num.* 21. dicens eſſe receptam, Bart. *num.* 8. & 9. Barboſa alios referens *L. ſi conſtante* 25. *ff. ſolut. matr. n.* 101. *verſ. tertia principalis concluſio*, *pag.* 561. Soar. *de legib. lib.* 6. *cap.* 3. *num.* 4. Salas *diſput.* 21. *ſect.* 6. *verſ. Tertia.*

16 Et præſertim procedit hoc in legibus exorbitantibus, hoc eſt, quæ deviant à jure cõmuni, qualis eſt hæc Trident. & Lateran. Concil. quæ deviant à jure communi Legatis conceſſo, ut rectè expendit Barboſ. *cit. n.* 92. ea enim, quæ à jure communi exorbitant, non ſunt in conſequentiam trahenda ex vulgari juris regulâ, ut tradunt Barboſ. *num.* 96. Salas *ſect.* 5. *num.* 14. Rebell. 1. *p. de oblig. juſt. q.* 6. *ſect.* 4. Pal. *tr.* 3. *diſp.* 5. *p.* 3. §. 4. *nûm.* 6. unde licèt prima inſtãtia in cauſis non ſit ab Ordinarijs auferenda, hoc eſt in materijs contentioſis, nil mirum, quòd hæc diſpoſitio non extendatur ad materias voluntarias: & patet hoc evidentèr in facultatibus Nuntijs cum poteſtate Legati de latere conceſſis, in quibus licèt plura alia recenſeantur, in ſolis cauſis jubetur non ſperni primam inſtantiam.

17 Sic etiam licèt Epiſcopus non poſſit exercere juriſdictionem contentioſam extra propriam Diœceſim, ut eſt prohibitum *in cap.* 2. *de conſt. in* 6. non tamen arcetur à juriſdictione voluntariâ exercendâ, ut docent

DD. *in l. 2. ff. de off. Proconſ. & in cap. Novit, de offic. leg.* Sylveſtr. *verb. Confeſſor. 1. q. 14.* Covar. *3. reſol. cap. 20. num. 8.* Sanch. *lib. 3. de matrim. d. 19. n. 7.* Suar. *in 3. p. tom. 4. diſp. 25. ſect. 1.* Layman. *lib. 1. tract. 4. cap. 5. num. 4.* & idē dicitur de Proconſulibus *in ſuprà citat. l. 2.* ut notat Gonçal. Tellez *tom. 1. tit. 30. cap. 1. num. 8.* ergò & ſimiliter licet prohibita fuerit Legatis juriſdictio contentioſa in primâ inſtātiâ, non ſequitur fuiſſe prohibitā voluntariam.

18 Argues 2. Ita ſe habet Legatus ad ſuæ legationis Provinciam, ſicuti ſe habet Archiepiſcopus ad ſuffraganeos; ſed Archiepiſcopus nequit excipere confeſſiones; nec approbare ad illas in ſuffraganeis, niſi per appellationem, aut in actu viſitationis: ergò idem dicendum de Legatis. Reſpondetur, negando maiorem: nam Legatus eſt Ordinarius totius ſuæ Provinciæ, ut diximus *num. 6.* & ſolum reſtringitur illius juriſdictio à Trid. & Lateran. in cauſis contentioſis, non tamen in voluntarijs: at verò nullibi in jure invenitur conceſſa juriſdictio ordinaria in ſuffraganeos genericè Archiepiſcopo, ſed tantùm limitatè ad appellationem, & actum viſitationis, in quo in primâ inſtantiâ cognoſcere poteſt, in requiſitis ſuffraganeis: imò ſicut diximus legem correctoriam non extendi ad non expreſſa in Legatis: ita conceſſio à jure facta Archiepiſcopo ad appellationem, & actū viſitationis, non eſt extendenda ad alios caſus, ut eſt communis doctrina ex Soar. *lib. 8. cap. 28. n. 11.* Bonac. *diſp. 1. quæſt. 3. p. 7. §. 1. num. 15. & §. 2. n. 11. & 12.* Pal. *tr. 3. d. 4. p. 13. n. 1.*

19 Argues 3. cum Sebaſtian. Cæſare *de Eccleſ. Hiſp. p. 1. diſp. 3. §. 2. num. 28.* Approbatio Confeſſariorum ſolis Epiſcopis ſpecialitèr reſervatur ex Trid. *ſeſſ. 23. cap. 15.* ſed ea, quæ Epiſcopis competunt ſpeciali juris beneficio, non ſunt de juriſdictione Legati, niſi aliàs Apoſtolico privilegio ſint muniti, ex *reg. l. quod vero, L. jus ſingulare ff. de leg.* & aſſignat exemplum in concurſu Ordinarij cum Inquiſitoribus in cauſis Fidei ex *cap. de hoc, de hæret. in 6.* Ergo Legatus nequit approbare Confeſſarios.

20 Reſpondetur tamen, negando minorem: nam cùm Legatus habeat juriſdictionem ordinariam maiorem omnibus Ordinarijs, poteſt, ut diximus, quidquid poſſunt inferiores Ordinarij, exceptis ſolis, quæ Pontifici reſervantur ſpecialiter: cùm autem ea, quæ Epiſcopis reſervatur, non prohibeantur Legatis, dicendum fuit, ab illa extendere ſuam juriſdictionem; nam Epiſcopus in ijs caſibus non habet juriſdictionem meræ delegatam, de quâ loquuntur textus allegati: ſed tranſit in ordinariam, utpote ratione muneris Epiſcopalis ſibi conceſſa, ut in ſimili probat

bat

bat Sanch. *lib.2. cap.11. num.23.* Azor. *tom.1. lib.8. cap.10. q.11.* & expendit Bosco *sect.5. concl.1. num.9.* Sic etiam ab ipso Cæsare malè limitatur Legato à latere potestas conferēdi beneficia devoluta ex *Clem.1. de suppl. negl.* nam communis sententia hanc potestatem concedit Legato à latere. Vide Pal. *tract.13: disput.2 p.25. à num.5.* Azor *p.2.lib.5.cap.28. quæst.13.* Garcia *de benef.p.5. cap.3. à n.27.* & alios apud ipsos. Et idem dicendum de visitatione exēptorum. Exemplum autem de Inquisitoribus non urget; nam cùm sit de causis contentiosis, quæ à Trid. in primâ instantiâ Legatis prohibentur, & aliàs Tribunal appellationis illarum sit privativè supremum Fidei Tribunal, Legatis absolutè manent tales causæ inhibitæ.

21 Argues 4. ex quadam declaratione Cardinalium apud Bosc. *sect.3. num.107.* quæ sic se habet: *Nullus præterquàm Episcopus se interponere debet in his, quæ spectant ad approbandos Sacerdotes sacræ cōfessionis ministros.* Respondetur tamen jam nos dixisse Legatos posse, quidquid Episcopi possunt; venireque sub illorum nomine, quatenus eorū Ordinarios. Si multa de hoc videre cupias ad Capitulum Sede vacante, & Abbates exemptos, consule eundem Bosc. *citat. à n.108.* ubi *num.110.* apponit ex Suar. *disp.28. sect.5. num.3.* hujus declarationis interpretationem: ubi etiam, quòd Suarius eam declarationem non habet pro authentica; utrumque consule, si mavis.

22 Instabis ex alia declaratione apud Nicolium *verbo Legatus, num.3.* ibi: *Innoc. X. prohibuit Cardinali Sabellio Legato Ferrariæ, &c. ne se intromitteret de materijs spiritualibus, quas Concil. Trid. Ordinario remittit, ut est clausura Monialium, approbatio Confessariorum, &c.* 1650. *Bologna* 30. *Septembr.29.* Verumtamen respondetur, quòd licèt hęc declaratio esset authentica secūdum normas Urban. VIII. quod Nicolius non demōstrat; non tamen ligat alium, quàm Legatum Ferrariensem, cùm enim jus cōmune corrigat omnem ordinariam facultatem Legatis tribuēs, non est ad nō expressos trahēda, ut diximus *à n.15. p.356.* quinimò nec omnes Legatos Ferrariæ successores comprehendit, sed solùm Cardinalem Sabellium tunctemporis ibidem Legatum à latere, cùm enim sit prohibitio personalis, morte personæ extinguitur, sicut reliqua præcepta; immò & morte illius Pontificis prohibentis, & præceptum inducentis, in quo differt præceptum particulare à lege universali, de quo communiter DD. apud Menoch. *lib.1. de arbitr. q.69.* Vasq. *1.2. disp.151. cap.3.* Sanch. *lib.8. de matr. d.28. q.2. num.47.* Suar. *de leg. lib.2. cap.10. num.9.* Pal. *tract.3. d.1. p.1. n.3.*

&

& alios. Et jure optimo prodire poterat ea prohibitio illi Legato, quia cùm eſſet Gubernator temporalis, utpotè in Pontificis ditionibus, ſuboriretur confuſio in ſpirituali juriſdictione, vel quid aliud ab illo Pontifice conſideratum.

23 Argues 5. ex *cap. ult. §. cæterum, de off. deleg.* quod probat nuda miniſteria non poſſe alteri delegari. Attamen reſpondetur munus abſolvendi ſacramentalitèr, & approbandi, non eſſe nudum miniſterium, ſed potiùs juriſdictionem ſupponere, ut docet Trid. *ſeſſ.* 14. *de Sacr. Pœnit. cap.* 6. *& cap.* 9. immò prædicta regula ſolùm procedit, quãdo nudum miniſterium competit ex commiſſione alterius, non ex proprio munere, ut explanat infelix Præceptor *de pot. Clav. art.* 3. *concl.* 5. *num.* 135. Adde, quòd Legati Apoſtolicæ Sedis, cùm ſint Delegati Principis, ſubdelegare poſſunt etiam nudum miniſterium ſibi commiſſum, de quo vide Nicolium *in Floſc. verbo Legatus num.* 4.

24 Argues 6. Non ſolùm à Trid. ſed à jure communi prohibêtur Legatis prima inſtantia, ut conſtat *ex cap. in Eccleſ.* 38. *de appellat.* ubi Pontifex Alex. III. ſtatuit non potuiſſe Archiepiſcopum Cantuarienſem, qui eſt Legatus natus, cognoſcere de cauſâ coram Epiſcopo Linconẽſi ſuffraganeo agitatâ, non alitèr, quàm ſi ex juſtâ cauſâ fuiſſet provocatus; ubi colligitur Archiepiſcopum Legatum nõ poſſe adiri per viam querimoniæ, ſed per ſolam appellationem juſtam. Ergò Legatis inhibita eſt juriſdictio in primâ inſtantiâ, ac proinde nequit approbare Confeſſarios.

25 Dupliciter reſpondet Panormit. ibi *num.* 4. apud Gonçal. Tellez *cit. num.* 10. primò ex vi hujus textûs Legatum poſſe adiri per modum ſimplicis querelæ, & appellationem juſtam, non verò frivolam, & injuſtam, quia fruſtratoria appellatio non devolvit cauſam ad ſuperiorem, *cap. cùm appellat, de appellat. in* 6. unde cùm in hoc textu Legatus non fuiſſet provocatus per ſimplicem querelam, nec per juſtam appellationem; ideo non potuit cognoſcere, ut decidit textus: quod etiam verum habet in Põtifice, non enim poteſt adiri per injuſtam appellationem, licèt per ſimplicem querelam adiri poſſit.

26 Secundò admittit Panormit. Legatum poſſe adiri per ſimplicem querelam, quando cauſa non eſt cœpta, & conteſtata coram Ordinario, ut probat Covarr. *pract. q.* 9. *num.* 3. nam cùm Epiſcopus, & Legatus Ordinarij ſint, datur locus prævention, niſi aliàs ſit prohibitum, ut in caſu hujus textus eſt à Trid. inhibitum; quia qui de cauſa cœpit cognoſcere, debet eam debito fine terminare, *cap. propoſuiſti,*

Juisti, de for. compet. & docet idē Abb. *num.* 3. & Gambara *de offic. leg. l.* 8. *num.* 13. Unde cùm *in dicto cap. cùm Eccles.* causa fuisset cœpta, & contestata coram Episcopo Lineonensi, ideo rejectus fuit Legatus à textu: sed hoc fuit correptum à Trid. utpotè in materiâ contentiosâ; nos autem sumus in jurisdictione voluntariâ, quæ valdè diversa est à contētiosâ, ut diximus *n.* 3. *p.* 351. Ideo idem tenemur dicere, quādo jurisdictio voluntaria transit in contētiosam, tunc enim reducitur ad terminos Trid. ut accidit in causa Baptismatis moderni Comitis de Ericeyra, negante licentiam Archiepiscopo Ulyssiponensi D. Antonio de Mendōça, & concedente Nuntio Apostolico D. Raviza, de qua controversia instituit Pegas suum tractatum de Competētijs; quod tamen non tollit, quòd potuisset Comes ejus parens priùs adire Nuntium, & non prævento Archiepiscopo à Nuntio obtinêre licentiam per modum primę instantiæ: immò adhuc negatâ licentiâ posset Nuntius adiri per simplicem querelam juxta facultates solitas, nisi præcederet prohibitio Pastoralis indictæ ab Archiepiscopo licentiam Nuntij ignorante, de quâ debebat Archiepiscopus certior fieri per appellationem; nam licèt jurisdictio hæc sit in se voluntaria, jam transierat in contentiosam, & ad judicium contradictorium reducebatur per Pastoralem, cui debebat priùs satisfieri remedio ordinario, saltem ne scandalum populo crearetur cū præjudicio authoritatis Archiepiscopalis.

27 Unde non facit textus *cap. pervenit* 11. *quæst.* 1. ubi jubētur causam Clerici cum alio Clerico ad Episcopum delatam non deberi proponi coram Legato Siciliæ defensore; nam talis textus nec loquitur de Legato Sedis Apostolicæ, sed temporali, ut adducit Gonçales *cit. n.* 9. nec cùm simus in materiâ prohibitâ à Trident. debet ad alia extendi, solùm enim ibi prohibentur causæ contentiosæ inter partes, & punitio Clericorum irrequisito Ordinario, qui casus, ut suprà diximus, sunt à nostro diversi valdè.

28 Argues 7. Ad plurimum hæc facultas solùm Legatis à latere debet concedi, utpotè præexcellenti dignitate fulgentibus; non autem alijs Legatis etiam cū potestate de latere, nam ijs restringuntur facultates, ut constat ex eorū literis. Respōdetur, omnes tres Legati species *n.* 2. *p.* 351. indicatas, esse verè Ordinarios, ex *cap.* 2. *de off. leg. in* 6. ipsa enim legatione cōsequuntur propriā, & ordinariam jurisdictionem, *cap. quod translationem*, ex quo delegationis officio non Apostolicâ delegatâ, sed suâ utuntur jurisdictione in negotijs sibi cōmissis, *cap. si Apostolicæ, cap. si qui,*

de

de præb. in 6. omnes enim deputati ſunt, ut diximus, ut noxia evellant ; & ſalutaria inducant, ut conſtat ex literis Nuntiaturæ , & *cap. mandata , de præſumptionibus* , & *cap.* 2. *de off. leg. in* 6. ad inſtar Jeremiæ à Deo Legati, Jerem. 1. *num.* 10. ibi: *Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper Regna , ut evellas , & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes , & ædifices, & plantes.*

29 Unde quiſque Legatus Apoſtolicus habet hanc ordinariam poteſtatem , licèt in nonnullis differant, quæ ad rem non attinent, nempè ; quòd Legatus natus , quales ſunt Archiepiſcopi Piſarum, Rhemenſis, Cantuarienſis, Eboracenſis , Toletanus, & plures alij , hanc habet juriſdictionem in ſolis ſuffraganeis, quæ durat , quandiù beneficiũ , cui adhæret illius poteſtas, & nil aliud poteſt ſibi vendicare ultrà in jure permiſſa. Nuntius verò , ſeu Legatus miſſus aliqua leviora poteſt in ſuâ Provinciâ, ex *cap. mandata , de præſumpt. cap. cùm delecti, de accuſ. excõm. de off. leg.*

30 Legatus autem à latere ultrà ordinariam poteſtatẽ , quæ Epiſcopis , & alijs Legatis competit, plura poteſt in jure conceſſa. Primum , abſolvere quoſcumque excommunicatos propter violentam manûs injectionem, *cap. excommunicatus, de off. leg.* Secundùm , beneficia conferre etiam ſpectantia ad patronum Eccleſiaſticum, *cap. Dilectus, de off. leg. cap.* 1. *eod. tit. in* 6. Tertium , ſuſpendere ad ſui adventum juriſdictionem Nuntij , & Legati nati, *cap. voluntas , de off. leg. cap. antiqua*, §. *Dominica , de privil.* Quartum, cognoſcere de cauſis exemptorum, *cap. ſi Abbatem, de elect. in* 6. *cap.* 1. *de off. leg. in* 6. Quintum, deferre Crucem per totam Provinciam , & ſub baldachino recipi ad ingreſſum Urbis , nam cæteri ſolùm aſcendunt equum album , deferunt calcaria inaurata , & veſtes rubras , *cap. Antiqua de privileg.* Sextum, recipere procurationes etiam extra Provinciam, *cap. cùm inſtant, cap. procurat, de cenſ.* Itẽ ſuam juriſdictionem non dimittit ab egreſſu Urbis uſque ad reditum.

31 Ex his autem , quando aliqua Nuntijs communicantur, nominantur Legati cum poteſtate de latere ; unde tunc ſolùm poſſunt , quod à jure competit Epiſcopis, & ultrà ea ſola , quæ ſpecialitèr exprimuntur in literis Nuntiaturæ ſuæ ; rè tamen non ſunt Legati à latere, nam his præter jurisdictionem Epiſcopis conceſſam, omnia ſuprà indicata à jurè nanciſcuntur, & non indigent ſpeciali commiſſione. Unde Legatus natus habet juriſdictionem Epiſcopalem extenſam ad ſuffraganeos, alij autem, & Nuntij, & à latere eam ad totam Provinciam Legationis extendunt. Vide Gõçal. Tellez. *ſuprà cit. n.* 6.

32 Argues 8. Alij Legati

non habent jurisdictionem circa exemptos, nisi solus à latere; atquî approbatio Confessarij tangit etiàm exemptos: ergò saltem circa hos nequiunt alij Legati dare approbationem. Respondetur, distinguendo maiorem: circa exẽptos in ordine ad suum gubernium, & confessiones, cõcedo maiorem; in ordine ad cõfessiones sæcularium, de quibus agitur, nego maiorem; nam cùm hoc possit Episcopus, & quilibet Legatus possit quidquid Episcopus, sequitur, quòd & hoc possit: immò si habeant potestatem Legati à latere, ut habet Nuntius Lusitaniæ, etiam circa exemptorum confessiones eam poterit exercere jurisdictionem.

Diluuntur rationes Bordoni.

33 Prima ratio Bordoni est; quia Trident. loquitur per verba ibi: *Ab Episcopis per examen*: ergò non ad Legatum. Sed frivola ratio; aliter Capitulum Sedevacante, & Abbates exẽpti id non possent, quod tamen non negat Bordonus, & est communis sententia; quia omnes veniunt sub nomine Episcopi in materia jurisdictionis: ergò a fortiori Legatus, qui Episcoporum Ordinarius, & superior est; vide *num.* 5. & 6. *pag.* 352.

34 Secunda ratio est; quia id officium spectat ad habentes curam animarum cum potestate Episcopali, vel quasi, ut colligitur ex dispositione Tridentini, quæ ordinatur ad salutem animarum; sed Legatus non remittitur à Pontifice tanquàm Curator, & Pastor ovium, sed præcipuè ut gubernet in temporalibus magis, quàm in spiritualibus, cùm ejus potestas tendat ad forum contentiosum magis, quàm ad voluntarium: ergò, &c. Respõdetur tamen negando minorem; nam ex *cap.* 2. *de off. leg. in* 6. & alijs text. omnis cura Provinciæ suę Legato committitur, ut suprà satis, superque diximus

35 Tertia; quia quando alicui ex officio est aliquid expressè commissum, censentur excluśi alij, quibus illud tale non fuit expressè concessum, quia lex sufficienter providit. Hoc tamen verum habet tantùm respectu inferiorum, non verò superioris, hic enim potest quidquid inferior, nam concessum inferiori censetur concessum superiori, ut tenet ipse Bordon. *p.* 2. *tom.* 3. *resol.* 52. *num.* 318. *arg. cap. illud* 3. *dist.* 95. & *cap. historia* 33. *quæst.* 2. & *cap. si ergò* 8. *quæst.* 1. ubi glossa ibi: *Non licèt minori, quod maiori non licèt*: & *cap. si Paulus* 32. *quæst.* 5. *L. his solis in fin. Cod. de revoc. donat. lib.* 8. *tit.* 6. *L. ult. Cod. decur. lib.* 10. nequit enim maior prærogativa competere inferiori, quàm superiori, ut concludit Rosa *apud Rub.* 7. *p. decis.* 136. *num.* 9. *Melivit. pensionis* 21. *Maij* 1636. *coram*

Digitized by Google

ram Ghiſilerio, Alex. *conſ.* 24. *n.* 44. *lib.* 2. *& conſ.* 75. *num.* 3. *lib.* 5. Surd. *conſ.* 443. *num.* 21. Rota coram Seraphino *dec.* 496. *n.* 12. in recent. *dec.* 783. *num.* 3. *p.* 2. Neque ſuperior cenſetur excluſus à juriſdictione inferioris, niſi ſpecialitèr, & expreſsè excludatur, ut habet idem Bordon. *ref.* 26. *num.* 43. *ex cap. de multa, de præb. cap. Sedes Apoſtolica, de ref. cap. fin. de off. leg. in* 6. *cap. Ne aliqui, de priv. in* 6. Gutier. *lib.* 3. *pract. quæſt.* 16. *n.* 5. Trimarch. *de ſolic. in conſ. diſp.* 8. *n.* 43.

36 Quarta; quippe Legatus quędam ſpecialia non poteſt, niſi illi expreſsè ſint conceſſa, *arg. cap. quod translationem* 4. *de offic. leg.* Non tamen hoc negatur in ijs, quæ Legatis à jure ſunt prohibita, nulla tamen datur prohibitio circa approbationes.

37 Quinta; quia Legatus juriſdictionem Epiſcopi non debet enervare, neque confundere, *ex cap. pervenit* 39. 11. *q.* 1. neq; turbare, ex Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 20. ergò neque poteſt examinare, aut approbare Confeſſarios; id enim eſt turbare ejus juriſdictionem; ad Epiſcopum enim, non ad Legatum ſpectat habere curam animarum, & providere illis de Confeſſarijs. Reſpondetur tamen *cap. pervenit* ſuprà jam *n.* 27. *pag.* 360. explanatum à nobis fuiſſe, Tridentinum autem ſolùm loqui de cauſis contentioſis, ut notavimus *num.* 15. *p.* 356. in his enim ſolùm conſideravit perturbationem, ubi ſolùm datur contētio, & jurgiū; ad id autem, quod dicitur de cura animarum, jam *num.* 34. *pag.* 362. dictum eſt.

38 Sexta ratio eſt; quoniam id eſſet eximere Sacerdotes à juriſdictione Epiſcopi quoad examen, & approbationem, quod efficere non poteſt Legatus; nam eximere aliquem à ſuo Ordinario eſt contra jus cōmune, quod non poteſt facere Legatus ex allegatis à Ciarlino *cap.* 125. *n.* 177. Negatur aſſumptum; nam approbare Confeſſarium non eſt illum eximere ab Ordinario, ſed cum illo concurrere, ſicut Epiſcopus concurrit cum Parochis ad confeſſiones excipiendas.

39 Septima; quia examinare, & approbare Confeſſarios, eſt propriè munus Ordinarij: Legatus autem etiam à latere, licèt dicatur Ordinarius *ex gloſ. in cap.* 2. *de offic. leg. verbo Reputantes*, tamen talis non eſt reſpectu hujus muneris, cùm non ſit miſſus ad curam præcisè animarum, reſpectu cujus potiùs extraordinarius diceretur, ut dicitur, quatenùs cōfert beneficia, ex allegatis à Gonçal. *ſupr. reg.* 8. *Canc. gloſ.* 21. *ad fin.* Jam verò diximus Legatum mitti ad curam animarum totius Provinciæ, ſicut Epiſcopus ad totam Diœceſim, licet Parochi hoc munus ſibi adſciſcunt immediatiùs, ſubordinatum tamen Epiſcopo, & Legato.

40 Octava; nam ſequere-

tur, quòd Episcopus justâ exigẽte causâ non posset facere revocationem generalem Confessariorum. Respondetur ad hoc, jam non posse dari justam causam post constitutionem Clement. X. jubentem non suspendi omnes simùl unius Conventûs Regulares à confessionibus audiendis : ast dato hoc, si Confessarius approbatus à Legato culpam incurreret, ob quam puniri debêret privatione muneris Cõfessarij, cùm illum non exemêrit Legatus, nec potuerit , non est cur dictæ pœnæ non subjaceat, immò in eo casu solùm per appellationem se immiscêre poterit Legatus ex Trid. utpote in materiâ redolente contentionẽ, & Clerici, seu Confessarij punitionem , quæ in primâ instantiâ Episcopis cõmittũtur,ut satisdictum est.

41 Nona ; quia Confessarij Legati non tenerentur casibus Episcopalibus , cùm non essent Confessarij Episcopales. Negatur tamen sequela ; adhuc enim ille Confessarius manêret subditus Episcopo , licèt posset justâ de causâ Legatus ei committere facultatem ad absolvendum à reservatis, quatenùs superior , & sicut ipse Pontifex præstat per Cruciatam , quin ideo dicantur Confessarij Cruciatæ exempti à jurisdictione Ordinarij, ne possint puniri indebitè operantes.

42 Decima ; quia cùm ex officio non incumbat Legato habere curam animarum, si jus habet approbandi Confessarios, id erit illi privilegium à Papâ specialitèr cõcessum, de quo tamen non constat : ergò nullum jus habet circa Cõfessarios. Ast jam diximus Legato competere curam animarum totius Provinciæ, sicut Episcopo totius Diœcesis.

43 Nonnullæ aliæ rationes eruuntur ex respõsionibus, quas Bordonus præstat fundamentis Naldi ; quarum prima est, quòd aliud est esse proprium Sacerdotem, aliud approbare Sacerdotes in Confessarios , licèt enim antiquitùs proprius Sacerdos posset etiam per alium excipere confessiones , modò post Trid. hujusmodi commissio spectat tãtùm ad Episcopos, ita quòd nec Episcopus potest confiteri simplici Sacerdoti , nisi illum priùs judicet idoneum , & approbet pro se,ut non semèl decisum fuit: itaque non sequitur ex eo, quòd Legatus sit proprius Sacerdos, quòd possit munus excipiendi confessiones alijs simplicibus Sacerdotibus committere in terminis Tridentini , licèt antea hoc fuisset verum ; proindeque licèt detur,quòd Legatus sit proprius Sacerdos, adhuc ex officio suo jus non habet approbandi Confessarios, cùm sint diversa , ex quibus non infertur, ut est in jure vulgatum.

44 Fatemur non omnem proprium Sacerdotem posse approbare Confessarios;nam Parochus

chus est proprius Sacerdos, & nequit approbare post Tridentinum, quod hoc Episcopis reservavit, ut ad notavimus *n.9. p.* 354. hoc tamen nō habet verū de proprio Sacerdote jurisdictione Episcopali fungente, ut sunt Abbates exempti, & Capitulum Sede vacante, ut ipsemet Bordonus cum communi concedit; ergò minùs de proprio Sacerdote Episcopis superiore, ut ex ipso Bordono statuimus *n.* 35. *p.* 363. unde licèt esse proprium Sacerdotem, & approbare Sacerdotes in Confessarios sint diversa in Parocho; identificantur tamen in Episcopo, proindeque in ejus superiore, qualis est Legatus in tota sua legatione.

45 Secunda ratio Bordoni eruta ex responsionibus ad fundamenta Naldi est, quòd licèt Legatus habeat maiorem potestatem Episcopis, intelligitur non simpliciter, sed respectivè ad ea, quæ Episcopis non competunt, aut non conceduntur; maioritas enim attenditur respectivè ad privilegia, quæ Papa concedit, non autem constat Legatos habere à Pontifice privilegium approbandi Confessarios, examinatio enim facta per Legatum inducit exemptionem in Confessarios, qui ex hoc non subjiciuntur suo Episcopo, quæ exemptio est reservata Papæ, *glos. in cap.4. de off. leg. verbo reservata.* Deinde quia Legatus nequit adiri per simplicem querelam, nec avocare ad se causas, nisi per viam appellationis, ex Dōmin. *in cap. Romana, de foro compet. in* 6. Grammat. *de off. leg. lib.* 8. *num.* 16. & 17. & expressiùs in Trid. *sess.* 22. *cap.*7. ubi innovatur constitutio Innoc. IV. relata *in cap. Romana, de appell. in* 6.

46 Dicendum attamen est, Legatum non solùm esse maiorem Episcopo, quia potest, quòd non potest Episcopus, sed quia potest omnia, quæ omnes Episcopi possunt suâ legatione, ut diximus *num.* 10. *pagin.* 354. unde non indaganda est in Legatis potestas ad approbandum Confessarios ex ijs, quæ à jure, vel à Pontifice ei conceduntur, & non possunt ab Episcopis exercèri, sed ex ipsissimis, quæ ipsi possūt Episcopi, qui cùm possint approbare, ità & Legatus in omnibus Diœcesibus suæ Provinciæ. Neque examinatio eximit Confessarios ab Ordinario, ut diximus *num.* 38. *pag.* 363. immò eos reddit Ordinario subditos in exercitio ejus jurisdictionis, si forsan in eo deliquerint. Quòd autem Legatus adiri nequeat in causis contentiosis, nisi per viam appellationis, in causa non est, ut non possint in jurisdictione voluntaria, ut expendimus *num.* 15. *pag.* 356.

47 Ultima ratio ex responsis Bordoni extracta est, quòd Legatus non ex titulo suæ legationis, nec ex officio sit proprius

Sacerdos, sed solùm dicitur ex privilegio, cùm possit dari Legatus nondum Sacerdos, & continuari in officio sine Sacerdotio; undè licèt si sit Sacerdos, possit absolvere etiam à reservatis Episcopo, quia reservatio solùm dirigitur ad Episcopi subditos, cui non est subjectus Legatus; attamen non indè colligitur posse approbare Confessarios, siquidem id munus non spectat ad Sacerdotem proprium, sed ad Episcopum, ut dicitur in Trid. *sess.* 14. *cap.* 7. *& can.* 11.

48 Respondetur tamen, Legatum esse proprium Sacerdotem ex sua legatione, & munere proprio, licèt non sit Sacerdos, ad ea, quæ ordine Sacerdotali non indigent; & sic Provisor Episcopi non Sacerdos potest dare approbationem sine ordine Sacerdotali, & ipse Parochus nõ Sacerdos potest exercêre ea munia, quæ Sacerdotium non requirunt, ut assistere matrimonijs, & delegare jurisdictionem ad Sacramenta administranda, ut est communis sententia. Vide Palaum *tract.* 28. *disp.* 2. *p.* 13. §. 10 *num.* 3.

49 Ex quibus satis colligitur Legatum posse cõcedere jurisdictionem ad confessiones excipiendas, in sua legatione, & ad illam adjudicare veram approbationem, quæ si detur absolutè, licèt finiatur jurisdictio, potest sibi adscisere Cruciatæ jurisdictionem, proindeque Confessarius sic approbatus, poterit eligi per Cruciatam, pro tempore cõcessæ approbationis: si autem approbatio limitatè adjudicetur, insurgit nova difficultas seorsim discutienda, & à nobis modò subjicienda.

DIFFICULTAS SECUNDA.

An limitatè approbatus sit eligibilis per Cruciatam?

HÆc difficultas distinctè vẽtilatur in contentione Episcoporum infrà inferenda; illam tamen invenimus olim à doctissimis Societatis Jesu Magistris benè discussam, ideo eorum consulta opportunum duximus in lucem edere.

Judi-

Iudicium R. P. Antonij Fernandez Societatis Iesu.

Quæritur an Sacerdos approbatus ab Ordinario pro certo loco, vel pro talibus personis, vel pro tali Diœcesi, vel ad certum tempus, elapso eo, sit eligibilis in Confessarium per Bullam Cruciatæ, vel Iubilæi?

SUMMARIUM.

1 *Approbatus limitatè ob defectũ scientiæ non est eligibilis, aliàs contrarium dicendum.*
2 *Approbatus in uuâ Diœcesi, est in aliâ eligibilis.*
3 *Approbatus ad tempus, eo trãsacto, non est eligibilis.*

1 AD primum respondeo negativè; si illa limitatio ad certum tempus, & personas facta fuit ob defectum scientiæ in Confessario: aliter dicendum, si non fuit ob defectum scientiæ, sed ob alias causas: unde Confessarius approbatus ad confessiones virorum, quia ipse est valdè juvenis, potest virtute Bullæ eligi à fœminis: non autem si fuit approbatus ad viros, qui parum scientiæ habebat. Vide AA. apud Bonacin. *in sum. verbo Bulla Cruciatæ num.* 21.

2 Ad secundum respondeo utrumque esse probabile: nisi in Jubilæo apponatur ista clausula: *ab Ordinario loci*: si enim non apponatur talis clausula, solùm requiritur approbatio Ordinarij cujuslibet: vide AA. apud Bonac. ubi suprà citatum *n.* 20.

3 Ad tertium respondeo negativè: quanvis Bonac. *n.* 24. asserat posse admitti oppositum. Ratio tamen nostra est; quia ille homo jam non habet qualitatem requisitam, nempè approbationem; quia concessum ad tẽpus, censetur negatum post illud, ut ex jure ostendit Surd. *cons.* 354.

D. Antonius Fernandez.

Iudicium R.P. Francisci Freyre Societatis Iesu.

Quæritur an Sacerdos approbatus ab Ordinario ad certum tempus, eo elapso, sit eligibilis in Confessarium per Cruciatam, vel Jubilæum?

SUMMARIUM.

1 *Approbatio est actus intellectûs, quo Sacerdos idoneus judicatur. Multifariam potest Ordinarius approbationem præbere.* Ibid.

2 Or-

Digitized by Google

2 *Ordinarius potest approbatum reprobare, cùm judicaverit inidoneum.*

3 *Approbatus pro tempore limitato, eo transacto, potest eligi per Cruciatam.*

4 *Parochus post dimissam Parochiam est eligibilis.*

5 *Approbatus pro certo loco, vel certo numero personarum, ab omnibus ubique est eligibilis.*

Injustè reprobatus, dummodò antea fuerit approbatus, est eligibilis. Ibid.

6 *Approbatus simpliciter, etiam finitâ jurisdictione est eligibilis.*

7 *Iurisdictio limitata non restringit approbationē illimitatè judicatam.*

8 *Iustè reprobatus nequit eligi per Bullam.*

9 *Episcopo suspendente Confessarium ex aliâ causâ, qua eum non reddat inidoneum, adhuc eligi potest.*

10 *Confessarius ignorans reprobationem, vel revocationem factam, adhuc est eligibilis.*

1 QUæstio hæc quamplurimos potest habere sensus, neque vidi Doctorem, qui eam elucidet, distinguendo, cōprehendēdoque omnes. Quare supponendum est approbationem esse actum intellectûs, quo Sacerdos idoneus judicatur ad confessiones audiendas, in quo DD. conveniunt, & notat Suar. *de Pœnit. disp.* 18. *sect.* 4. *num.* 22. quod judicium vel esse potest absolutum absque limitatione, aut cum illa in ordine ad locum, tempus, vel personas, &c. in quo etiam conveniunt DD. Similitèr potest Ordinarius suum judiciū declarare, decernendo Sacerdotem esse idoneum, negando tamen ei licentiam, aut jurisdictionem; potestque etiam ei jurisdictionem præbêre, quin eum idoneum judicet, aut declaret, sicut etiam potest illum absolutè declarare idoneum sine limitatione, & tamen licentiam, sive jurisdictionē limitatam, vel quoad tempus, vel quoad locum, vel quoad personas concedere, ita ut finitâ jurisdictione, adhuc perseveret approbatio, ut rectè notavit Suar. *cit.* unde potest etiam illum simpliciter judicare, & declarare idoneum ad audiendas confessiones in tali loco, vel talium personarum, v. g. Clericorum, vel rusticorum, & nihilominus jurisdictionem ad certū tantùm tempus concedere pro tali loco, vel pro talibus personis, in quo casu etiam finitâ jurisdictione perseverabit approbatio.

2 Denique potest concedere jurisdictionem absolutè, & tamen non judicare, neque declarare idonēū, nisi limitatè quoad tempus, locum, vel personas, & ideo finitâ approbatione, manebit jurisdictio, sed impedita propter defectum approbationis, quæ est conditio necessaria ad eam exercendam; in quibus omnibus

nibus conveniunt DD. vel clarè, vel ex eorum doctrinâ evidentêr colligitur, ut videre est apud Suar. *cit.* Rodrig. *in addit. Cruciat. ad* §. 9. *à num.* 3. Fagund. *p.* 2. *lib.* 7. *cap.* 3. *num.* 1. *&* 5. Hẽriq. *lib.* 6. *cap.* 6. *num.* 3. Bordon. *ref.* 36. *à num.* 25. constat etiam apud DD. posse Ordinarium saltem quoad Sacerdotes sæculares, approbationem absolutam quoque concessam, vel revocare, itaut Sacerdos non maneat amplius approbatus, vel eum positivè reprobare, judicando, & declarando non idoneum, de quo Trullench *in Cruciat. lib.* 1. *cap.* 1. *dub.* 7. & alij innumeri apud Barb. *in Trid. Sess.* 23. *cap.* 15. *de reform.* Bordon. *d. ref.* 36. *n.* 4. His positis,

3 Ad propositam quæstionem dico 1. Quando Ordinarius expressè ait in sua provisione, approbare pro uno tantùm anno, v. g. & licentiam concedere Francisco Sacerdoti ad confessiones audiendas; adhuc in hoc casu vult Costa *in Cruciatam quæst.* 39. *in fine*, quòd sit eligibilis, anno elapso, ex privilegio Cruciatæ, vel Jubilæi; quia semper censetur simpliciter approbatus, quandiu positivè non reprobatur. Idem tenet Fay *in addit. ad* 3. *p. q.* 80. *art.* 5. *disp.* 3. *cõclus.* 4. *ad* 3. *argument.* & cum eo Dian. *p.* 1. *tract.* 11. *ref.* 11. quando Episcopus sine causa limitat approbationis tempus, cùm talis sit absolutè idoneus.

4 Confirmatur probabilitas hujus opinionis Costæ absolutè sumptæ, ex traditis à Villalob. *tom.* 1. *in sum. tract.* 27. *claus.* 9. §. 1. *num.* 4. *& tract.* 9. *diffic.* 55. *n.* 5. Rodrig. *d. dub.* 9. *in addit. num.* 4. Joan. à Cruce *in direct. p.* 2. *de pœnit. quæst.* 5. *dub.* 8. *concl.* 4. quod Parochus eligibilis sit per Cruciatam, vel Jubilæum, etiam post demissùm Parochiale beneficiũ, licèt à jure non approbetur, nisi ratione beneficij Parochialis obtenti ex *d. cap.* 15. *de reform.* & ego jam olim probabile dixi utrumque *lib.* 2. *de Parocho cap.* 14. *num.* 1.

5 Confirmatur amplius ex quasi communi opinione asserẽte, approbatum in una Diœcesi, etiam pro certo loco, vel pro certa specie personarum, ab omnibus ubique terrarum eligibilem esse per Cruciatam, vel Jubilæum, de quo Dian. *d. tract.* 11. *ref.* 79. *&* 10. *& p.* 3. *in addit. ref.* 7. cùm tamen videatur talem approbationem non excedere terminos Diœcesis, vel loci illius Diœcesani determinati, nec speciem illarum personarum; nihilominus simpliciter censetur approbatus ab Ordinario. Unde videtur, quòd Sacerdos approbatus expressè pro uno anno, si eo elapso, non reddatur inidoneus, vel positivè non reprobetur ab Ordinario, adhuc debeat idoneus censeri, ut eligatur, & approbatus ad hunc effectum, quia jam legitimè constitit Pontifici,

tifici, qui jurisdictionem confert, de ipsius idoneitate, neque postea factus est inidoneus, neque talis judicatus per positivam Ordinarij reprobationem, immò quanvis illum Ordinarius postea reprobasset injustè, si adhuc verè idoneus erat, cessat à Costa adhuc esse eligibilem *quæst.* 40. & Joan. à Cruce *loc. cit.* id probabile judicat; nec dissentit Dian. *d. tract.* 11. *ref.* 12. Quod cõfirmatur ex communi doctrinâ asserente Confessarium Regularem semèl approbatum ab uno Episcopo, si ab eodem Episcopo, sine justâ causâ reprobetur, adhuc eligibilem esse per Cruciatam, vel Jubilæum, ut cum alijs docet Trullench *dict. dub.* 7. *num.* 18. & Dian. *ref.* 7. *in addit. vers. not.*

6 Dico 2. quando Episcopus in sua provisione non loquitur de approbatione, sed simpliciter visâ examinatorum approbatione absolutâ licentiam concedit Sacerdoti ad confessiones audiendas pro certo tempore, v. g. pro uno anno, talis Sacerdos potest sine dubio eligi in Cõfessarium eo anno elapso per Cruciatam, vel Jubilæum; ita colligitur apertè ex Suar. & alijs *suprà cit.* quia approbatio fuit absoluta, sola verò concessio jurisdictionis limitata ad annum, & ideo finita jurisdictione perseverat approbatio. Si verò examinatores dicant se approbare ad annum, vel duos annos, talem Sacerdotem, ut fieri solet in Bracharensi Diœcesi, tunc dubium est, an eo anno, vel duobus annis elapsis, eligibilis maneat talis Sacerdos, sicut quando in literis expressè dicitur, quod per unũ annum approbatur; de quo dictum est abundè n. præcedenti.

7 Nec dici potest, quòd cùm licentia sit ad tempus concessa, etiam approbatio censetur facta pro eodem tempore; quia sicut notat Suar. *d. num.* 22. benè potest Episcopus simpliciter approbare, & tamen jurisdictionẽ ad tempus tantùm concedere, & tunc quanvis elapso eo tempore cesset jurisdictio, non cessabit, inquit, approbatio: immò quando approbationem expressè non limitat, censetur concedere in totam Diœcesim, ut rectè notat Henriq. *d. cap.* 6. *n.* 3.

8 Dico 3. quando Episcopus positivè reprobat ex justâ causâ Sacerdotem antea approbatum, non potest eligi in Confessarium per Cruciatam, vel Jubilæum. Probatur manifestè; quia talis Sacerdos nullo modo censetur approbatus ab Ordinario, cùm prior approbatio legitimè cessaverit, de quo Trullẽch latè *d. dub.* 7. cum alijs, & Bordon. *d. ref.* 36. in eo tamen casu in quo reprobasset injustè, dictũ est *num.* 5. *ad fin.* adhuc esse probabiliter eligibilem.

9 Dico 4. quando Episcopus non reprobaret Sacerdotem jam approbatum, sed ex aliâ justâ

ſtâ causâ, quæ ipſum non redderet inſufficientem, revocaſſet approbationem datam in perpetuum, vel ad tempus, adhuc eligi poſſet per Cruciatam, vel Jubilæum ex à Coſta *dict. quæſt.* 40. Joan. à Cruce *d. concl.* 4. Dian. *d. reſ.* 12.

10 Dico 5. quando approbatio ad tempus conceſſa, quocumque modo finiretur, vel per revocationem, vel per juſtam reprobationem ablata eſſet, ſi tamen Sacerdos ignoraſſet eſſe ſublatam, vel finitam, talis Sacerdos eligi poſſet in Confeſſarium, ut rectè notat Trullench. *d. cap.* 1. *dub.* 4. *num.* 5. *ad medium*, ex traditis ab Henriq. *lib.* 6. *cap.* 6. *num.* 3. *in cõment. lit. I*; & à Sãch *l.* 3. *de matr. diſp.* 22. *n.* 58. Ulyſſiponæ 7. die Maij anno 1643.

Sub cenſura

Franciſcus Freyre.

Dubium incidens ab eodem P. reſolutum.

Utrùm Sacerdos approbatus ab Ordinario ad certum tempus, eo elapſo, ſit eligibilis per Parochum? Idemque quæritur durante anno approbationis, & juriſdictionis ad ſuos Parochianos audiendos.

SUMMARIUM.

1 *Parochus poteſt delegare juriſdictionem approbato.*

2 *Idem dicendum; licèt approbatio fuerit data in aliâ Diœceſi. Confeſſarius utens opinione probabili nequit ab Ordinario puniri.* Ibid.

1 NOn eſt dubium durante anno approbationis, & juriſdictionis, poſſe Parochum cuilibet Sacerdoti delegare facultatem, ut ſuorum Parochianorum confeſſiones audiat; ex *cap. Placuit, de pœnit. diſt.* 6. & *cap. omnis utriuſque ſexûs; de pœnit. & remiſſ.* neque per Tridēt. *ſeſſ.* 23. *cap.* 15. *de reform.* talis Parochis eſt ſublata, ſed prohibitū ne fiat delegatio niſi in approbatum ab Ordinario, de quo Dian. *p.* 3. *tract.* 4. *reſ.* 110. Barb. *de pot. Epiſc. alleg.* 25. *num.* 25. & *de off. Paroch. cap.* 19. *num.* 24. & 27. Navar. *in d. cap. Placuit n.* 49. Soar. *de Pœnit. d.* 26. *ſect.* 1. *n.* 3. *d.* 27. *ſect.* 1. *num.* 2. & *d.* 28. *ſect.* 4. *à num.* 11. Trullench *in Cruciat. lib.* 1. §. 7. *cap.* 4. *d.* 3. *num.* 11. Layman. *lib.* 5. *tract.* 6. *cap.* 10. *n.* 11. Fagund. *in* 2. *Eccleſ. præcepto lib.* 7. *cap.* 2. *à n.* 42. Bonac. cum alijs *d.* 5. *de Pœnit. Sacram. quæſt.* 7. *cap.* 4. §. 1. *num.* 12. Ægid. *d.* 8. *dub.* 4. *num.* 28. & alij communiter.

2 Et quoad caſum, quo finitum ſit approbationis tempus, vel

Digitized by Google

vel Sacerdos ſit approbatus per Ordinarium alterius Diœceſis, remanet eligibilis à Parocho ad illi delegandam juriſdictionem audiendi confeſſiones ſuorum ſubditorum omni caſu, quo à pœnitẽte eligi poſſit virtute Cruciatæ, vel Jubilæi, de quo in præcedenti deliberatione dictũ eſt; ſicut enim Pontifex ſuppoſitâ approbatione Ordinarij cõfert electo juriſdictionem, ita Parochus. Unum moneo, quòd Parochus in his caſibus delegãs, vel Sacerdos delegatus puniri non poteſt ab Ordinario, quia qui ſequitur opinionem probabilem non committit culpam, & ubi culpa nõ eſt, pœna non habet locum, ex *regul. ſine culpa* 23. *de regul. jur. in* 6. & ita advertit Joan. Sanch. *in ſelect. diſp.* 33. *num.* 43. *& diſp.* 44. *num.* 27. *& diſp.* 48. *num.* 52. *& Dian. ad ref.* 110. *verſ. notandum*; immò in confinio duarum Diœceſum juxta cõmunem ſententiam poteſt Parochus alteri Sacerdoti, præſertim Parocho vicino in alienâ Diœceſi approbato, & animarum curam habenti, committere vices ſuas circa omnium Sacramentorum adminiſtrationem, ut notat Dian. *d. art.* 4. *reſ.* 110. *& p.* 5. *tract.* 12. *reſ.* 48. *verſ. notandum*, Suar. *diſp.* 28. *ſect.* 4. *num.* 19. *& ſect.* 7. *num.* 18. Vaſq. *tom.* 4. *in* 3. *p. q.* 93. *art.* 3. *dub.* 4. *num.* 2. Bonac. cum alijs *d. n.* 12. *verſ. add.* Ulyſſipon. 26. Aprilis 1644.

Sub cenſura

Franciſcus Freyre.

Ex ſuperioribus conſtat probabile eſſe, quòd ad tempus approbatus, finito eo, maneat eligibilis per Cruciatam; quia tamen contraria ſententia probata fuit in contẽtione Epiſcoporum, *Explorat.* 2. *num.* 64. reſtat inquirere an ſaltem in Diœceſi, quâ ſimiliter approbatus abſolutè maneat ad Sacerdotes approbatus, fiat omnibus eligibilis per Cruciatam, de quo inſtitui debet ſpecialis difficultas: ſit igitur.

DIFFICULTAS TERTIA.

Utrùm Confeſſarius ad tempus approbatus, eo finito, ſit per Cruciatam eligibilis in eâ Diœceſi, in quâ habetur ad Sacerdotes indefinitè approbatus, etiamſi aliò ſe transferat, ubi non ita habeatur?

SUMMARIUM.

1 *Confeſſarius approbatus ad tẽpus, eo finito, nequit eligi per Cruciatam, niſi ſit regularis.*

2 *Approbatus ad certum genus perſonarum eſt eligibilis.*

3 *In*

3 *In Diœcesi Ulyssiponensi ad tempus approbatus, manet absolutè ad Sacerdotes approbatus.*

4 *Ad tempus Ulyssipone approbatus est eligibilis per Cruciatam, finito approbationis tempore.*

5 *Ad tempus approbatus respectu Sacerdotum est indefinitè approbatus, etiam sæcularis.*

6 *Sed adhuc differt à Confessario Regulari.*

7 *Ad tempus approbatus est verè approbatus, & n.* 8.

9 *Cruciata non requirit approbationem extensivam, sed intensivam.*

10 *Indecens est ignarum exponere Confessarium.*

11 *Non tenetur Pontifex exponere doctiores, adstipulante urgẽti causâ.*

12 *Limitatio approbationis non semper arguit defectum scientiæ in Confessario.*
Plures Sacerdotes habẽt vitam effrænatam. Ibid.

1 SUpponendum 1. Confessarium sæcularem ad tempus approbatum, eo transacto, præcisè quia fuit approbatus, non esse eligibilem per Bullam. Ita habetur *in Epitom. tit. de Confess. n.* 7. contra nonnullos DD. quos sequitur Costa *q.* 39. Ratio est: quia exceptio facta in Regularibus per particulam *semèl*, firmat regulam in contrarium in sæcularibus ad actualem approbationem.

2 Supponendum 2. limitatè approbatum ad certum genus personarum, esse per Cruciatam eligibilem ab omnibus alijs. Ita *in Epit. num.* 5. & *in responsione ad Censuram P. Pedrosi num.* 12. Ratio est: quia Cruciata non distinguit ad approbationem indefinitam ad omne genus: ergò sufficit ad quodcumque; nam ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus.

3 Supponendum 3. in hac Diœcesi Ulyssiponensi, & nonnullis alijs qualitercũque semèl ab Ordinario approbatum, censeri approbatum ad Sacerdotum confessiones sine temporis præfinitione. Ita habetur *in Constit. Synod. Ulyssipon. lib.* 1. *tit.* 10. *decret.* 3. §. 1. *pag.* 78. & *decret.* 4. §. 4. *pag.* 81. *in fine*, Portaleg. *lib.* 1. *tit.* 6. *cap.* 2. *num.* 3. & *cap.* 7. *n.* 2. Visens. *lib.* 1. *tit.* 4. §. 3. Lamec. *lib.* 1. *tit.* 7. *cap.* 5. §. 5. Algarb. *lib.* 1. *cap.* 55. *pag.* 103. *vers. E para que*, & Portuens. *lib.* 1. *tit.* 6. *Constit.* 4. *pag.* 74. *vers. E os Sacerdotes*, & in alijs, & observat praxis. Quibus suppositis,

4 Sit resolutio: Ad tempus approbatus in ea Diœcesi, ubi ad Sacerdotes censetur illimitatè approbatus, est ubique eligibilis per Cruciatam. Probatur: quia ille approbatus est absolutè, & simplicitèr approbatus ad certum genus personarum: sed approbatus ad certum genus est eligibilis, ut diximus *num.* 2. Ergò, &c. Maior constat: quia secùs diceretur excipere Sacerdo-

tum confeſſiones ſine vera approbatione Ordinarij cõtra Trident. diſpoſitionem. Hæc reſolutio colligitur ex Pal. *tract.* 23. *p.* 15. §. 2. *num.* 10. *& tract.* 24. *p.* 8. §. 1. *num.* 3. ubi plures citat; contra tamen nonnulla inſurgũt argumenta.

5 Objicies 1. hic Confeſſarius, ut ſupponitur, eſt ad tẽpus approbatus dumtaxat ; ſed ad tempus approbatus, eo trãſacto, non manet eligibilis, ut diximus *num.* 1. ergò , &c. Reſpondeo diſtinguendo maiorem : eſt ad tempus approbatus ad omne, vel aliud genus perſonarum, cõcedo maiorem ; ad diverſum genus, ſcilicèt Sacerdotum , nego maiorem : nam reſpectu horum dat hypotheſis approbationem indefinitam, & citra ullam tẽporis præfinitionem, ut ex praxi, & conſtitutionibus liquet.

6 Inferes : ergò ſæcularis ſic approbatus æquiparatur Regulari ; ſed hoc eſt contra expreſſum Cruciatæ tenorem exprimentem in Regularibus particulam *ſemèl* , non in ſæcularibus : ergò, &c. Reſpondeo diſtinguendo illatum : æquiparatur Regulari, quatenus eſt indefinitè approbatus ad Sacerdotes, tranſeat illatio ; prout eſt ad tempus approbatus , nego illationẽ: nam prout ſic ſæcularis, nõ eſt eligibilis, maximè verò Regularis : unde ubi mos non vigebit ſemèl approbatum excipere Sacerdotum confeſſiones , non valebit eligibilitas inibi approbati, nec ſimiliter, cùm ad ipſos Sacerdotes approbatio fuerit pro limitato tempore conceſſa.

7 Objicies 2. ad tempus approbatus, non ultrà quà talis judicatur approbatus, quatenus Ordinarius non invenit in eo defectum pluries examinãdum ; ſed cùm limitatio approbationis procedit ex ſcientiæ defectu, nequit prorogare eligibilitatẽ Bullæ ultra terminos ſibi præfixos : ergò licèt talis Confeſſarius cenſeatur ad Sacerdotes approbatus, non erit eligibilis per Cruciatam. Reſpondeo diſtinguendo maiorẽ: quatenus Ordinarius invenit defectum actualem, nego maiorem ; quatenus invenit defectum forſan obventurum, & non fidit plurimum ejus ſtudio, concedo maiorem ; nam ſecùs non illum approbaret pro illo tempore ad confeſſiones excipiendas : ad minorem autem dicendum, quòd licèt eam autument nonnulli DD. negant tamen plures; nam in illo prout ſic limitatè approbato , datur rigoroſè conditio Cruciatæ : unde ſi non affigeretur particula *ſemèl* , ex eo præcisè maneret eligibilis, ut videre eſt apud Coſta *cit.* Ant. à Spirit. Sanct. Delbene, & alios; attamen propter illius particulæ affixionem probabilior ſententia talẽ eligibilitatẽ rejicit. Cùm verò per aliam formalitatem inveniatur in præfato approbato eadem particula *ſemèl* ex conſtitutione Synodali ad Sacerdotes, ratione cujus manet ad illos ſimpli-

Digitized by Google

pliciter approbatus, manet etiã per Cruciatam eligibilis, quatenùs hæc requirit dumtaxat approbationem veram, & indefiniram in Confessario seculari.

8 Objicies 3. eã approbatio solùm dici potest secundùm quid approbatio, non tamen absolutè, & simpliciter; sicut Æthiops solùm dici potest albus secundùm quid, propterea que non venit sub ratione hominis albi absolutè sumpti: sed Cruciata requirit approbationem absolutam, & simpliciter talem; ergò nullatenùs ei placebit talis approbatus, ut in Confessarium eligatur. Respondeo negando maiorem; nam ea approbatio habet quidquid requiritur ad verã, & absolutam approbationem sumptam intensivè, licèt extensivè deficiat à generalitate personarum: undè ad exẽplum est diversa ratio: nam Æthiopi nullatenùs competere potest, quòd sit albus, nisi cum addito, *secundum dentes*; idcircò sub absoluta ratione albi hominis neutiquàm venit appellandus.

9 Respondeo 2. distinguendo minorem: Cruciata requirit absolutam approbationem, hoc est, extensivam ad omne genus personarum, nego minorem; intensivam, idest ab Episcopo judicatam, concedo minorem: secùs Regularis sic approbatus nõ esset eligibilis, nam additum *semèl* non minuit rigorem intensivæ approbationis, sed solùm restringit ad impensam tempore præterito, eo transacto; undè cùm tempus limitatæ approbationis in hoc Archiepiscopatu amplectur amodò sine termino ad Sacerdotes ex Ordinarij judicio, & consuetudine approbãte, Cruciataque nõ distinguat, nec respuat eam sic taliter qualificatam approbationem, saltem sub analogicâ approbationis ratione admittenda est, ut eligatur à Cruciatâ: si enim aliud voluisset Pontifex, expressisset, cùm potuisset.

10 Objicies 4. concessio Cruciatæ debet intelligi de prudenti concessione, qualis decet Pontificem; sed indecens, & imprudens est dicere Pontificem voluisse, quòd propter scientiæ defectum ad Sacerdotes tantùm aptus, fiat eligibilis per Cruciatã ad omne genus personarum, quatenus indecens, & imprudens est velle Pontificem confessariũ exponere ignarum ovibus suis spirituale pabulum præstiturum, undè pendet ut plurimùm æterna salus: ergò dicendum est eum, qui ad annũ ex C. tantùm fuit approbatus, tametsi de cætero maneat jurisdictione pollens ad Sacerdotes, non esse ad reliquas personas per Cruciatam eligibilem.

11 Respondeo negando minorem; non enim tenetur Põtifex exponere fidelibus Confessarios doctiores, præsertim adstipulante urgẽte causâ, uti cen-

ſetur Fidei, & Religionis exaltatio, cujus ergò ea conceſſio expeditur; nec imprudens debet haberi Pontifex, cùm ad unam tantùm reſtringit approbationẽ Regularium virtute Cruciatæ eligendam; cùm & hi ſubjaceant ſuis in erroribus Prælatis ſuis, & paritèr ſeculares ſuis Epiſcopis, ut pœnas luant ipſis bene viſas ſecundùm qualitatem ſuorum criminum; & ſpeciatìm ſæculares: ut coerceantur per juſtam reprobationem, ſecundùm demeritas culpas, & incurſos defectus; dùm autem ita non deprehenduntur, non eſt cur imprudens cẽſeatur ea directio: immò in Regularibus ſpecialis invenitur ratio à Pontifice ad illam ſingularem approbationem, quæ per particulam *ſemèl* à contextu Bullæ præcavetur.

12 Demum Confeſſarius ad tempus approbatus, non innuit ignorantiam actualem, ſed ad plurimum poſſibilem, & contingentem, quę ſuppleri poteſt ſtudio, & ſolicitudine Confeſſarij forſan meliùs, quàm abſolutè approbati; contingentiæ autem à jure non attenduntur. Neque ex eò, quòd cenſeatur aptus ad Sacerdotes tantùm, infertur maior ineptitudo ad alios: immò (proh dolor!) habent ij ſæpè vitam effrenatam valdè, & ut cohiberi poſſit, opus eſt peritiâ, & ſolertiâ magnâ: judicent experti Confeſſarij. Igitur cùm præfatus Sacerdotum Confeſſarius ſit verus Confeſſarius, & verè ab Ordinario approbatus, Cruciataq; non diſtinguat, an ſic, vel ſic requiratur approbatio, ut eligat Confeſſarium, nec nos diſtinguere debemus. Et cùm AA. Luſitani, & Hiſpani cum Coſta, Anton. à Spir. Sanct. Delbene, & alijs apud ipſos, limitatè approbatum ad tempus ad Cruciatæ electionem non rejiciant, nobis non probãtibus, quidni eum præfatâ cum ampliatione indefinitâ approbatione præditum admittere audebimus, alijs plurimis DD. & ipſa Epitome adſtipulantibus?

13 Ex dictis colligitur approbatum pro determinato tempore in hac Diœceſi manêre eligibilem per Cruciatam non ſolùm Sacerdotibus, ſed etiam omnibus fidelibus: igitur curioſum erit inquirere, quænam temporis menſura requiratur in approbatione, ut poſſit nanciſci juriſdictionem conſtitutionis ad Sacerdotes; unde colligere debemus menſuram approbationis ad Cruciatæ juriſdictionem obtinendam. Igitur ſit

DIFFI-

DIFFICULTAS QUARTA.

Quodnam tempus in approbatione Confeſſarij requiratur, ut ſit eligibilis?

HÆc Difficultas quondam reſoluta fuit, & benè à doctiſſimo P. Franciſco Freyre Societatis Jeſu, cujus conſultum ad verbum inſerimus.

Deficientibus in certa Parochia Confeſſarijs Parochum feria quinta in Cœna Domini adjuturis in ſuarum ovium confeſſionibus excipiendis; veniam Parochus ab Epiſcopo Proviſore poſtulavit, ut aliqui Sacerdotes, qui in Parochia erant, pœnitentium conſcientias exonerare poſſent. Cui ſupplicationi annuit Epiſcopus reſpondens poſſe Parochum quos mallet Sacerdotes eligere, ipſis enim pro illa tantùm die approbationem præſtabat, quâ facultate à Paroeho electi in hac die juriſdictionem ita acceptam exercuere.

Quæritur an debeant pro ſemèl approbatis tales Sacerdotes cenſeri, itaut licitè, & validè Clericorum cõfeſsiones poſsint audire, non obſtante prævij examinis defectu, Epiſcopique facultatis ad illum tantùm actum limitatione?

SUMMARIUM.

1 *Approbatus pro tempore determinato poteſt audire confeſſiones Sacerdotum, eo tranſacto.*

2 *Etiamſi pro una die fuiſſet approbatus.*
Idem reſpectu Cruciatæ. Ibid.
Ille approbatus dici debet ſimpliciter approbatus. Ibid.

3 *Limitatio maior, aut minor tẽporis, non variat ſpeciem approbationis.*

4 *Paria ſunt non fuiſſe, & pro breviſſimo tempore fuiſſe.*
Poſthumus præteritus, ſi totus vivus naſcatur, licèt inter manus obſtetricis moriatur, rumpit patris teſtamentum. Ibid.
In Hiſpania oportet vixiſſe 24. horis. Ibid.
Filius per ſolum momentum patri gravato ſupervivens facit deficere conditionem, ſi abſque liberis deceſſerit. Ibid.

5 *Ad approbationem non requiritur examen.*
Approbatio ſatis eſt verbalis, etiam per Interruntium. Ibid.
Unius incerti ex pluribus certis

electio ad approbandum cõmitti poteſt ab Ordinario. Ibid.

6 *Sufficit quòd conditio impleatur per inſtans, licèt poſtea deſierit.*

1 MOs hac in civitate eſt, & praxi obſervatur, quemlibet Sacerdotem ſemèl approbatum adhuc cum temporis reſtrictione (quæ unius anni eſſe ſolet) ad abſolvendos Sacerdotes dum vixerint cum juriſdictione manere, ex Conc. Provinc. 2. Ulyſſip. *cap. 5. verſ. Verumtamen.*

2 Hoc poſito, pro indubitabili teneo tales Sacerdotes in caſu propoſito ſic à Parocho electos, ab Epiſcopoq; approbatos, in perpetuum juriſdictionem, approbationemque ad abſolvẽdos Sacerdotes ſæculares obtinere juxta hujus civitatis morẽ; de iſtis enim verum eſt dicere fuiſſe ſemèl approbatos ſimpliciter, ſic ut ex vi Jubilæi, vel Cruciatæ eligatur: dicitur ſimpliciter approbatus, qui cum reſtrictione temporis, loci, vel perſonarum fuit approbatus, ut tenent multi DD. ut videre eſt apud Dian. *p. 1. tract. 11. reſ.* 7. 9. 10. & 11. & *p. 3. in addit. reſ.* 7. & *p. 5. tract.* 12. *reſ.* 49. Sãch. *lib.* 8. *de matr. diſp.* 34. *n.* 16. Fagund. *in* 2. *Eccl. præcept. lib.* 7. *cap.* 2. *à num.* 18. Coſta *in Cruc. cap.* 39. & 40. Baſſæo *in Florib. verbo Confeſſ.* 3. *à n.* 12.

3 Nec obſtat talem juriſdictionem, & approbationem ad unum tantùm diem datam fuiſſe: quia approbatus cum limitatione manet in perpetuum approbatus ad abſolvendos Sacerdotes ſæculares, ut videtur in illis, qui ſecundùm hujus civitatis morem ſunt pro anno reſtrictè approbati, & limitatio maior, aut minor, non variat ſpeciem, ne dicamus approbatos ad unum diem, confeſſiones abſque verâ juriſdictione, & approbatione audire, quod dici non poteſt, ſequeretur enim confeſſiones eſſe nullas ex Concil. Trid. *ſeſſ.* 23. *cap.* 15. *de reform.* ergò debemus fateri verè iſtos fuiſſe approbatos.

4 Nec etiam obſtat, dici non poſſe aliquando approbatũ illum, qui pro uno tantùm die fuit approbatus, cùm tam de jure Canonico, quàm civili paria ſint non fuiſſe, & breviſſimo tẽpore fuiſſe, nec per triduũ integrum duraſſe, & in rerum naturâ perſeveraſſe; *cap.* 1. *nam & ego, de verbor ſignif.* ubi cum alijs Barb. *num.* 4. Sanch. *de matrim. lib.* 3. *diſp.* 18. *num.* 6. Gonçal. *ad regul.* 8. *gloſ.* 63. *à num.* 24. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 115. *n.* 33. Farin. *in prax. p.* 4. *conſ.* 90. *n.* 72. Ant. Monach. Bonon. *dec.* 40. *quæſt.* 7. *num.* 18. *L. ſi filius ff. quod cum eo qui in alien. poſſ. & L.* 5. *pro patre §. verum ff. in rem verſo*, his enim omnibus facilè reſpondetur cum *gloſ. in d. cap. ad noſtram, verbo*

Digitized by Google

verbo ſtatim, quòd ubi conſtat de facto, & ejus qualitate, non eſt quærendum de ejus perſeverantiâ, nam ſufficit quòd ab initio conſtitit; cùm verò conſtet de facto, ſed de intentione neſcitur, recurrimus ad præſumptionem perſeverantiæ; & in noſtro caſu conſtat de facto, & de ejus qualitate, ac proindè ſufficit quòd ab initio conſtitit, quòd de facto tales Sacerdotes confeſſiones excipere in illa die cum approbatione, licentiâque Epiſcopi, & hoc ſufficit, ut dicatur iſtum ſemèl approbationem, & facultatem obtinuiſſe, & de jure civili in *L.* 2. & 3. *Cod. de poſth. hæred. inſtit. & L. quod dicitur ff. liber. & poſth.* & noſtra Ord. Reg. *lib.* 4. *tit.* 82. §. 5. ſolum requirit præteritum filium tempore mortis paternæ fuiſſe vivum; poſthumus præteritus, ſi totus vivus naſcatur, quanvis inter manus obſtetricis moriatur, rumpit Patris teſtamentum, ut videre eſt in Molin. *tom.* 1. *diſp.* 163. *num.* 2. & *diſp.* 175. *verſ. poſthum.* Vaſq. *de teſtam. cap.* 4. §. 2. Gom. *ad L.* 13. *Taur. & tom.* 1. *variar. cap.* 1. *num.* 7. quanvis in Hiſpania ſpeciali diſpoſitione Legis 13. Taur. & *L.* 2. *tit.* 8. *lib.* 5. 3. *recop.* neceſſarium ſit vivere 24. horarum ſpatio, ſacroque Baptiſmatis fonte ablui. Et quanvis Cald. *cõſ.* 39. *num.* 13. & Card. *in prax. in d. verbo teſtam. n.* 19. quos immeritò ſequitur Barb. *in d.* §. 5. *Ord. num.* 2. *ſentiant*, quòd de jure communi aliquo tempore vivere debeat, & non ſeſtimãtèr mori; attamen DD. & leges allegatæ huic obſunt opinioni; ſimilitèr facit deficere conditionem, ſi abſque liberis deceſſerit, & expirare fideicommiſſum filio, qui vel per ſolum momentum patri reſtituere gravato ſupervivit, *L. ex facto* §. *ſiquis autem ff. ad Trebell.* & communitèr DD. quos refert, & ſequitur Gom. 1. *var. cap.* 5. *num.* 41. Molin. *d. tom.* 1. *diſp.* 190. §. *quando fideicõmiſſum.*

5 Non obſtat tandem examen non preceſſiſſe, conſtat enim ex Concil. Trid. *d. cap.* 15. poſſe Epiſcopum approbare, facultatemque præſtare ad excipiendas confeſſiones abſque prævio examine, ut cum multis tenet Barb. *in dict. cap.* 15. *num.* 37. Ricc. *in prax. aur. reſ.* 12. Reginald. *lib.* 1. *num.* 197. Ægid. *diſp.* 8. *de Sacram. num.* 49. Fagund. *dict. cap.* 2. *num.* 70. nec neceſſe eſt dari in ſcriptis, ſed ſufficit verbalis, ut notat idem Barb. *in d. cap.* 15. *num.* 38. & *alleg.* 25. *de pot. Epiſc. num.* 22. Reginald. *d. lib.* 1. *num.* 198. Coriolan. *de caſ. reſervat. p.* 1. *ſect.* 2. *art.* 7. *num.* 3. Hottobon. *ad exam. Eccl. tract.* 5. *cap* 2. *quæſt.* 10. *ad fin.* Satis enim erat medio Parocho tanquàm per internuntium ex tradit. à Sanch. *lib.* 3. *de matrim. diſput.* 33. & 36. Ægid. *diſp.* 27. *dub.* 3. *à num.* 32. Tambur. *de jur. Abbat. tom.* 2. *diſp.* 8. *quæſt.* 2. *in fin.* Bonac. *q.* 2.

de

de matr. p.8. num. 38. & benè poterat Parochò electio approbatorum incertorum ex certis cõmitti juxta celebrem legis divisionem *unum ex familia ff. de legat.*2. ubi cõmuniter DD. Ulyssipon. die 17. Decembr. anni 1643. in Collegio D. Antonij Societ. Jesu.

Sub censura

Franciscus Freyre.

Approbatio P. Doct. Antonij Fernandez.

6 HAnc opinionem judico valdè probabilem, quia satis est conditionem semèl impleri etiam per instans, licèt postea desierit per text. *in L. siquis hæred. Cod. inst. & substit.* & tenent multi, quos refert, & sequitur Tiraq. *L. si unquam vers. si susceperit liberos num.* 151. *de revoc.don.* Molin. *lib.* 1. *de primog. cap.*6. *num.* 17. Menoch. *de præsumpt. lib.*4. *præsumpt.* 183. *n.*19. Ulyssipon. 3. Februar. anno Domini 1653. Sub censura

Doctor Antonius Fernandez.

Cùm ergò pro una die approbatus maneat absolutè ad Sacerdotes approbatus, ex dictis Difficult. 3. sequitur evidentèr manêre eligibilem per Cruciatam ab omnibus fidelibus illam obtinentibus.

Hæc sufficiant pro hac Quæstione dilucidanda cum subjectione ad Sanctæ Matris Ecclesiæ correctionem.

Censura R. P. Francisci Pedrosi Congregationis Oratorij, super Quæstionem V.

In qua resolvitur, sufficere approbationem à quocũque Ordinario, ut Confessarius virtute Bullæ Cruciatæ possit ubique eligi.

SUMMARIUM.

1 *Ut censor arrogatur, non adulator P. Francisc. Pedroso.*

2 *Regularis debet approbari ab Ordinario territorij.*
Approbatus ad certum genus personarum, simpliciter est approbatus. Ibid.

3 *Cruciata requirit approbationem Ordinarij localis.*

4 *Cruciata diversam approbationẽ requirit in Cõfessario, quàm in Oratorio.*

5 *Expressum dicitur, quod subintelligitur à jure.*

6 *Quando una pars dispositionis est ambigua, ab alia declarationem accipit.*

7 *Cruciata in approbatione Confessa-*

feſſarij exprimit conditionem, quæ à jure inest.

8 *Approbatus ab Ordinario juriſdictione carēs, eligitur pro Cruciatam.*

9 *Decreta Pontificum, & declarationes Card. ab A. allegata à Cenſore improbantur.*

10 *Cruciata nil novi privilegij induxit Confeſſarijs.*

11 *Interpretatio Paul. V. circa facultatem datam Archiepiſcopo Hiſpalenſi adverſus Regulares.*

12 *Expenditur alia declaratio Card.*

13 *Arguit Cenſor à Cōfeſſarijs ad pœnitentes.*

14 *Laudatur relatio declarationis ad alteram.*

15 *Diſplicet Cenſori privilegia Bullæ quotannis reviviſcere, ſed male.*

16 *Arguit Cenſor à facultate ad abſolvendum ab hæreſi.*

17 *Non advertit Cenſor AA. poſt decreta Paul. V. & Clem. X. ſententiam Authoris proclamantes.*

18 *Prop. 1. & 3. Innoc. XI. pro ſe adſciſcit Cenſor.*

1 SEmèl, atque iterum Illuſtriſſimi Commiſſarij reſolutionem non legi tantùm, ſed mente revolvi; & quamquam Illuſtriſſimi Domini eruditionē, ac judicij maturitatem ſatis habeam exploratam; quia tamen non adulatoris, ſed cenſoris officium ago: ipſius pace, quæ contra ab ipſo ſtabilitam reſolutionem habeo, breviter perſtringam: quocirca nec ego, nec Commilitones mei unquàm adduci poterimus, ut ejuſdem ſententiam practicè probabilē exiſtimaremus.

2 Primò igitur fundamenta, quibus Illuſtriſſimus Commiſſarius innititur, nullius roboris eſſe videntur; quod ſic oſtēdo. Primum fundamētum ipſius eſt *n. 43. p. 275. Bulla cōcedit juriſdictionem, & ſolum requirit approbationem, ideſt idoneitatem in Confeſſario*: atqui approbatus à quocumque Epiſcopo idoneus exiſtit, & verum eſt dicere, approbatum eſſe ab Ordinario: ergò, &c. Sed contra inſto: quia argumentum fallit primò in Regularibus, quibus propria privilegia concedunt juriſdictionem ad abſolvendum, & ſolum exigunt approbationem ab Ordinario, ideſt idoneitatem: & nihilominus poſt Bullam Clementis X. Regularis approbatus ab alio Epiſcopo, qui non ſit territorij, non exiſtit idoneus, quamvis verum ſit dicere, ipſum approbatum eſſe ab Ordinario: ergò modus ille diſcurrendi nihil probat, niſi aliundè oſtendatur, eam approbationem à quocūq; Ordinario ſufficiētem eſſe, prout Pontifices exigunt. Fallit 2. in Confeſſario approbato ad certū genus perſonarum, v. g. ad pueros, non ad Mercatores, ad viros, non ad mulieres, ad ſæculares;

res, non ad Religioſas, &c. in quibus credo non dicturum Illuſtriſſimum Commiſſarium, eam ſufficere approbationem, ut ubique, & ab omnibus eligi valeant, cùm tamen ſimplicitèr verum ſit dicere, ipſos approbatos eſſe; nec Bulla aliquam limitationem, vel extenſionem approbationis exprimit; ſicut ergò limitatio approbationis ad certum genus perſonarum non ſufficit ad univerſalem Bullæ juriſdictionem exercendam; ita dicam & ego, quòd coarctatio approbationis ad proprium territorium non ſufficiat, ut extra Diœceſim juriſdictionem Bullæ protendant.

3 Directè autem argumento reſpondeo, Bullam exigere approbationem ab Ordinario, ſed talem, qualem Pontifices ſæpiùs declarârunt ſufficere: cùm autem Pontifices ſæpiùs expreſſerint, approbationem fieri oportêre ab Ordinario loci, ut ex Bullâ Pauli V. & Clementis X. adjunctis declarationibus Cardinalium in propatulo eſt; manifeſtè convincitur, hanc ſolam approbationem ſufficere.

4 Secūdū fūdamentū eſt num. 44. p. 276. Quia Bulla diverſimodè loquitur de approbatione ad Oratoria, atque ad audiēdas confeſſiones; de prima enim exprimit, quòd facienda ſit *ab Ordinario loci*. In ſecunda verò ſolùm dicit faciendam *ab Ordinario*, tacendo *loci*: hujuſmodi autem diverſitas in locutione, diverſitatem inducit in diſpoſitionibus; adeoque ſufficit approbatio à quocumque Ordinario, ut ubique confeſſiones per Bullam excipiantur.

5 Reſpondeo, negando hujuſmodi diverſitatem locutionis, novam diſpoſitionem inducere; tum quia ea diverſitas locutionis ſolùm poteſt diverſam diſpoſitionem inducere, quando Princeps aliundè ſuam mentem non declaravit, uti ſæpius Pontifex in præſentiarū fecit; tùm etiam, quia *expreſſum dicitur quod ſubintelligitur à jure*, *L. licet Imperator. ff. de legat.* 2. *L.* 1. *Codic. de Teſtam. Milit.* Tiraq. *in L. ſi unquam, verb. Donationem largitus*, *num.* 158. *Cod. de revoc. donat.* Cùm autem in jure Tridentini *ſeſſ.* 23. *de Ref. cap.* 15. & ex Conſtitutionibus Pauli V. & Clem. X. habeamus *Ordinarium* in ordine ad conferendam approbationem debere eſſe *Ordinarium loci*, ſive Diœceſanum territorij; hunc certè Ordinarium, & non alium Bulla in poſteriori clauſula exprimere cenſetur.

6 Præterea, ut Illuſtriſſimus Cōmiſſarius exponit, n. 48. p. 278 *Quando una pars diſpoſitionis eſt ambigua, ab alia declarationem, atque determinationem accipit*, *L. Filiabus ff. delegat.* 1. *L. ſi ſervus §. fin. ff. vino, tritico, & oleo*, cum alijs juribus ab ipſo relatis. Quod procedit juxta ipſū n. 51. p. 279. quando ex aliqua parte diſpoſi-

tio

tio est incerta, & dubia : atquî secunda dispositio Pontificis, in qua disponit, quòd *approbatio ad confessiones facienda sit ab Ordinario*, intelligenda sit de quocũque Ordinario, & non tantùm de diœcesano territorij, sive loci, est valdè incerta, dubia, & ambigua, tum propter dissidentes AA. sententias, tum propter posteriores Bullas Pauli V. & Clem. X. tum propter Cardinalium declarationes, ac etiam congruentissimas rationes, quæ illi adversantur : ergò debet ab alia anteriori dispositione clara, & evidenti interpretationem accipere ; adeoque non solùm approbatio ad Oratoria, verùm etiam ad confessiones ab Ordinario loci obtinenda venit.

7 Tertium fundamentũ Illustrissimi Cõmissarij est : Quia, ut inquit n.64.p.283. nisi dicamus sufficere approbationem à quocumque Ordinario, nullum certè erit Bullæ privilegium quoad approbationem, sed dumtaxat quoad jurisdictionem, quod non est dicendum. Sed contrà inquiro à Perillustri Adversario: unde probat Bullam concedere privilegium quoad approbationem? Certè Bulla non aliter concedit privilegium quoad Oratoria, atque quoad cõfessiones excipiendas : sed per Adversarium quando concedit privilegia quoad Oratoria, etsi exigat approbationem *ab Ordinario*, non concedit privilegium quoad approbationem, sed tantùm exprimit conditionem, quæ inest à jure, *in cap. His ergò, de consecrat. dist.* 1. *& cap. Clericus, eod. tit.* ubi prohibetur celebrari extra Ecclesiam, nisi Episcopus approbaverit ; quâ de causâ nullatenus cõcedit, per Bullam concedi Episcopo privilegium ad approbandum ; sed tantùm ut habitâ approbatione, quæ de jure competit Ordinario loci, possit ex licẽtia PP. in Oratorio celebrari: ergò etiam quando Bulla concedit, ut approbatus ab Ordinario possit confessiones excipere, nullum certè concedit privilegium circa approbationem, sed tantùm exprimit conditionem, quæ inest à jure, quòd scilicèt Confessarius debeat ab Ordinario obtinere approbationem ; ut sic eam amplam Bullæ jurisdictionem exercêre possit.

8 Præterea, dato, & non concesso, quòd Bulla concedat privilegium circa approbationẽ, adhuc non convincit discursus Illustrissimi Commissarij. Benè siquidem potest subsistere privilegium speciale quoad approbationem, quanquam dicamus hãc obtinendam ab Ordinario loci. Finge casum, quo Ordinarius loci aliquem authenticè approbavit ad confessiones, non tamen idem eidem contulit jurisdictionem : ecce adest privilegiũ Bullæ, illi siquidem Sacerdoti, etsi habenti approbationem ab Ordinario loci, nullus defectu ju-

juriſdictionis confiteri poterat; aſt per Bullam jam apud illum conſcientiam expiare poteſt.

9 Hæc ſunt, quæ adverſus tria fundamẽta, quibus Illuſtriſſimus Commiſſarius ſuam ſententiam firmat, objicienda veniunt. Cæterùm adverſus reſponſiones, quibus argumentis adverſantis ſententię, præſertim Decretis Pontificum, & Declarationibus Eminentiſſ. Cardinal. occurrere tentat, habeo etiam non pauca, quę brevitèr quoque perſtringam.

10 Primò enim reſponſio ad Bullam Pauli V de qua ipſe num. 72. p. 287. *Quod ſcilicèt Bulla Cruciatæ nihil novi juris induxerit reſpectu Regularium Confeſſariorum, induxerit tamen reſpectu pœnitentium*; non venit ad rem; quando enim Pontifex rogatus nùm Regulares virtute Cruciatæ poſſint pœnitentes abſolvere abſque approbatione ab Ordinario loci, reponit: *Per Cruciatam nihil novi juris induxiſſe in hac re.* Reſpondet circa interrogata: ſed interrogatio erat, utrùm pœnitentes habẽtes Bullam Cruciatæ, poſſint confiteri Regularibus non approbatis ab Ordinario loci; ut conſtat ex ſupplicatione Archiepiſcopi Hiſpalenſis: ergò cùm Pontifex reponit: *Litteras Cruciatæ nihil novi juris in hac re induxiſſè*, loquitur de Confeſſarijs operantibus virtute privilegij Bullæ pœnitentibus conceſſæ. Præterea nulli unquam Regularium venit in mentem, quòd ipſi virtute Bullæ poſſint abſolvere pœnitentes, qui Bullam non haberent, de quo nunquam fuit dubium inter AA. Quomodo ergò credendum eſt, Pontificem de re dubiâ interrogatum, omiſſo dubio ſtatuiſſe dumtaxat de re, de qua non interrogabatur, omninò certa, & indubia?

11 Ulteriùs, in ea Bulla Põtificia concedit Paulus V. Archiepiſcopo Hiſpalenſi, ut cenſuris, & pœnis poſſit procedere adverſus Regulares, qui privilegijs Cruciatæ innixi, abſque Ordinarij Diœceſani approbatione, vellent pœnitentes privilegiatos abſolvere: ergò manifeſtum eſt, Pontificem locutum de privilegio Cruciatæ pœnitentibus conceſſo.

12 Secundò urget declaratio Card. adducta n. 12. p. 265. cui nõ ſatisfacit ſolutio tradita n. 77. p. 289. *Quòd nimirùm S. Cõgregatio nihil determinare voluerit reſpectu pœnitentium, ſed ſolùm reſpectu Confeſſariorum.* Nam contra eſt; quia in ſupplicatione facta ad Eminentiſſ. Cardin. de qua n. 11. p. 263. expoſitum fuit: *An Regularibus liceret virtute Cruciatæ conceſſæ pœnitentibus eos abſolvere?* ut patet ex contextu: ergò declaratio, & reſponſio procedit non ſolùm reſpectu Confeſſariorum, verùm etiam reſpectu pœnitentium; alitèr eſſet irriſoria, & nugatoria, neque

ad

ad interrogata ſatisfaceret.

13 Præterea argumentor ad hominem ex ipſiusmet Perillustris Commiſſarij doctrinâ; ipſe namque in ſimili contra P. Sylvam num. 33. & 34. pag. 272. aſſerit, quandam declarationem Cardinalium comprehẽdere non ſolùm Regulares, ſed etiam Sæculares, ex hoc ſolùm, quod in ſupplicatione tam Regulares, quàm Sęculares fuerint comprehenſi; maximè, ut inquit n. 35. p. 273. quia ex conceſſione neceſſariò devenitur ad rem prohibitam: atquî in ſupplicatione ad Sacram Congregationem poſitam num. 11. p. 263. fit mentio de privilegio Bullæ conceſſo ſæcularibus pœnitentibus; & neceſſariò devenitur ad ipſos pœnitentes, hoc ipſo, quòd in declaratione poſita num. 12. p. 265. interdicatur Confeſſarijs eorum abſolutio virtute Bullæ, abſque approbatione Diœceſani: ergò, &c.

14 Ulteriùs, cùm relata declaratio Cardinalium ſe referat ad Decretum Pauli V. declarantis Bullam Cruciatæ nihil novi juris induxiſſe, hoc ipſo cẽſet per Bullã Paulinam declaratũ fuiſſe, Cruciatã non ſuffragari Cõfeſſarijs, ut abſolvere valeant ſine Diœceſani approbatione pœnitentes per Bullam privilegiatos; aliàs non reſponderet Sacra Cõgreg. ad interrogata; cùm tamen ipſa ſentiat per Pauli V. Decretum ſatisfieri quæſtioni: An Regulares eligi valeant virtute Cruciatę ſine approbatione proprij Epiſcopi? Idemque deduci ex Clementis X. conſtitutione, ut patet ex verbis ipſius Sacræ Congregationis relatis num. 11. fine p. 265.

15 Tertiò ſummè diſplicet reſponſio allata num. 83. p. 293. quòd *videlicèt eſto Bullæ privilegium fuerit à Pontificibus revocatum; nihilominus per publicationem quòtannis factam, reviviſcat.* Nam contra eſt. Quia verba Bullæ eadem nunc ſunt, quæ antea: ſed Paulus V. declaravit in illis verbis non importari facultatem eligendi Confeſſarium non approbatum ab Ordinario loci: ergò eandem nunc quoque habent ſignificationem; Paulus enim nullam in eo Decreto Bullæ fecit revocationem, ſed tantùm declarationem privilegij, ejusque ambiguitatis.

16 Urgeo accõmodatiſſimo exemplo. Quamquam controverſum fuerit inter DD. an virtute Jubilæi concedentis facultatem abſolvendi *ab omnibus caſibus, etiam Bullæ Cœnæ*, concedatur abſolvendi ab hæreſi occulta? Quia tamen Innocẽtius X. & Alexander VIII. ſæpiùs declarârunt in ea clauſula eam facultatem non contineri, jam non videtur hodie probabile poſſe virtute Jubilæi denuò publicati hæreſeos crimen abſolvi, uti videre eſt apud Dian. *p. 12. tr. 2. de collocut. & ſcript. reſol. 25. &*

tract. 3. miſcel. reſol. 7. & Lumbier *t. 2. variar. num. 1472.* & ſæpè alibi ; & Fermoſinum *de leg. Eccleſ. ad cap. fin. de conſtit. quæſt. 2. num. 1.* ex hoc ſolùm, quòd per eas Pontificias declarationes, non revocatur Jubilæi privilegium, ſed exponitur, & declaratur, quemnam ſenſum ejus verba contineant : ergò ſimiliter cùm eodem modo Pontifices declaraverint, quemnam ſenſum ea Cruciatæ clauſula cõtineat, expreſſerintque per eam non concedi facultatem eligendi Confeſſarium non approbatum ab Ordinario loci, non poteſt recurri ad reviviſcentiam privilegij per annuam publicationẽ, cùm per eas declarationes non fuerit revocatum, ſed expoſitum.

17 Denique quod ſpectat ad AA. quos Illuſtriſſ. Commiſſarius pro ſua ſententia congerit, parum illi tribuunt probabilitatis : tum quia plures ex illis antiquiores fuerunt novis Decretis Pontificijs ; tum quia non meminerunt Decreti Pauli V. & declarationum Cardinalium ; tum denique quia graviores DD. qui poſt ea Decreta ſcripſerunt, ut Mendo, Cardenas, & Nogueira, non audent oppoſitam ſententiam probabilem reputare.

18 Ex quibus omnibus cõcludo, & rationem ſubnecto, quæ mihi in ſimili ſemper gratiſſima, & efficaciſſima eſt, videlicet materia præſens, eſt graviſſima, ab illa ſiquidem pendet valor, & nullitas infinitarum pœnæ confeſſionum, cum periculo ſalutis æternæ ; juriſdictio autem, quam Illuſtriſſimus Cõmiſſarius prætendit virtute Bullæ, eſt dùm plurimum valdè ambigua, & incerta, & inſpectis undique fundamẽtis adverſantium ſententiarum non poteſt certò ſtatui probabilis ; cum juriſdictione autem, quæ ſaltem probabilitèr certò non conſtat, non licet excipere confeſſiones ; exponeretur enim Sacramentum periculo nullitatis, quod vetitum eſt ex prima propoſitione damnata ab Innocẽtio XI. Adde oppoſitam ſententiam dum plurimùm tenuem habere probabilitatem ; quando autem opinio tenuis probabilitatis eſt, non licet ex illa operari, ut conſtat ex altera Innocentij XI. reprobata propoſitione.

Hæc notavi non alio animo, quàm inquirendæ veritatis ſtudio ; omnia tamen ſub cenſura prudentiùs, rectiùsque ſentientium lubens ſubmitto. Ulyſſipone 15. Februarij anno 1696.

Franciſcus Pedroſo.

Reſpon-

Responsio ad Censuram R. P. Francisci Pedrosi.

SUMMARIUM.

1 *Indagare conatur A. veritatem ex Censoris doctrina.*
2 *Proponitur argumentum diplomatis Clem. X.*
3 *Illud diploma nil habet de Cruciat. & n. 4.*
Revocatio non extenditur ultra locum, de quo agit. Ibid.
Revocatio utpotè odiosa, strictè est intelligenda. Ibid. *& n. 7.*
5 *Leges generales non comprehēdunt Regum indulta.*
6 *Pontificibus nunquam fuit in animo revocatio Cruciatæ.*
7 *Revocatio non extenditur ad gratiam specialitèr factam.*
8 *Privilegium favorabile non cōprehenditur in revocatione non expressa.*
9 *Lex non extenditur ad non expressa.*
10 *Declaratio obscura non infringit adversum assertum.*
11 *Proponitur argumentum de approbatione ad certum genus.*
12 *Diluitur, & probatur eligibilitas illius approbati.*
13 *Disparitas inter approbatos illimitatè, & limitatè.*
14 *Ultra improbatur ea paritas.*
15 *Approbatio unius Diœcesis non suspenditur in alia.*
16 *Pontifex nunquàm approbationem à Bulla requisitam ullatenùs restringit, & n. 17.*
18 *Ventilatur æquiparatio approbationis Confessarij, & Concionatoris, & n. 19. & 20.*
19 *Dispositio unius casûs, non trahitur ad alium.*
21 *Cruciata non dat privilegium Confessario, sed pœnitenti.*
22 *Cruciata est quasi contractus inter Pontificem, & fideles.*
23 *Ventilatur approbatio Oratorij respectu approbationis Confessarij, & n. 24. & 25.*
25 *Quod Pontifex non dicit, non est ab homine præsumendum.*
26 *Expressum dicitur quod subintelligitur à jure, nisi specialiter exprimi debeat, ut in dispositione correctoria, & n. 27.*
28 *Trident. non exprimit approbationem Ordinarij localis.*
29 *Dispositio circa approbationem Confessarij in Cruciata non est ambigua, sed generica, & n. 30.*
31 *Posteriora derogant priora.*
32 *Explicatur quid indulgeat Cruciata circa approbationem, & n. 33. & 34.*
35 *Discutitur approbatio Oratorij, & Confessarij à Cruciata indulta, & n. 36. 37. & 38.*
39 *Infertur approbatio generica Cruciatæ ad Cōfessarios ex determinatione Jubilæi de approbatione locali.*
40 *In Confessario approbato illimitatè ab Ordinario loci nullum communicat Cruciata privilegium circa approbationem, sed circa jurisdictionem tantùm, &*

num. 41. 42. & 43.

44 *Proponitur argumentum deductum à declarationibus Cardin.*

45 *Refertur ſupplicatio facta ab Archiep. Hiſpal.*

46 *Narratur tenor declarationis.*

47 *Dirigitur declaratio ad Confeſſarios, non ad pœnitentes.*
Conceſſio explicatur per ſupplicationem, quando aliud non exprimitur. Ibid.

48 *Privilegium Confeſſarij, & pœnitentis ſunt diverſa privilegia, & n.* 49.

50 *Idem dicendum ad confirmationem Pauli V. & n.* 51.

52 *Proœmium denotat mentem loquentis.*

53 *Conceſſio in materia prohibita uſque ad certos terminos excludit ultra.*
Taciti, & expreſſi, idem eſt judicium. Ibid.
Conceſſio nequit ſupplicationem excedere. Ibid.

54 *Per novam Cruciatam revocãtur anteriores declarationes.*

55 *Expenduntur interrogatio, & reſponſio Sacræ Congregat. & n.* 56.
Pontifex non exprimens, non cẽſetur concedere, quando agitur de revocando jure tertij. Ibid.

57 *Ex privilegio Confeſſarij non neceſſariò devenitur ad privilegium pœnitentis, & n.* 58.

59 *Expenditur privilegia Cruciatæ quotannis reviviſcere, & n.* 60.
Lex poſterior derogat priori. Ibid.

61 *Diluitur argumentum deductum ab exceptione hæreſis, & n.* 62.

63 *In generali conceſſione non cõprehenduntur ea, de quibus fuit ſpecialiter proviſum.*
Generi per ſpeciem derogatur. Ibid.

64 *Dictio* etiam *ſtat augmentativè.*

65 *Regula de generali conceſſione ampliatur in favorem piæ cauſæ.*

66 *Reſpõdetur ex doctrina à Cenſore allegata.*

67 *Referuntur DD. ſententiam A. probantes poſt Paul. V. & Clem. X. declarationes, & n.* 68.

69 *Satisfit fundamento adducto ex damnatione Innoc. XI.*

70 *Privilegium Cruciatæ, eſt in bonum commune.*
Privilegium ex certâ ſcientiâ, latam accipit interpretationẽ. Ibid.

71 *Lex odioſa non extenditur de uno ad alium caſum.*

72 *Unum ex æquiparatis ſolum ad ſe aliud trahit, ut corrigat, quãdo ob eandem rationem ſint æquiparata.*

73 *Cruciatæ privilegium tranſcẽdit Regularium privilegia.*

74 *De approbatione Regularium ex Clem.* Dudum.

75 *Iiſdem perſonis poteſt diverſis titulis privilegium reſtringi, & ampliari.*

76 *Annumerantur DD. ſententiam Auth. ſectantes.*

77 *Opinio probabilis circa juriſdictionem*

Digitized by Google

ctionem Confeſſarij tutò poteſt practicari.

78 *Reſponſio P. Moyæ ad objecta diplomata Innoc. X. & Clem. X.*

79 *Probabilitas opinionis A. defenditur à P. Lumbier poſt Bullam Clem. X.*

80 *Idem aſſeritur à Lezana de Bulla Innoc. X.*

81 *Aſſertur conſuetudo eligendi approbatum in quacũque Diœceſi virtute Cruciatæ poſt Innoc. XI. & n.82.*

83 *Conſuetudo confert juriſdictionem.*

84 *Adducitur Fr. Andr. à S. Joſ. noviſſimè probabilitatem dictæ ſententiæ poſt Clem. X. & Innoc. XI. indicens.*

85 *Cruciata non cenſetur derogata à Clem. X.*

86 *Diſcutitur quidditas opinionis probabilis, & n.87.*

88 *Suar. & Sanch. ab omnibus doctiſſimi habentur.*

89 *Statuitur probabilitas moralis ſententiæ A.*

90 *Oſtenditur ratio philoſophica.*

91 *Etiam Rhetoricè demonſtratur.*

92 *Ubi lex non diſtinguit, nec nos.*

93 *Favores ſunt ampliandi.*

94 *Proponitur argumentum contra dictam probabilitatem.*

95 *Nonnulla reſponſa proferuntur, & n.96.*

97 *Regulares non poſſunt abſque licentia Diœceſani confeſſiones ſæcularium audire.*

98 *Statuitur probabilitas hæc poſt Clementis conſtit.*

99 *Diſpoſitum in uno correlativo, cenſetur in alio diſpoſitum, & n. 100.*

101 *Similitudo, vel identitas rationis non extendit legem.*

102 *Privilegia regalia non cadũt ſub ullas revocationes.*

103 *Clem. X. non plenè annuit ſupplicationi Arcb. Hiſpal.*

104 *Interrogatio, & reſponſio figuratè ſumuntur.*

105 *Declaratio cõgregationis ſub Clem. X. idemmet reſcripſit, ac ſub Paul. V.*

106 *Pontifex interdum figuratè loquitur.*

107 *Revocatio patitur omnimodam reſtrictionem.*

108 *Clem. X. declaravit in ſuis Conſtitutionibus generalibus nõ intẽdiſſe infringere Cruciatam.*

109 *Declarationis adverſæ nonnullæ indicantur infirmitates.*

1 ACcuratiſſimè legimus, & perlegimus ſapientiſſimè conſiderata à R. P. M. Franciſco Pedroſo, ſacræ Oratorij Congregationis; miramurque eruditionem, & ingenium, quibus cenſuram profert, reſolvendo Confeſſarium debêre eſſe approbatum ab Ordinario loci, ut eligibilis ſit per Bullam Cruciatę; maximaque cum elegantia ſatisfacere intendit fundamentis à nobis propoſitis. Tanti Magiſtri rationibus libenter annueremus, niſi aliæ nobis in contrarium occurrerent, quas ſic exponimus, ut ex doctrina Sap. P. veram re-

ſolutionem dicère poſſimus; veritatem namque indagâre, non auram captare popularem conâmur.

2 Primum fundamentum noſtrę reſolutionis ſtabilitæ n.43. p.275. in eo conſiſtit, quòd Bulla concedit juriſdictionem, ſolùmque requirit approbationē, id eſt idoneitatem in Confeſſario: cui reſpondet S. P. tale fundamentum fallere primò in Regularibus, quibus propria privilegia concedunt juriſdictionem ad abſolvendum, & ſolùm exigunt approbationem ab Ordinario, ideſt idoneitatem; nihilominus poſt Bullam Clemēt. X. Regularis approbatus ab alio Epiſcopo, qui non ſit territorij, non eſt idoneus, quanvis verum ſit dicere, ipſum approbatum eſſe ab Ordinario: ergò modus ille diſcurrendi nihil probat, niſi aliundè oſtendatur eam approbationem à quocumque Ordinario ſufficientem eſſe, prout Pōtifices exigunt.

3 Reſpondeo, negando æquiparationem, quoad revocationem; quia Regularium privilegium fuit expreſsè revocatum per Bullam Clementis X. quę ne verbum quidem habet de Cruciatæ privilegio, & quia revocatio non extenditur ultra locum, de quo agit, ut eſt de jure, & cum Butr. Dec. Felin. & alijs tenet Barb. *clauſ.* 43. *num.* 12. deciſumque fuit coram Pontifice Gregorio XV. *die* 10. *Martij* 1604. teſte Farinac. *dec.* 766. *à num.* 3. *p.* 2. *recent.* quia nimirùm revocatio, utpotè odioſa, ſtrictè, & rigorosè debet intelligi, ex *L.* 2. §. 1. *verbo merito ff. nequid in loco publ. L. nec Avus, Cod. de emancip. cap. licèt in corrigendo, de offic. ordin. cap. ex tuorum, de authorit. & uſu pallij*: tenent Panormit. *in cap.* 1. *de jud. cap. certificari, de reſcript. n.*2. Sanch. *lib.*8. *diſp.*7. *num.* 6. *de matrimon.* Suar. *de leg. lib.*8. *cap.* 27. *num.* 9. *& cap.*28. *num.* 10. Sal. *diſput.* 17. *ſect.*8. *ad fin.* Bonacin. *diſput.* 1. *quæſt.*3. *p.*7. §. 1. *num.*33. Pal. *tr.*3. *diſp.*4. *p.* 10. *num.* 8. Quintanaduen. *in poſtb. tract.*5. *ſingul.* 4. *à num.* 7. minimè extendi poteſt ad privilegia in Bulla conceſſa; immò potiùs, ſi, ut adverſarius innuit, antę derogationē Clemētis X. Regulares approbati à quocumque Ordinario, idonei erant ad conſcientias expiandas in toto mundo; quia de jure erāt approbati; idem teneri debet in Bulla propter æquiparationem in uno, atq; alio privilegio; & ſi, ut taliter approbatus non diceretur idoneus, neceſſaria fuit Clementis X. revocatio expreſſa privilegiorum Regularium; cùm iſta non detur in Bulla, minimè ei applicari poteſt, neceſſariaque erat expreſſa revocatio quoad Bullam, ſicuti neceſſaria fuit quoad Regulares. Negari utique non poteſt ante declarationem prædictam Clementis, Regulares dici approba-

tos,

tos, quando à quocumque Ordinario fuerant idonei judicati; idem eſt in Bulla, in qua non invenitur revocatio expreſſa: ergò verum eſt dicere talem eſſe approbatum: atquî Bulla ſolùm approbationem requirit: ergò approbatus à quocumque Ordinario eligi poteſt per Bullam. Confirmatur efficaciter: quia licèt Alexand. VII. damnaverit prop. 12. quòd Mendicātes poſſint abſolvere à caſibus Epiſcopis reſervatis, non obtentâ ad id Epiſcoporum facultate; attamen nemo dubitat ſub hac dānatione non comprehendi, quòd poſſint abſolvere virtute Cruciatæ, ut notat Corella *tract.* 17. *n.* 80. Torrezilla *tract.* 9. *prop.* 12. *concl.* 3. & alij cōmuniter; immò licèt ante dictam damnationem ea quæſtio controverteretur de privilegijs Regularium, virtute Cruciatæ non controvertitur, ſed ut certum ſtatuitur poſſe Regulares per Bullam Cruciatæ abſolvere à reſervatis Epiſcopo, ut notat Nogueir. *d.* 19. *num.* 1. ergò etiam licèt in Bulla Clem. X. & alijs ſuprà citatis prohibeatur **Regularibus excipere confeſſiones in aliena Diœceſi ſine nova approbatione; nequaquam hoc dubitandum eſt virtute Cruciatæ.**

4 Unico verbo, in Regularibus, & in Bulla datur juriſdictio à Pontifice, ſolùmque requiritur approbatio: iſta (ante Clementis Bullam) utique ſatis erat à quocumque Ordinario facta: atquî in Clem. Bulla ſolùm invenitur prohibitio Regularibus: ergò exiſtit in Bulla, perinde ac anteà, approbationis uſus.

5 Comprobatur hoc varijs exemplis; nam S. Pontifex Martin. V. ad inſtantiam Carol. V. Franciæ, aſſeruit, à mente ſuâ alienum eſſe, quòd Decreta, & leges generales Pontificiæ comprehenderent Franciæ conſuetudines, Regumque indulta; cujus diplomatis verba adducit Guid. *dec.* 1. & tenent Mendoç. *regul.* 23. *quæſt.* 4. Alex. *vol.* 5. *conſ.* 30. *num.* 4. Gabr. Per. *de man. Reg. p.* 2. *cap.* 58. *num.* 8. & Paul. III. ad inſtantiam Carol. V. declaravit, in generali poteſtate viſitādi Regulares exēptos conceſſa Archiepiſcopo Toletano, non comprehendi militias Hiſpaniæ: atquî Bulla Cruciata Regibus eſt conceſſa, & pro Africano ſubſidio in defenſionem Fidei, ſicut & Ordines Militares: ergò talis facultas in Bullâ conceſſa non revocatur per generales Conſtitutiones ad Archiepiſcoporum inſtantiam, Religioſorum privilegia revocantes.

6 In terminis ſtrictioribus, & in materia ſubjecta de Bullâ hoc verificatur; nam cùm dubitaretur, an Bulla Cruciata ſuſpēderetur per revocationes ampliſſimas Jubilæi anni centeſimi, vel quinquageſimi, declararunt Gregor. XX. & XIII. anno 1574. per Bullam relatam à Mend. *de*

Bull.

Bull. diſput. 2. cap. 7. num. 49. & Clemens VIII. in Bullâ editâ die 8. Maij anno 1600. tranſcripta à Coſta *de Bulla pag.* 101. & Urban. VIII. die 15. Febr. 1625. in Bullis tranſcriptis à D. Antonio Maſcarenhas Commiſſario Generali Cruciatæ, *in relatione facta ad eundem Pontificem fol.* 8. *verſ.* & à Nog. *diſp. 1. ſect.* 13. *n.* 113. in eorum animo, atque voluntate nunquam fuiſſe, ut indulgentiæ, facultates, conceſſiones, & indulta quæcumque intuitu dictæ expeditionis, & Cruciatæ, ut dicitur, impedirẽtur, aut revocarentur, ut ſunt formalia verba dictarum Bullarum. Atquî etiam in Bulla hujus Jubilæi revocantur Regularium privilegia, & tamen Cruciatam non comprehendit: ergò quanvis in Bullis Pauli, & Cardinalium declarationibus, ac Clementis X. revocentur Regularium privilegia, Cruciatam non comprehendunt.

7 Deinde negari non poteſt, Bullam Cruciatam eſſe gratiam ſpecialiter factam, ut ex ejus tenore inſpicitur: atquî prohibitio, & revocatio particularis, & utique generalis, non extenditur ad gratiam ſpecialiter factam, ut cum multis tenet Caſtill. *lib. 5. cap.* 89. *num.* 150. ergò prohibitio, ſeu revocatio, quoad Regulares facta tam in Bullâ Pauli, ac declarationibus Cardinalium, quàm Clementis, non poteſt extendi ad privilegia in Cruciata ſpecialiter conceſſa, præcipuè cùm revocatio ſit quid valdè odioſum, quâ de cauſâ admittit omnimodam reſtrictionem, ex *regul. odia, de regul. jur. in* 6. tenent Pellizz. *tract.* 8. *cap.* 3. *ſect.* 2. *ſubſ.* 5. *num.* 274 & *cap.* 8. *ſect.* 3. *n.* 66. ex Card. de Lugo, & Averſa.

8 Ulteriùs gratiæ in Cruciatâ conceſſæ, ſunt omnino favorabiles ob Fidem Catholicam tuendam, ut patet ex Bullis: atquî tales gratiæ non comprehẽduntur in revocationibus, de illis mentionem expreſſam non facientibus, ex Peyrin. *tom.* 2. *Conſt. Paul. V. num.* 1. & *tom.* 3. *Conſt.* 3. *Urban. VIII. num.* 3. citãte Lezan. *in ſumm. qq. reg. cap.* 3. *num.* 21. quos ſequitur Bordon. & Pellizz. *ſuprà num.* 133. ergò Cruciatam non comprehendunt tales revocationes.

9 Inſuper, quando lex ſpecificè diſponit ſuper aliqua re, non licet illam ad alias extendere; ſed res non expreſſæ cenſentur ſub antiqua diſpoſitione remanêre, ut poſt Bald. docent Thom. Grammat. *conſt. civil.* 76. *num.* 1. Caſtill. *de uſu fruct. lib.* 1. *cap.* 1. *num* 53. *& ſeqq.* Girond. *de privil. præſumpt. & exempt. monit.* 556. & 886. per text. *in L. ſi verò, ff. ſolut. matrim.* DD. *in regul. odia, & in regul. quæ à jure, de regul. juris in* 6. multos refert Petr. Barb. *in L. ſi conſtante, in princ. num.* 103. *ff. ſolut. matrim.* Suar. *de legib. lib.* 6. *cap.* 3. &

& 4. Atquî prædictæ Bullæ loquuntur ſpecificè de Regularibus: ergò minimè extendi poſſunt ad Cruciatę privilegia.

10 Tandem in ſimili P.Nogueir. *diſp.* 12. *ſect.* 6. *num.* 85. & 86. agens de declaratione Sacr. Congreg.Concilij, ita ait: *Cùm ergò illa declaratio proferatur obſcura, & non authentica; & ad alium finem; non eſt contra noſtrum aſſertum.* Ergò cùm prædicta Bulla Paul. ac Clement. & Cardinalium declarationes ſint obſcuræ, & ad alium finem, utique non contra noſtrum aſſertum ſunt.

11 Secundò corruere noſtrũ fundamentũ ait Sap. P.quia approbatus ad certũ genus perſonarum, non poteſt confeſſiones audire aliorum, qui non cõprehenduntur in tali genere: atquî iſti verè ſunt approbati,& tamen eligi non poſſunt ab alio genere perſonarum: ergò ſicut hęc approbatio non ſufficit, neque alia ſufficere debet.

12 Reſpondeo in primis, negãdo maiorem abſolutè: quia approbatio ad certum genus,ſcilicèt ad viros, ſivè ad Mercatores; eſt eligibilis à Mulieribus, &c. ut tenent Torrecill. *tom.* 2. *moral. tr.*4. *diſp.*3.*n.*63. cum Caſpenſi, & Pal. *de pœnit. tract.* 23. *diſp.unic. punct.* 17. §. 2. *num.* 10. & de Bulla *diſp.unic. p.*8. §. 1. *n.*3. *in fin.* Sylva *tract.*3.*art.*7.*num.*32. Quintanaduen. *de Jubilæo duplic. Hebdomad. c.* 19. *num.*9.cum Molin. Angel. Nuñes, Fay, Ledeſm. & Dian.*p.*2. *tract.* 11.*reſ.*9. & alijs; approbatusque pro uno loco, extra illum eſt eligibilis per Bullam ex eod. Sylva *n.*27. Ram. *de Bulla advert.*4. *cap.* 235. tenet etiam Henriq. *lib.*6. *de pœnit. cap.* 6. *num.*8. & *lib.*7. *cap.* 12. *num.* 4. Coninch. *diſp.* 8. *dub.* 7. *num.* 57. Sanch. *de matrim. lib.* 8. *diſp.* 34. *num.*16. Bonacin. *diſp.*5.*de pœnit. quæſt.*7. *p.*4.§. 1. *num.*22. Fagund. *de* 2. *Eccleſ. præcept. lib.* 7. *cap.* 2. *num.*45. & *cap.*3. *num.*7. Barb. *de poteſt.Epiſcop. alleg.* 25. *num.* 17. Quintanaduen. *proximè num.* 10. eum Angelo, Medina, Coſta, Valero, Fernandes, & Diana id affirmante eſſe probabile *ſuprà reſol.* 10. & quanvis daremus maiorem, diſtingo minorem: approbatus ad certum genus,eſt verè approbatus ad illud genus reſtrictivè, concedo; eſt verè approbatus ad omnia,nego; quia extra tale genus non dicitur approbatus.

13 Deinde nego paritatem conſequentiæ: quia hæc approbatio cùm ſit limitata, & reſtricta ad certum genus, non poteſt extendi extra illud, nec dici poteſt quis idoneus, niſi ad illud genus, ad quod fuit approbatus, quo ad alia verò minimè. Nos autem loquimur de approbato indiſtinctè, & abſolutè abſque reſtrictione; in quibus terminis ad omnes Chriſti fideles verè approbatus dicitur, ideoque ab omnibus eligi poteſt per Bullã.

14 Pro-

Digitized by Google

14 Probo hoc ex doctrina ejuſdemmet Sap. M. nam ait ille approbatum abſque juriſdictione, eſſe eligibilem per Bullam, in quo communis ſententia convenit; quod ex eo procedit, quia Bulla juriſdictionem concedit, & ſolùm requirit idoneitatem, ſeu approbationem, quod utique procedit in approbato abſolutè, non verò in approbato cum reſtrictione ad certum genus: ergò ab approbato ad certum genus, non poteſt fieri argumentum ad approbatum abſolutè, de quo loquimur: ac perconſequēs cùm certum ſit approbatum abſolutè à quocumque Ordinario, dici verè, & propriè approbatum, quod eſt tantùm requiſitū in Bullâ, eligibilem eſſe dicendū eſt.

15 Neque approbatio unius Ordinarij eſt reſtricta ad unum territorium, ſed abſolutè fit, cùm enim iſta ſit juriſdictio, benè poteſt conferri à non proprio Epiſcopo, ſufficitque à quocumque; quod verum non eſt in juriſdictione, quam quis cōferre non poteſt in alieno territorio; cùm ergò hanc conferat per Bullam Pontifex, qui juriſdictionem habet in toto mundo, per Bullamque concedat pœnitenti, ut eam conferat approbato, iſtaque qualitas reperiatur in approbato à quocumque Ordinario; ſequitur eligibilem eſſe per Bullā; ex eo quòd approbatus pro una Diœceſi, eſt approbatus abſolutè, & eligibilis in alijs Diœceſibus, ex Paſqualig. *de Jubil. quæſt. 187. num. 3. ibi: Dicendum eſt ſæcularem, ſivè Regularem approbatum in una Diœceſi, poſſe in alia eligi, ubi de novo fixit domicilium, abſque alia approbatione; dūmodò in priori abſolutè approbatus ſit. Probo: mutatio domicilij neq; tollit, neque ſuſpendit approbationem: ergò neque tollit, neque ſuſpendit quòd non ſit eligibilis in virtute Jubilæi, quia dum durat approbatio, durat etiam qualitas requiſita à Pontifice, ut poſſit eligi. Antecedens probo: nam approbatio eſt perſonalis, cùm ſit declaratio idoneitatis, & ſufficientiæ, quæ eſt in perſona.*

16 Directè reſpondet Sap. Mag. num. 3. p. 382. noſtro fundamento in hunc modum, Bullam exigere approbationem ab Ordinario, ſed talem, qualem Pontifices ſæpiùs declararunt ſufficere. Cùm autem Pontifices ſæpiùs expreſſerint, approbationem fieri oportēre ab Ordinario locì, ut ex Bulla Paul. V. & Clem. X. adjunctis declarationibus Cardinalium; in propatulo eſt, manifeſtèque convincitur hanc ſolam approbationem ſufficere, & requiri.

17 Reſpondeo, concedendo maiorem, negando tamen minores, quoad Bullam: quia nec in Bulla Paul. V. nec in declarationibus Cardinaliū agitur de forma approbationis quoad Bullam, niſi quoad Regulares reſ-

reſpectu ſuorum privilegiorum, ut patet ex verbis primæ declarationis, ibi: *Regulares hujuſmodi*: quo verò ad Cruciatam, ait *literas Cruciatæ in hac re quidquam novi juris minimè induxiſſe.* Secũda verò declaratio, & Paul. V. Bulla, ſolùm exprimit *Regulares non poſſe abſque Ordinarij licentiâ, & approbatione ſæcularium perſonarum, confeſſiones audire*, ſed non declarat quiſnam iſte Ordinarius eſſe debeat. De Cruciata verò loquuntur eodem modo, quo ſuprà notavimus: unde nil tales declarationes, neque Paul. V. Bulla circa Cruciatam decreverunt, niſi tantùm *nil induxiſſe novi quoad Regulares*, ad hoc ut ſæcularium confeſſiones audire poſſint, ſed id relinquit diſpoſitioni juris: atquî ſecundùm juris diſpoſitiones, approbatus à quocumque Ordinario, verè, & propriè dicitur approbatus, eligique poteſt per Bullam, ut plurimi fatentur, & ſub involucro fatetur idem P. M. cùm ſolùm fundetur in declarationibus, & Paul. Bullâ: ergò eligibilis eſt talis approbatus à quocumque Ordinario.

18 Replicabis: Pauli V. Bulla, & ſecunda declaratio, quamvis quoad confeſſiones non exprimant à quo Ordinario ſit facienda approbatio, tamen, quãdo agunt de concionibus, diſponunt, ut ſit approbatio, & licentia ipſius loci Ordinarij. Cùm ergò ſit clauſula poſterior, per illam debet prima declarari, ut eſt notum in jure, ſicque debet intelligi ordinarium loci eſſe approbaturum.

19 Reſpõdeo duo eſſe propoſita Sacr. Congr. & Pontifici; unum circa confeſſiones audiẽdas, alterum circa conceſſiones faciendas; & cùm Pontifex, & Sacr. Congr. diſtinguant caſus, diſtinctèque quo ad unum, & alium præſtent reſponſiones; & in primo quo ad confeſſiones audiendas, ſolùm firment requiri approbationem ab Ordinario indiſtinctè abſque declaratione proprij Ordinarij, ſitque Concionatoris officium diſtinctum ab officio Confeſſarij, non poteſt diſpoſitio unius caſûs alterum declarare, quia regula illa, quòd ultima declarant priora, procedit, quando eadem militat ratio, ſecùs verò quando datur diverſa, ut cum multis Caſtill. *controv. lib.* 4. *cap.* 50. *n.* 22. *& ſeqq.* Item non procedit quãdo non extant conjecturę, neque præſumptiones, quæ inducant diſponentis voluntatem, ut idem Caſtill. *n.* 25. etiam non procedit in rebus odioſis, ſed tantùm in favorabilibus, ut tenet idem Caſtill. *num.* 28. ubi multa ad intentum invenies, de quo etiam vide *lib.* 2. *cap.* 4. *per totum*: atquî in uno, & alio caſu diverſa datur ratio, neque extant conjecturæ, quæ inducant Pontifices, & Cardinales declarantes, velle comprehendere Cruciatam, neque requiri appro-

approbationem à proprio Ordinario quoad confeſſiones ; & prædictæ Pontificum , ac Sacr. Congr. diſpoſitiones ſunt odioſæ , & correctoriæ privilegiorũ : ergò non eſt una per aliam clauſulam intelligenda.

20 Quòd detur diverſa ratio patet: quia Confeſſarius , ut eligi poſſit per Bullam , ſolùm requirit approbationem, juriſdictionem namque illi confert Põtifex ; ideo quando in prædictis Bullis Paul. V. Clement. X. & declarationibus agitur de approbatione, ſolùm fit mentio de Ordinario ſimpliciter abſque additamento territorij : at verò in Concionatoribus non ſolùm requiritur approbatio , ſed utique neceſſaria eſt Ordinarij licentia: cùm ergò iſta dari non poſſit ab alieno Epiſcopo , niſi in proprio territorio , ideo quando prædictæ Bullæ , & declarationes agũt de hoc munere, declarant requiri licentiam Ordinarij ipſius Cõcionatoris ; ex diverſitate namq; locutionis , & diſpoſitionis in uno , & alio caſu benè infertur voluntas Pontificis , & non dari locum conjecturis , aut præſumptionibus, præcipuè cùm agatur de revocatione privilegiorum, quæ eſt odioſa , & nullo modo favorabilis. Vide reſponſiones à nobis præſtitas *à num.* 49. *cum ſeqq. p.*278.

21 Deinde , ut diximus in noſtra quæſtione , Bulla non cõcedit privilegium Confeſſario , ut eligi poſſit, ſed pœnitenti , ut eligere poſſit ex approbatis : atquî Cardinalium declarationes , & Pauli Bulla ſolùm declarant Cruciatam nil novi juris induxiſſe quo ad Regulares: ergò nõ loquuntur de privilegio pœnitentibus elargito, cùm revocatio ſit ſtricto modo interpretanda , & non ultra caſum de quo loquitur , ut ſatis demonſtravimus.

22 Probatur maior : quia Cruciata eſt quaſi cõtractus initus inter Pontificem,& fideles,in quò Pontifex fidelibus concedit facultates in Bulla contẽtas pro eleemoſyna ab eiſdem præſtanda , fidelesque ideo eleemoſynam erogant , ut ijſdem facultatibus frui poſſint , de quo latiſſimè egimus *q.*2. *n.*24. *cum ſeqq. p.* 139. & patet ex verbis Bullæ Luſitano idiomate tranſcriptæ, ibi : *E por quanto vòs déſtes , &c.* Atquî contractus ſolùm inter contrahentes vigorem habet , ut eſt notum in jure : ergò Bulla ſolùm fidelibus pœnitentibus, non verò Confeſſarijs facultatem , & privilegium concedit : ſed ea , quæ per viam contractus conceduntur, non revocantur, niſi datâ juſtiſſimâ causâ , & cum expreſſa derogatione ; & ea, quæ Regibus conceduntur (ut utiq; notavimus locis citatis :) ergò revocatio,ſeu declaratio Paul.V. & Clement.X. atque Cardin.declarationes cùm dicant Cruciatam nil novi induxiſſe , quoad Con-

Digitized by Google

Confeſſarios, nihil circa privilegium pœnitẽtibus elargitum revocant, neque declarant, ac per conſequens nil contra noſtram ſententiam inducunt.

23 Secundum noſtræ ſententiæ fundamentum, de quo *n.* 44. *p.* 276. in eo ſtabilitur; quòd Bulla diverſimodè loquitur de una, & alia approbatione; loquẽdo enim de Oratorijs, atque de Concionatoribus, & Subdelegatis, addit particulam loci, quæ non invenitur in locutione de Confeſſarijs: atquî diverſitas in locutione, diverſitatem inducit in diſpoſitionibus: ergò ſufficit approbatio ad audiendas confeſſiones à quocumque Ordinario. Contra ſtat Sap. M. negando diverſitatem locutionis, novam inducere diſpoſitionem, & ſic arguit.

24 Tunc diverſitas locutionis poteſt diverſam inducere diſpoſitionem, quando Princeps aliundè ſuam mentem non declarat; atquî Pontifices ſæpiùs in citatis Bullis ſuam mentem declararunt: ergò diverſitatem in diſpoſitione non inducit locutionis diverſitas.

25 Reſpondeo, negando minorem; nullibi enim in dictis Bullis invenitur declarata Pontificum voluntas circa Bullam Cruciatam; nam cùm propoſita fuiſſet querimonia, quòd ſcilicèt Regulares confeſſiones audire contendebant cum ſola unius Ordinarij approbatione, virtute ſuorum privilegiorum, & virtute Cruciatæ; quoad Cruciatam, reſpondent Pontifices, illam in hoc negotio nil novi induxiſſe; quare prædicta verba non declarant expreſsè Pontificum mentem, nec revocant Cruciatæ privilegium: ergò cùm non aliundè conſtet de expreſſa Pontificis mente; corruit minor; quia ſolùm procedit quando datur expreſſa Pontificis declaratio; quòd verò iſta non detur patet; quia ſi eſſet clara, & expreſſa, non contenderent AA. de illius intelligentia, in claris enim non datur dubitandi ratio, neque contentio inter DD. qui tamen innumeri inveniuntur pro noſtra ſententia: ergò certum eſt non dari expreſſam Pontificis declarationem; immò valdè obſcuram, & ambiguam, & quod lex, ſeu Põtifex non dicit, non eſt ab homine præſumendum, *L. diſſentientis, Cod. de repud. cap. alia, ne Sede vacante*, Surd. *conſ.* 119.

26 Proſequitur Sap. M. Expreſſum dicitur, quod ſubintelligitur à jure, cùm autem à jure Trid. *ſeſſ.* 23. *de reform. cap.* 15. & ex Conſtitutionibus Paul. V. & Clement. X. habeamus Ordinarium, in ordine ad confeſſiones audiendas approbationem daturum, debere eſſe Ordinarium loci, ſive Diœceſanum territorij, hunc certè Ordinarium, & non alium Bulla in poſteriori clauſula exprimere cenſetur.

27 Reſpondeo, prædictam

regulam limitari, quando aliquid expreſsè requiritur, vel ſpecialitèr fieri debet in aliqua diſpoſitione correctoria, per Flamin. *de reſignat. benef. lib.* 6. *quæſt.* 2. *n.* 54. *& lib.* 8. *quæſt.* 10. *num.* 23. Ant. Monach. Lucenſ. *dec.* 62. *num.* 13. & Florent. *dec.* 69. *n.* 17. Flores de Mena *var. lib.* 3. *q.* 21. *num.* 26. utique limitatur, quando expreſſio aliquid operari nequit, dareturque ſuperfluitas in expreſſione: multa alia vidę per Barboſ. *axiom.* 99. *num.* 15. Atquî, ut denominatio Ordinarij intelligatur de territorio, requiritur expreſſio, præcipuè cùm ſimus in diſpoſitione correctoria, neque in expreſſione daretur ſuperfluitas, immò potiùs ea non debet intelligi, niſi declaretur, cùm detur diverſa ratio in approbatione Oratorij, & cùm iſta fieri nequeat in alieno territorio; at verò ad confeſſiones audiendas facta in uno territorio, remanet teſtimonium idoneitatis perſonæ, & approbationis, quæ cùm ſit perſonalis, ſequitur perſonam quocumque ierit, ex Paſqualig. *de Jubil. q. ſupr. cit.* 187. ergò locum non habet prædicta regula in noſtro caſu; ac per conſequens corruit argumentum, ut latiſſimè diximus *n.* 49. *cum ſeqq. p.* 278.

28 Tridentinum verò *ſeſſ.* 23. *de reform. cap.* 15. non loquitur de Ordinario territorij, ſed tantùm ait *ab Epiſcopis* in plurali numero; non ut requiratur approbatio ab omnibus, ſed ut ſufficiat à quocumque, ut tenèt Ant. ab Spir. Sanct. *in direct. tom.* 1. *tract.* 5. *de pœnit. diſp.* 13. *num.* 867. qui exemplum adducit unctionis, unde Apoſtolus ait, *inducat Presbyteros*, cùm tamen ab uno ſufficiat: vel dic cum Fr. Ludovic. à Cruce *de Bull. diſp.* 1. *cap.* 2. *dub.* 15. *num.* 11. particulam, *Epiſcopis*, non eſſe intelligendam copulativè, ſed disjunctivè, nempè quòd debeat approbari ab aliquo Epiſcoporum, ut notavimus *n.* 55. *&* 56. *p.* 280.

29 Rurſus Sap. M. arguit *n.* 6. *p.* 382. ex à nobis traditis *n.* 48. *p.* 278. ubi exponimus, quòd una pars, quādo ambigua eſt, ab alia declarationē, atque determinationē accipit, & ex *n.* 51. *p.* 279. ubi diximus idem ſervandum eſſe, quando aliqua diſpoſitionis pars eſt incerta, & dubia; quo ſuppoſito, ſic arguit: atquî ſecunda diſpoſitio Pontificis, in quâ diſponit, quòd approbatio ad confeſſiones audiendas ſit ab Ordinario facienda, ut intelligatur à quocumque, & non territorij, eſt valdè incerta, dubia, & ambigua, tum propter diſſidentes AA. ſententias, tum propter poſteriores Bullas Paul. V. & Clement. X. tum propter Cardinalium declarationes, ac etiam cōgruentiſſimas rationes, quæ illi adverſantur: ergò debet ab alia anteriori, diſpoſitione clarâ, & evidenti, interpretationem accipere: adeoque non ſolùm approbatio

batio ad Oratoria, verùm etiam ad confessiones ab Ordinario lóci obtinenda venit. Sic perorat Sap. M.

30 Respondeo negando minorem; non enim datur dispositio incerta, dubia, neque ambigua, quia certè, clarè, & distinctè Bulla in uno loco circa Oratoria ait: *ab Ordinario loci*, in alio verò quoad Subdelegatos, & Concionatores eadem legitur particula; & tamen quoad confessiones ait, *ab Ordinario*; quãdo verò verba sunt clara, non admittunt interpretationẽ, præcipuè quando in eâdem Bullâ inveniuntur duæ clausulæ, una ab alia distincta cum ratione diversitatis, de qua jam suprà; si enim Pontifex in secunda intelligi voluisset approbationem de Ordinario loci, expressisset, sicut expressit in Oratorijs, non enim immemor præsumendus est de suamet dispositione paulo antea posita, immò dicendum, velle inter unam, & aliam differẽtiam facere; conjecturæ namque ab AA. factæ sunt incertæ, dubiæ, atque ambiguæ, quæ veritati cedunt, ut est notum in jure; in claris namque non dantur conjecturæ, neque interpretationes; Bullas verò Paul. V. & Clem. X. ac declarationes jam multoties diximus non exprimere Cruciatam, nisi tantùm nil novi induxisse pro Regularibus. Nullæ namque rationes concludentes assignari possunt, quæ adversentur dispositioni claræ, & distinctæ Pontificis loquentis diversimodè in Oratorijs, atque in Cõfessarijs, & in Bullis Pauli, & Clementis, aut declarationibus de Confessarijs, & Concionatoribus, ut notavimus suprà. Cùm enim dispositio est clara, & specifica, non recipit intellectum restrictivum, aut ampliativum ex ratione, seu causâ posita in præfatione, seu proœmio quantumvis finali, è contra; proœmium respicit interpretationem à clara dispositione, ut cum multis Castill. *lib.* 4. *cap.* 47. *num.* 32. *& seqq.* verba enim cùm sint clara, nullam voluntatis quæstionem admittunt, *Lille, aut ille*, §. *cùm in verbis, ff. leg.* 3. Rota *dec.* 45. *num.* 5. *vers. alldebant aliqui ex DD. p.* 1. *recent.*

31 Deinde nego consequẽtiam: quia de jure ultima derogant priora, ut est notum, non verò prima dispositio ultimam: ergò cùm dispositio circa Confessores sit ultima, fortius per illam debet anterior interpretari, quàm ista per priorem, præcipuè cùm quælibet sit specifica pro suo casu distincto, ex data diversitatis ratione, de quâ jam suprà multoties. Ergò quælibet accipi debet absolutè, quin una dicat rationem, vel respectum ad aliam.

32 Contra nostrum tertium fundamentũ, de quo *n.* 64. *p.* 283. insurgit Sap. Magist. illud referens in hunc modum *n.* 7. *p.* 383.

niſi dicamus ſufficere approbationem à quocumque Ordinario, nullum certè erit Bullæ privilegium quoad approbationem, ſed dumtaxat quoad juriſdictionem; quod non eſt dicendum; quod verò nos diximus, ſic ſe habet *d. num.* 64. *p.* 283.

33 Tertiò, pro noſtra aſſertione facit illa vulgaris juris reſolutio, quòd Principum privilegia ſuum debent habere effectum: atquî ſi eligi per Bullam non poſſet, niſi approbatus ab Ordinario loci, nullum in Bulla daretur privilegium: ergò dicendum eſt ſufficere approbationem à quocumque Ordinario, quæ ſunt formalia verba noſtri aſſerti.

34 Hoc ſuppoſito, contra nos arguit Sap. M. inquirendo undenam probatur Bullam concedere privilegium quoad approbationem? Reſpondeo Bullam non concedere privilegium quoad approbationem, itaut eligi poſſit non approbatus, neque ut habentes Bullam poſſint aliquem approbare ad confeſſiones audiendas: concedit tamen Bulla eam habenti, quòd ex approbatis poſſit quem maluerit eligere: atquî de jure etiam qui Bullâ caret, poteſt ex approbatis à proprio Ordinario quem maluerit eligere in Confeſſorem, etiam in annuis confeſſionibus, ut conſtat ex Conſtitutionibus Synodalibus Ulyſſipon. *lib.* 1. *tit.* 10. *decret.* 4. §. 2. *p.* 81. Lamac. *lib.* 1. *tit.* 7. *c.* 2. *in princ.* & §. 1. *p.* 52. Viſenſ. *lib.* 1. *tit.* 5. *conſt.* 5. *p* 31. Algarb. *lib.* 1. *c.* 66. *p.* 125. Ægitan. *lib.* 1. *tit.* 8. *c.* 8. *p.* 35. Leirienſ. *tit.* 4. *conſt.* 3. *p.* 8. Eborenſ. *tit.* 3. *c.* 4. *p.* 6. *verſ.* Portuēſ. *lib.* 1. *tit.* 6. *conſt.* 10. *p.* 84. & ferè omnibus: ergò cùm Bulla privilegium præſtet in electione, dicendum eſt hoc privilegium verificari non poſſe, niſi eligendo approbatum à quocumque Ordinario, cùm iſte talis verè ſit approbatus, alitèr namque inutilis, & ſupervacanea eſſet electio in Bulla conceſſa, ſi nihil concederet, niſi illud, quod unuſquiſque jure proprio habet: atquî privilegia aliquid debent operari, nec verba Pontificis poſſunt eſſe inutilia: ergò quanvis Bulla non cõcedat privilegium quoad approbationem, concedit tamen quoad electionem, & cùm privilegium ſit extra, vel præter jus; benè ſequitur concedi in Bulla, ut eligi poſſit approbatus, quocumque modo talis ſit, vel à proprio, vel ab alio quocũque Epiſcopo.

35 Arguit inquam Sap. M. in hunc modum, certè Bulla non alitèr concedit privilegiũ quoad Oratoria, atque quoad confeſſiones excipiendas: ſed per adverſarium quando concedit privilegium quoad Oratoria, etſi exigat approbationem ab Ordinario, non concedit privilegium quoad approbationem, ſed tantùm exprimit conditionem, quæ ineſt

ineſt à jure, *cap. His ergò, de cõſecrat. diſt.* 1. *& cap. Clericus, eod. tit.* ubi prohibetur celebrari extra Eccleſiam, niſi Epiſcopus approbaverit, quâ de causâ nullum concedit, per Bullam concedi Epiſcopò privilegium ad approbandum, ſed tantùm, ut habitâ approbatione, quæ de jure competit Ordinario loci, poſſit ex licentia Papæ in Oratorio celebrari: ergò etiam quãdo Bulla concedit, ut approbatus ab Ordinario poſſit confeſſiones excipere, nullum certè concedit privilegium circa approbationem, ſed tantùm exprimit conditionem, quæ ineſt à jure, quòd ſcilicet Confeſſarius debeat ab Ordinario obtinere approbationem, ut ſic eam amplam Bullæ juriſdictionem exercere poſſit: in quo Sap. M. confirmat à nobis reſoluta in tertia quæſtione.

36 Reſpondeo concedendo totum: benè namque arguebatur ſi in noſtro fundamento firmaremus Bullam circa approbationem aliquod conferre privilegium; ſed nos nihil de hoc diximus, ſed tantùm concedi in Bulla privilegium ad eligendum ex approbatis, in electione, non verò in approbatione extat privilegium, ut ſuprà notavimus, & cùm ad eligendum ſolùm requiratur conditio approbationis, iſtaq; detur in approbato à quocumque Ordinario, cùm ſit tantùm judicium idoneitatis, non verò juriſdictio, quâ de causâ dari poteſt à non proprio Ordinario; jam verificatur conditio à Pontifice requiſita; ac per cõſequens pura remanet facultas eligendi à Pontifice conceſſa.

37 Ex eo namque quòd Põtifex neque quoad Oratoria, neque quoad confeſſiones privilegium concedit circa approbationem, diverſimodèque loquitur in uno, & alio caſu, infertur, requiri tantùm quoad confeſſiones approbatum à quocumque Ordinario, & ſic demonſtro ad oculum quoad me.

38 Approbatio Oratorij de jure requiritur, quòd ſit à proprio Epiſcopo, ut Sap. M. probat; approbatio quoad cõfeſſiones excipiendas, etiam requiritur à proprio Epiſcopo, ut etiam idem tenet, (cùm tamen in Trid. *ſeſſ. 23. de reform. cap. 15.* nullum inveniatur verbum inducens requiri à proprio Epiſcopo, ut ſuprà cum Ant. à Spir. Sanct. & Fr. Ludovic. à Cruce notavimus: ſed hoc dato) Atquî Pontifex in Bulla Cruciata, cùm diſponit circa Oratorij approbationẽ, ait, quòd hæc fiat à proprio Epiſcopo; per verba illa: *ab Ordinario loci*, ex eo, quia relinquit approbationem diſpoſitioni juris communis, & quia in alieno territorio non poteſt Epiſcopus aliquid exercêre: at verò cùm agit de approbatione quoad confeſſiones excipiendas, ſolùm conditionem ponit, ut eligatur approbatus ab Ordinario abſque

taxativa *loci*, ex eo, quia approbatio potest à quocumque Episcopo fieri in quo cumque territorio, cùm sit testimonium tantùm idoneitatis, quoquilibet Episcopus in sua propria Diœcesi præstare potest, ut valeat in alijs in quibus commoretur talis approbatio, quia hæc sequitur personam, cùm sit personalis, ut sæpè numero notavimus cum Pasqualig. *dec.* 187. & quia Pontifex voluit quoad electionem Cõfessoris aliquid in Bulla pœnitẽtibus cõcedere, forsan jus agnoscens, expressit in casu Oratorij, ne locus esset disputationi, particulam *loci*, in casu verò Confessoris, tacuit talem particulam, quæ diversitas in locutione, dispositionem claram, & individuam demonstrat ex diversitate materiæ, ac dispositionis, cum scientia in Pontifice juris cõmunis, quod est in scrinio illius pectoris, de quo recordatus fuit in primo casu de Oratorijs; quare in secundo, oblivio illius considerari nequit: ergò cùm in electione Oratorij exprimatur particula *loci*, in casu verò confessionis minimè, deturque facultas ad eligendum approbatum ab Ordinario absque additamento quòd sit loci, incongruum non erit dicere Pontificem in Bulla concedere electionem ex approbatis à quocumque Ordinario; aliter enim nihil circa electionẽ concessum esset in Bulla, cùm unusquisque fidelis possit approbatum à proprio Episcopo eligere absque privilegio, ut notavimus *num.* 65. *& seqq. p.* 283.

39 Patet hoc evidentiùs: quia in Jubilæis duarum Hebdomadarum, & Anni sancti, utique concedit Põtifex facultatem ad eligendum Confessarium ex approbatis, & tamen declarat, quòd sit ex approbatis ab Ordinario loci, ut ex eorum tenoribus patescit: signum me herculè est, Pontificem agnoscere necessariũ esse talem particulam exprimere, ne aliter intelligatur sufficere approbatum à quocumque Ordinario: atquî in Pontificijs dispositionibus non dantur superflua, & quælibet syllaba suum habet effectum, ut notum est in jure: ergò superflua esset expressio loci in Jubilæis, neque effectum haberet si in omnibus casibus, vel exprimatur, vel non, talis circunstãtia esset intelligenda de Ordinario loci: ergò quãdo talis non exprimitur circunstantia, ut in Bullâ Cruciatâ, sufficit approbatio à quocumque Ordinario.

40 Insistit Sap. Mag. adhuc dato, & non concesso, quòd Bulla concedat privilegium circa approbationem, nec ideo convenire nostrum discursum, ex eo, quia benè potest subsistere privilegium speciale quoad approbationem, quanquam dicamus hanc obtinendam ab Ordinario loci: casumque proponit, quo scilicet Ordinarius loci aliquem

quem authenticè approbavit ad confeſſiones, non tamen eidem contulit juriſdictionem. Ecce adeſt privilegium Bullæ illi ſiquidem Sacerdoti, & ſi habenti approbationem ab Ordinario loci, nullus defectu juriſdictionis confiteri poterat, aſt per Bullam jam apud illum conſcientiam expiare poteſt.

41 **Reſpondeo in caſu ſic propoſito nullum dari privilegium circa approbationem, ſed ſolùm quoad juriſdictionem; quia talis Sacerdos authenticè** approbatus à proprio Ordinario, verè, & propriè in omni caſu, & ſecundùm juris regulas eſt approbatus; neque circa approbationem aliquo indiget privilegio, ſolummodò namque ei deficit juriſdictio, quam ei præſtat Pontifex per Bullam, qui eſt Ordinarius cum juriſdictione in toto mundo. Ergò iſta tali Sacerdoti confertur per Bullam; ac per conſequens nil in tali caſu operatur circa approbationem, ſed circa juriſdictionem.

42 Probo ſic ex eodem Jubilæo duarum Hebdomadarum, in quo datur facultas eligendi Confeſſarium approbatum ab Ordinario cum expreſſione loci; nam iſte Sacerdos taliter cõſideratus cum approbatione abſque juriſdictione eligi poteſt per tale Jubilæum, quia Pontifex juriſdictionem ei confert, ex eo, quòd approbatus exiſtit à proprio Ordinario: atquî Bulla **Cruciata aliquod amplius præſtat privilegium, cùm nõ habeat taxativam ab Ordinario loci:** ergò ſi in ſuprapoſito Jubilæo talis figuratus eligi poteſt, quia eſt approbatus cum taxativa; ubi iſta non invenitur, benè poterit eligi approbatus à quocumque Ordinario, & non benè ſtat argumentum, cùm in eo ſolùm applicari poſſit privilegium quoad juriſdictionem, non verò quoad approbationem.

43 **Hæ ſunt objectiones, quæ à Sap. M. opponuntur contra noſtra fundamenta;** proſequitur tamen impugnando ſolutiones, quas præſtitimus argumentis à nobis conſideratis, quibus eâ quâ potuerimus veritate utique reſponſa præſtabimus.

44 Proponitur *num.* 10. à Sap. M. noſtram reſponſionem præſtitam *num.* 72. quòd ſcilicèt Bulla Cruciatæ nihil novi juris induxerit reſpectu Regularium Confeſſariorum, induxerit tamen reſpectu pœnitẽtium, ad rem non venire. Quando enim Pontifex interrogatus fuit, num Regulares virtute Cruciatæ poſſint pœnitentes abſolvere abſque approbatione ab Ordinario loci; reſpondit Cruciatam nihil novi juris induxiſſe in hac re: reſpondit, inquam, circa interrogata: ſed interrogatio erat; utrùm pœnitenres habentes Bullam Cruciatæ poſſint cõfiteri Regularibus non approbatis ab Ordinario loci; ut conſtat

ex

ex ſupplicatione Archiepiſcopi Hiſpalenſis: ergò cùm Pontifex reſpondeat *literas Cruciatæ nihil novi juris induxiſſe in hac re*, loquitur de Confeſſarijs operantibus virtute privilegij Bullæ pœnitentibus conceſſæ: præterea nulli unquam Regularium venit in mentem, quòd ipſi virtute Bullæ poſſent abſolvere pœnitẽtes, qui Bullam non haberent, de quo nunquam fuit dubium inter AA. quomodo ergò credendum eſt Pontificem de re dubia interrogatum, omiſſo dubio, ſtatuiſſe dumtaxat de re, de qua non interrogabatur, omninò certa, & indubia? Sic P.M.

46 Ut tanto argumento reſpõdere poſſimus, prius tranſcribere oportet ſupplicationẽ factam ab Archiepiſcopo Hiſpalenſi, quæ ſic ſe habet: *In Civitate, & Diœceſi Hiſpalenſi, Regulares abſque Archiepiſcopi licẽtia, & approbatione, ſolent ſæculariũ confeſſiones audire, & verbum Dei in alijs, quàm ſuorum Ordinũ Eccleſijs prædicare, forſan adducti, quòd ſe à juriſdictione Ordinarij exemptos eſſe, & vigore literarum Apoſtolicarum ſuper Cruciatam nuncupata emãnatarum*, illa ſibi præmiſſa eſſe prætendant: *Supplicat Illuſtriſſimis, & Reverendiſſ. DD. VV. modernus Archiepiſcopus, pro hujuſmodi abuſus tollendi remedio, & declaratione.*

46 Inquirere vellem à Sap. M. ubi nam conſtet ex his verbis locutum fuiſſe in privilegio pœnitentibus conceſſo in Bulla ad eligendum Confeſſorem, cùm verba omnia ad Regulares referantur; nam in principio ait ſic, *Regulares*, deinde proponit, *confeſſiones audire*, & quando loquitur de Cruciata, ait: *illa ſibi præmiſſa*; quæ dictio *ſibi* refertur ad ipſos Regulares; unde ne verbum quidem in ſupplicatione à Sap. M. citata invenitur, quòd de pœnitentibus loquatur, nec ad eos referatur: ergò non benè ſtat argumentum, cùm contrariam habeat literam ejuſdẽ textus. Decretum verò Sacr. Congr. ſic ait: *Sacra Congregatio Cardinalium, Concilij Tridentini interpretum cenſuit, Regulares hujuſmodi, utcumque exemptos, non poſſe abſque Ordinarij Hiſpalenſis licentia, & approbatione perſonarum ſæcularium confeſſiones audire, literasque Cruciatæ prædictas in hac re quidquam novi juris minimè induxiſſe; ac ſimiliter non poſſe dictos Regulares verbum Dei prædicare in alijs, quàm ſuorum Ordinum Eccleſijs abſque licentia, & approbatione ipſius Ordinarij R. Card. Ubaldinus.*

47 Undè patet, quòd ſuprà diximus, & ne verbum quidem habetur, quòd ad pœnitentes, & eorum privilegia referatur, quia eodem modo ac in ſupplicatione, agitur de Regularibus expreſsè, & de eiſdem, de quibus ſupplicatum fuerat per verba ibi: *Regulares hujuſmodi*, & patet ex alijs verbis, *confeſſiones audire*,

Digitized by Google

dire, hoc namque verbum *audire* non refertur ad pœnitentes, ſed ad Confeſſarios : ergò nil propoſitum, neque diſpoſitum fuit circa pœnitentium privilegia, ſed circa Confeſſariorum facultates; ideo namque ait Sacr. Congr. nil novi induxiſſe in illa re, de qua agebatur, Cruciatam, & meritò, quia in Cruciata non conceditur privilegiũ Confeſſario, ſed pœnitenti, qui eligere poteſt. Confeſſarius nãque habetur ut patiens, pœnitens verò, tanquam agens, qui eligere poteſt quem ex approbatis malverit; neque diſpoſitio poteſt extendi ultra contẽta in petitione, ut fatetur idem Sap. M. conceſſio namque explicatur per ſupplicationem, quando aliud non exprimitur, ex *L. ſi preces, ff. de leg. cap. inter dilectos §. cæterum, de fid. inſtrum.* ubi communiter DD. ergò ad rem venit noſtra reſponſio, cùm ſit fundata in verbis tam ſupplicationis, quàm declarationis, ac traditis à Tambur. *lib. 5. de pœnit. cap. 5. n.* 14. quem omnino vide, & Corella *in pract. in propoſit.* 1. *Innocent. XI. num.* 5. qui citat Hoz. Torrecill. & Fr. Emman. à Concept.

48 Replicabis: petitio, & decretum Sacr. Congr. prohibet confeſſiones audire: atquî nemo confiteri poteſt, quin Confeſſor audire peccata valeat; ergò ſi prohibetur Confeſſario audire, utiq; prohibetur pœnitenti confiteri, cùm in rebus, in quibus duo cõcurrere debent, deficiente uno, corruat alterum, præcipuè quando copulativè concurrere debent.

49 Reſpondeo, aliud eſſe dari privilegium Confeſſarijs ad audienda peccata, aliud verò pœnitentibus, ut eligere poſſint Confeſſarium: propoſitum fuit Sacr. Congr. Regulares audire cõfeſſiones tam ex proprio privilegio, quàm ex privilegio Bullæ ipſis competentibus; Sacr. Congr. reſpondit, Bullam de re ſibi propoſita nil novi induxiſſe: cùm ergò res propoſita fuiſſet, Regulares ſibi ex privilegio per Bullam conceſſo contendere confeſſiones audire, ait decretum nil ea re Bullam induxiſſe novi, id eſt, Bullam nullum Regularibus præſtare privilegium, ut confeſſiones audire poſſint, ſed non revocat privilegium, quod per Bullam pœnitẽtibus conceditur. Sacr. Congreg. declarat, quod Bullam non habet, non verò revocat, quod Bulla in ſe continet. Regulares non poſſunt confeſſiones audire virtute privilegij Bullæ ſibi cõceſſi; quia tale privilegium illis non conceditur in Bulla, confeſſiones audiunt virtute privilegij non ipſis, ſed pœnitentibus elargiti, ut eligere poſſint approbatum abſque taxativa loci: ergò benè ſtat noſtra reſponſio, ſiquidem conformatur in omnibus cum litera tam ſupplicationis, quàm decreti, ac Bullæ Cruciatæ.

50 Ar-

50 Arguit deinde Sap.M.ſic *n.* 11. *p.* 384. ulterius, in ea Bulla Pontificia concedit Paul. V. Archiepiſcopo Hiſpalenſi, ut cenſuris, & pœnis poſſit procedere adverſus Regulares, qui privilegijs Cruciatæ innixi abſque Ordinarij Diœceſani approbatione vellent pœnitentes privilegiatos abſolvere: ergò manifeſtum eſt Pontificem locutum de privilegijs Cruciatæ pœnitentibus conceſſis.

51 Reſpondeo in dicta Bulla Paul. V. nil amplius inveniri, ſed eademmet verba, quæ continentur in Cardinalium declaratione, & ne verbum quidem habetur de pœnitentium privilegio; & quoad juriſdictionem, his utitur verbis Pontifex: *Committimus, & mandamus, ut quoſcumque cujusvis Ordinis Regulares Civitatis, & Diœceſis prædictarum præmiſſa peragentes, ſeu peragere poſſe, quovis prætextu prætendentes, authoritate noſtra moneat, ut decreto, & declarationi noſtris hujuſmodi de cætero, ut par eſt, obediant.* Ex quibus verbis pateſcit, ſolùm confirmaſſe Pontificem Sacr. Congr. declarationem, de qua fit mentio, & nil ampliùs decreviſſe: unde eodem modo ſatisfit huic diſpoſitioni, ut ſuprà diximus ex declaratione Sacr. Congr. Deinde, ut jam notavimus, prædicta Bulla quando agit de confeſſionibus excipiendis, ſolùm ait, abſque Ordinarij licentia, quin exprimat à quo Ordinario; poſtea verò quãdo agit de Concionatoribus, addit, abſque licentia, & approbatione ipſius Ordinarij; ex quo duo infero: Primum, quòd loquendo de Confeſſarijs, non agit de approbatione, ſed de licẽtia: atquî licentiã præſtat Bulla: ergò nihil agit prædicta diſpoſitio, cùm Bullam non revocet. Secũdum, quòd agendo de Concionatoribus, & licentiam, & approbationem ponit, declaratque quòd ſit præſtanda ab ipſius Ordinario; in tali namque differentia, promiſcua in re diverſa, negari non valet fieri diverſam diſpoſitionem cum ſcientia, & maturo conſilio: ergò nil circa pœnitentes diſponit Põtifex in hac Bulla, ac per conſequens noſtræ doctrinæ non contradicit, neque ex ea ſequitur quod Sap. M. opponit.

52 Deinde juxta legum, vel diſpoſitionum proœmium, reliqua ſolent adjungi, *L. ult. de hæred. inſt.* proœmium namque denotat mentem loquentis, *L.* 1. *ff. ad Maced. L. cum hi, in princ.* & ibi Bart. *ff. de tranſact.* Alex. *cõſ.* 7. *num.* 3. *col.* 1. Cravet. *conſ.* 192. *num.* 11. Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 1. Gratian. *conſ.* 78. *n.* 13. *lib.* 1. & *conſ.* 137. *num.* 14. *lib.* 1. Roman. *conſ.* 180. *num.* 6. Menoch. *de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 2. cum alijs Barboſ. *axiom.* 192. *per totum*, & ex proœmij verbis optima ſumitur conjectura interpretationis voluntatis con-

concedentis, ex multis adductis à Caſtill. *quotid. lib. 4. cap. 47. per totum*; cauſa namque finalis diſpoſitionis à præfatione oſtenditur, *L. fin. ff. hæred. inſt.* vide multa per Cabed. *dec. 33. p. 1.* & inſignem Præceptorem Leyvã *in §. Ne adverſus has Regum, ad text. in cap. 2. de conceſſ. præb.* Atquî Clemens X. declarationes Cardinal. & Paul. V. Bullam in unum congregavit, occaſione privilegiorum, quæ per Sedem Apoſtolicam Religioſis Ordinibus conceſſa fuerunt, ut conſtat ex proœmio hujus Conſtitutionis, & in proœmio à Cherubino poſito hæc leguntur verba, ibi: *Conſtitutio, in qua Regularium privilegia quoad prædicationem verbi Dei, & Sacramenti Pœnitentiæ adminiſtrationem declarantur.* Ergò ſolummodò ad revocationem privilegiorũ Regularium, non verò Cruciatæ quoad pœnitentes tendunt prædictæ Bullæ, ac Cardinalium declarationes.

53 Ultimò, quamvis in ſupplicatione omnia fuiſſent propoſita, tamen Pontifices, ac Cardinales, non omnibus annuerunt, immò potiùs per partes reſponſa præſtiterunt; quoad Regulares, exprimendo eorum privilegia, eos non eximere ab approbatione proprij Ordinarij; quo verò ad Cruciatam, iſtam nil novi ipſis Regularibus induxiſſe, & cùm declaratio fuiſſet ſpecificè facta pro qualibet propoſitione diſtincta, non poteſt per unam alia intelligi, cùm quælibet ſuam habeat reſolutionem; nam conceſſio in materia prohibita, uſq; ad certos terminos, excludit ultra eos terminos, maximè quando non datur eadem ratio, ex Tuſch. *lit. I. concl. 71. num. 52.* & Barb. *axiom. 46. num. 3. ad fin.* & cùm Pontifices, & Cardinales poſſent ſpecificè declarare Cruciatam non habere locum in approbatis, niſi à proprio Ordinario, de quo erat propoſitio, benè infertur noluiſſe talem facere declarationem, ex illo vulgari affatu, ſi voluiſſet, expreſſiſſet; fortiùsque videtur ex taciturnitate, approbaſſe noſtrã reſolutionẽ, ex illa vulgari regula, quòd taciti, & expreſſi, idem eſt judicium, *L. cum quid ff. ſi certum petatur*; forſan memores conſtitutionis Urbani VIII. expeditæ anno 1625. adductæ à Commiſſario D. Anton. Maſcarenhas in memoriali ad eundem Pontificem miſſo, quâ Pontificis conſtitutione ablata fuit facultas interpretandi Bullam Cruciatam quibuſcumque ordinarijs judicibus, vel Delegatis, & cauſarum Palatij Apoſtolici Auditoribus, necnon S. R. E. Cardinalibus in quacumque inſtantia, ut videre eſt apud ipſum, de quo etiam Eſcobar *de Bull. Cruciatâ tom. 1. mor. lib. 7. ſect. 1. cap. 24. n. 389.* & Lara *de trib. grat. lib. 2. p. 20.* quâ de cauſâ inaudito Commiſſario nil circa Bullam diſponere vo-

lue-

luerunt, neque Pontifices, neque Cardinales, & ſolùm dixêre nil novi circa Regulares induxiſſe Cruciatam in illa materia ; quæ reſtrictio tendit ad Regulares, de quibus propoſitum fuerat, non verò ad pœnitentes, de quibus actum non erat circa eorum privilegia, quia conceſſio non poteſt ſupplicationem excedere, Surd. *conſ.* 218. *num.* 27. plures relati à Salgad. *de retent. Bullar. p.* 2. *cap.* 30. §. 1. *num.* 22. ubi plura jura refert.

54 Denique prædictæ Conſtitutiones expeditæ inveniuntur anno 1670. & ultima 1675. Bulla verò Cruciata quotannis publicatur, & pro quolibet ſexennio reformatur à Pontificibus, quin in ea talis declaretur dubitatio, & Pontifices non ligant manus ſucceſſoribus, ne revocent ab eis diſpoſita, & cùm de jure ultima derogent prioribus, benè ſequitur nil diſpoſitum eſſe contra Cruciatam, quia, ſi per Paul. & Clementis diſpoſitiones revocata eſſent Cruciatæ privilegia, in ſequentibus talis fieret declaratio: cùm ergò non inveniatur, nil contra nos faciūt prædictæ declarationes, & Pauli, & Clementis conſtitutiones.

55 Secundò, contra noſtram reſolutionem poſitam *num.* 77. *p.* 289. ubi reſpondimus Sacr. Cōgreg. nihil determinaſſe reſpectu pœnitentium, ſed tantùm reſpectu Confeſſariorum, ſic inſurgit Sap. M. in ſupplicatione facta ad Eminentiſſ. Cardinal expoſitum fuiſſe, *An Regularibus liceret virtute Cruciatæ conceſſæ pœnitentibus, eos abſolvere*, ut patet ex contextu : ergò declaratio, & reſponſio non ſolùm procedit reſpectu Confeſſariorum, verùm etiam reſpectu pœnitentium, aliter eſſet irriſoria, & nugatoria, neque interrogatis ſatisfaceret.

56 Reſpondeo, ſalva pace tanti M. me non inveniſſe, vel protuliſſe prædicta verba ab ipſo citata, & aſſignata *dict. num.* 11. *p.* 384. quia poſtulatio ultima, quæ invenitur, ſic ſe habet per formalia verba: *Maximè oportet, quòd veſtra Sanctitas ſuo diplomate declaret, nihil ſuffragari Bullam Cruciatæ Regularibus, aut quibuslibet alijs Cōfeſſarijs in alia Diœceſi approbatis, ad audiendas confeſſiones ſæcularium hujus Diœceſis, & illam eorum Authorum opinionem hac veſtræ Sanctitatis conſtitutione antiquam eſſe.* In quibus verbis nil invenitur circa privilegia pœnitentibus elargita, & quanvis poſtularetur quòd non ſolùm quoad Regulares, ſed etiam quoad alios Confeſſores declaretur non valere privilegium Cruciatæ, ſemper locutum Pontificem invenitur reſpectu Confeſſariorum, non verò reſpectu pœnitentium, neque Pontifex, neque Sacr. Congr. tali declarationi reſpondere voluerūt, nec etiam declarare opinionem quam ſequimur eſſe antiquatam, ſicut

Digitized by Google

ſicut fuerat poſtulatum, ſolùm enim prolata eſt declaratio quo ad Regulares, & Cruciatam nil novi induxiſſe in illa re; quando autem petitio cõtinet varias partes, reſponſio quoad unas, nõ dat jus quoad alias: alitèr enim plus operaretur petitio, quàm reſolutio, cenſereturque conceſſum, quod erat poſtulatum, quanvis non eſſet conceſſum, quod admittendum non eſt; eo maximè, quia Pontifex non exprimens, non cenſetur concedere, præſertim cùm agitur de revocando jure tertij, neque rejicit antecedẽtia, ut notavimus *Enucl.* 3. *compr.* 6. *num.* 405. *pag.* 772. *& num.* 411. *pag.* 774. ex ea ratione, quia idem Pontifex non ſolet jus tertij tollere, ut etiam notavimus *n.* 427. *pag.* 797. *cum ſeqq. & num.* 440. *pag.* 800. nemini enim vult præjudicium inferre, ut *num.* 437. *pag.* 799. Atquî præjudiciũ pœnitentibus daretur, & jus ablatum eſſet eis invitis, & Cõmiſſario, atque Rege inauditis, ad quorum inſtãtiam conceſſa ſunt Cruciatæ privilegia in utilitatem Catholicæ Fidei: ergò cùm Põtifices non expreſſiſſent, dicendum non eſt velle Cruciatæ privilegia revocare.

57 Ex noſtra doctrina põſita *num.* 33. 34. *&* 35. *p.* 272. arguit idem Sap. M. nos dicere, declarationem Cardinalium comprehẽdere nõ ſolùm Regulares, ſed etiam ſeculares ex eo, quia in ſupplicatione de eis fuerat facta mẽtio; & fortiùs procedere, quia ex cõceſſione neceſſario devenîtur ad rem prohibitam: atquî in ſupplicatione fit utiq; mẽtio de privilegio Bullę ſæcularibus pœnitentibus conceſſo, & neceſſariò devenîtur ad ipſos pœnitentes hoc ipſo, quòd in declaratione poſita interdicatur Confeſſarijs eorum abſolutio virtute Bullæ abſque Diœceſani approbatione: ergò, &c.

58 Reſpondeo, negando minorem: quia (ut diximus) in ſupplicatione ne verbum quidẽ invenîtur circa pœnitentes, & eorum privilegia, ſolùm namque agitur de Confeſſarijs, non verò de pœnitentibus: ergò non concludit argumentum, præcipuè cùm Pontifices non annuiſſent, niſi tantùm quoad Regulares, diſtinguendo, & ſeparando ſupplicationes, & reſponſa præſtando cuilibet caſui diſtinctè, in quibus terminis, (ut ſæpènumero notavimus,) trahi non poteſt reſolutio de uno ad alium caſum; quod fortiùs procedit; quia Pontifex voluit Confeſſarijs interdicere, ne ſuis privilegijs ſuffulti confeſſiones exciperent non approbati à proprio Ordinario; at verò pœnitentibus noluit prohibêre facultatem eis conceſſam ad eligendum Cõfeſſorem ex approbatis indiſtinctè; in materia verò privilegiorum poteſt Pontifex uni concedere, & alijs denegare, cùm ſit materia merè favorabilis; at verò eorum reſtrictio cùm ſit materia odioſa non poteſt extendi

ultra caſum de quo agit, præcipuè in privilegijs Bullæ cõceſſis ad Regum inſtantiam, & per viam contractûs, ut latiſſimè explanavimus, qui ut revocentur, indigent revocatione expreſſâ, datâ juſtiſſimâ causâ; ideo Pontifices in varijs diplomatibus, de quibus jam diximus declaravêre, à ſua mente alienum eſſe Cruciatam revocare in generalibus conceſſionibus, ut in Jubilæo Anni ſancti, & alijs: ergò nil inducit argumẽtum ad hominem, ut ait Sap. M. *num.* 13. *p.* 385. Hoc eodem modo reſpondetur alij argumento poſito *num.* 14. *p.* 385. quia Sacr. Congr. integrè reſpõdit, & ſeparatim clauſulis propoſitis, nempè quoad Regulares, & quoad Cruciatam, eam ſcilicet, nil novi induxiſſe Cõfeſſoribus; & licèt demus, declarationem comprehendere contẽta in ſupplicatione, cùm in illa de pœnitentium privilegio mentio non fiat, certum eſt, non comprehendi in tali declaratione

59 Summè diſplicet Sap. M. *num* 15. *p.* 385. reſponſio à nobis præſtita *num.* 83. *p.* 410. quòd videlicèt eſto privilegium fuerit à Pontificibus revocatum, nihilominus per publicationem quotannis factam reviviſcere; quam reſponſionem ex eo impugnat, quia verba Bullæ eadem nunc ſunt, quæ antea; ſed Paulus V. declaravit in illis verbis non importari facultatem eligendi Cõfeſſarium non approbatum ab Ordinario loci: ergò eândem nunc quoque habent ſignificationem; Paulus enim inquit, nullam in eo Decreto; Bullæ facit revocationem, ſed tamen declarationem privilegij, ejusque ambiguitatis.

60 Reſpondeo, negando minorẽ: quia nullibi in Paul. V. Bullâ invenîtur declaratum non importari in verbis Bullæ Cruciatæ facultatem eligendi Confeſſarium non approbatum ab Ordinario loci; ſolùm enim in ea legitur: *Cruciatam nil in hac re novi juris induxiſſe*: ex quibus verbis non colligitur intentum Sap. M. cùm ergò Pontifex nil declaraſſet, & Bulla renovetur pro quolibet ſexennio cum eiſdem clauſulis, ideo conſtat Pontifices ſucceſſores de tali declaratione non curaſſe, faciliùs enim erat, & accommodatius in ſequentibus Cruciatæ Bullis talem facere declarationem, ut ſemina contentionum extirparẽtur, ſicut poſtulatum fuit: patet hoc; quia Clemens X. qui poſtea omnes declarationes Cardin. & Paul. V. conſtitutionẽ circa Regulares in unam collêgit, & reduxit, ne verbum quidem loquitur de Cruciata: & cùm hæc cõnſtitutio fuiſſet generalis, reducendo ad ejus terminos omnes antecedentes conſtitutiones, de quibus fit mentio, hæ antiquatæ ſunt per hanc legem generalem ultimo loco prolatam, quia lex poſterior derogat priorem præ-

Digitized by Google

præcipuè cùm ambæ sint conditæ ab æqualem potestatem habente, *cap.* 1. *de constit. in* 6. *L. sed & posteriores ff. de leg.* ubi *gl. verb. nisi contrarius*; & docet Pal. *tract.* 3. *de leg. disput.* 5. *p.* 2. §. 1. *num.* 7. ita est in proposito: ergò, &c.

61 Exemplum refert Sap. M. *num.* 16. *p.* 385. in hunc modum: quanquam controversum fuerit inter DD: an virtute Jubilæi concedentis facultatem absolvendi ab omnibus casibus etiam Bullæ Cœnæ, concedatur facultas absolvendi ab hæresi occulta; quia tamen Innocentius X. & Alexand. VII. sæpiùs declarâruht, in ea clausula eam facultatem non contineri, jam non videtur probabile, posse virtute jubilæi denuò publicati hæresis crimen absolvi, ut videre est apud Dian. *p.* 12. *tract.* 2. *de collocut. & scrip. resol.* 25. *& tract.* 3. *miscell. resol.* 7. & Lumbier *tom.* 2. *var. num.* 1472. & sæpè alibi, & Fermosin. *de leg. Eccles. ad cap. fin. de constit. quæst.* 2. *num.* 1. ex hoc solùm, quòd per eas Pontificias declarationes non revocatur Jubilæi privilegium, sed exponitur, & declaratur, quemnam sensum ejus verba contineat: ergò similiter cùm eodem modo Pontifices declaraverint quemnam sensum ea Cruciatæ clausula contineat, expresserintque per eam non concedi facultatem eligendi Confessarium non approbatum ab Ordinario loci; non potest recurri ad reviviscentiam privilegij per annuè publicationem: cùm per eas declarationes illud non fuerit revocatum, sed expositum.

62 Aliqui fortè, etiam hodierni exemplo respondèrent, virtute jubilæi concedentis facultatem ad absolvendum etiam à casibus in Bulla Cœnæ contentis, non excepta hæresi, posse quem ab occulta absolvi cū Soto *in* 4. *dist.* 22. *quæst.* 2. *art.* 3. Vivald. 1. *p. de absolut. num.* 13. *&* 16. & Joan. Pecha, Modin. alijsque DD. Salmanticensibus ab eo consultis, Ovand. *in* 4. *dist.* 13. *propos.* 28. *dub.* 3. Farin. *de hæres. q.* 192. *num.* 63. Graffis Inquisitore Neapolit. *decis. cap.* 15. *num.* 75. Anton. Albertan. *sum. de Sacram. num.* 18. Sylvest. *ex comm. 7. cas.* 2. *&* 39. Angel. *absol. n.* 17. quam sententiam probabilem dicunt Suar. *tom.* 5. *de censur. disp.* 7. *sect.* 5. *num.* 11. Zerol. *prax. verb. absolutio*, Filiuc. *tract.* 8. *de satisfact. p.* 3. *cap.* 10. *num.* 265. Quintanaduen. *de Jubilæo duplicis hebdomadæ cap.* 25. *num.* 1. & alij scribentes etiam post damnatas ab Alexand. VII. *propos.* 24. *Septembris* 1665. *in* 3. *propos.* nempè Corella *pract. tract.* 1. *cap.* 1. *à n.* 13. Torrecill. *sum. tract.* 4. *disp.* 2. *cap.* 3. *à num.* 73. & præcipuè 78. *& de Episcop. jurisd. tract.* 1. *q.* 1. *sect.* 2. *diffic.* 2. *à num.* 22. Hozes *dict. propos.* 3. *num.* 13. & alij apud ipsos.

63 Sed ego respondeo, in

generali conceſſione non comprehendi ea, de quibus eſt ſpecialitèr proviſum, *L. cum in teſtam. §. fin. ff. de hæred. inſt. L. ſervo manumiſſ. ff. de pecul. legat. L. cohæred. §. qui partem ff. de vulg. & pupill. ſubſt.* & notat Bald. *in L. 1. Cod. de legit. hæred.* Imola *in cap. Inquiſitioni, de appell.* Gabr. *lib. 6. commun. opin. titul. de clauſ. concl. 9. num. 8.* Surd. *conſ. 456. n. 47.* Seraph. *dec. 1486. n. 12.* Cùm ergò Pontifex ſpecialitèr proviſerit pro crimine hæreſis, quod eſt ſpecialitèr delegatum Inquiſitoribus, ita ut pro ipſo inſtitutum ſit ſpeciale Tribunal, in quo eſt examinandum, & impendenda abſolutio, ideo ſub generali facultate ad reſervata in Bulla Cœnæ non comprehenditur, niſi in ſpecie exprimatur; quia ea conceſſio eſt univerſalis delegatio, quæ non derogat ſpeciali delegationi de crimine hæreſis ipſũ reducenti ad ſpeciale Tribunal: immò hęc ſpecialis delegatio derogat illi univerſali, quia generi per ſpeciem derogatur, *L. in toto jure, ff. regul. jur. cap. 1. & cap. Paſtoralis, de reſcript. cap. 2. de regul. jur. in 6.* præſertim cùm delegatio de crimine hæreſis ſit facta privativè quò ad cæteros.

64 Accedit, quòd quando in jubilæo conceditur facultas abſolvendi ab hæreſi, non ſolùm in ſpecie conceditur, ſed addita dictione, *Etiam*, quæ ſtat augmẽtativè, & extendit diſpoſitionẽ ad id, quod prius ſub illa non includebatur, *ex Clement. 1. §. fin. de rejudic.* Super quo vide Paſqualig. *de Jubil. q. 227. num. 7.* At verò circa approbationes requiſitas per Bullam Cruciatam, nil eſt proviſum à Pontifice.

65 Secundò reſpondeo traditam regulam de generali conceſſione ampliari à DD. in favorem piæ cauſæ, & Religionis, ut tenet Palaus *tract. 3. d. 4. punct. 10. num. 5.* unde cùm conceſſio Cruciatæ ſit in favorem animarũ, & Fidei ampliationẽ, recipere debet: & licet etiam Jubilæum ſoleat concedi in favorem pietatis, propter traditas rationes, fuit à pluribus Pontificibus reſtricta ea generalitas; de quo Torrecill. & Paſqualig. *citat. num. 4.* & quoad hæreſim datur inhibitio, non verò quoad Cruciatam.

66 Suprà dicta confirmant AA. à Sap. M. traditi; nam primus qui eſt Dian. *p. 12. tract. 2. reſol. 25.* coord. verò *tom. 9. tr. 7. reſol. 118.* rationem præſtat in his verbis *num. 2.* ibi: *Probatur hæc opinio ex Suares propter gravitatem, & rigoroſam reſervationem hæreſis: unde non venit in generali conceſſione abſolvendi, cùm ſit ſpeciali notâ dignâ.* Ergò cùm Bulla Cruciata ſit ſpeciali notâ dignâ, non venit utique in generali diſpoſitione. Eodem etiam modo procedit idem Diana *citatus, tract. 3. reſol. 7.* coord. verò *tom. 3. art. 2. reſol. 64.* ultra primam reſponſionem de qua *n. 6.* ſcilicet, non deſiere AA. aſſerẽ-

tes

tes posse ab hæresi absolvi, respondit 2. *num.*7. in his verbis, ibi: *Respondeo secundò, facultatem generalem absolvendi ab omnibus casibus Bullæ Cœnæ, non esse extendendam ad casum hæresis, quia in hoc apertè mentem suam declararunt Pontifices, ut Pius V. anno* 1572. *Gregor. XIII. anno* 1576. *& Innocent. in Decreto particulari sub die* 23. *Maij anno* 1652. *&c. & novissimè Sanctiss. D. Alexand. VII. ut patet ex infrà scripto Decreto.* Cùm ergò in nostris terminis Pontifex mentem suam apertè non declarasset, sed solùm expressérit nil novi induxisse Cruciatam, dicendum non est fuisse ab eo comprehensam. Eodem etiã modo procedit Fermosin. item citat. *in cap. fin. de const. quæst.* 2. qui *num.* 9. *cum seqq.* plures referens rationes, nostram responsionem confirmantes, & inter alias, eam affert, quia causæ Fidei sunt specialitèr cõmissæ Inquisitoribus, per text. *in cap. si Episcopus, de pœnit. & remissionibus lib.* 6. immò ex alijs ab eodẽ adductis, & ex dictis rationibus patescit Cruciatam, cùm sit cõcessio particularis, particularitèr Commissario commissa, & Regibus concessa, non comprehendi sub generalibus dispositionibus Paul. V. & Clement. X. ac Cardinalium declarationibus, in quibus non exprimitur Cruciata, sicut expressè videtur quoad hæresim in Bulla Gregor. XIII. de quâ Cherub. *tom.* 2. *pag.* 404. in quâ Pontifex Cõmissario Generali Cruciatæ expressè decrevit eam inseri in Cruciata, ac imprimi, & publicari facere; quâ de causâ in contextu Bullæ Cruciatę vernaculo idiomate transcriptâ, expressè excipitur absolutio ab hæresi, ut eam legenti patebit.

67 Tandem arguit Sap. M. *num.* 17. *p.* 386. asserendo AA. à nobis adductos parum nobis tribuere probabilitatis; tum quia plures ex illis antiquiores fuerint novis decretis Pontificijs; tùm quia non meminerit decreti Paul. V. & declarationum Cardinalium; tùm denique, quia graviores DD. qui post ea decreta scripserunt, ut Mend. Cardenas, & Nog. non audent oppositam sententiam probabilem reputare.

68 Respondeo, non paucos AA. à nobis citatos meminisse decreti Paul. V. ut est Tambur. *lib.* 5. *de pœn. cap.* 5. *num.* 18. ubi tam Paul. decreto, quàm declarationibus respondet. Anton. ab Spirit. Sanct. *direct. regul. tract.* 5 *de pœnit. disp.* 13. *sect.* 6. *num.* 868. respondet declarationibus Cardinalium. Lumbier in propositionibus dãnatis, §. 3. *num.* 44. loquens de Clement. X. Bulla, & tamen *num.* 45. *in fine*, nostram tenet sententiam quoad Bullam Cruciatæ, referturque ad se ipsũ *num.* 1178. & *in fragm. tom.* 2. *n.* 1180. specialitèr respondet Clement. X. Bullæ: eodem modo

Digitized by Google

Sylva *de Bulla qrt.6. num.* 14. & 21. *cum ſeqq.* reſpondet declarationibus, & Decretis Paul.V. & Clem.X.itidem Arauxo *dec.mor. tract.*1. *q.*8. *ſect.*3. *à n.*12.

69 Ultimò concludit Sap. M. arguens ex prima propoſitione damnata ab Innocent. XI. cui reſpondent Corella, Lumbier, Torrecill. & alij quamplurimi, talem propoſitionem non agere, niſi de materia, & forma Sacramenti, non verò de juriſdictione Miniſtri, ut patet ex locis à nobis citatis: neque noſtra ſententia caret probabilitate, ſiquidem ferè omnes, etiam adverſariam tenentes,de illius probabilitate non dubitant, minimè enim dici poteſt tenuis probabilitas, quæ fundatur in tot rationibus, in verbis Bullæ Cruciatæ, & in tanto AA. numero, qui eam autumant veriorem, cùm contraria ſolummodò fundetur in verbis Conſtitutionū Paul. V. Clement. X. & in Cardinal. declarationibus ambiguis, in præſumpta extenſione, & conjecturis, non verò in verbis claris, & expreſſis: & quòd noſtra opinio ſit non ſolùm vera, ſed maiori plauſu accepta,fatetur Carden. *opus poſth. diſſert.*2. *cap.* 6. *art.* 7. *quæſt.*2. *num.* 264. eamque ſolū reprobat ex decretoClement.X. qui de Cruciata nil agit; idemq; ſequitur Nog.at verò Mend.non loquitur de Clement. X. neque Paul.V. Bullâ; & quāvis hi AA. ſint maximæ notæ, tamen alij à nobis citati non minorem habēt authoritatem, ſuntque plures numero, habentque pro ſe expreſſa Cruciatæ verba abſoluta, quin appareat expreſſa revocatio.

70 Quod præcipuè procedit, quia Cruciatæ privilegium eſt in bonum commune, & ſubventionem belli contra infideles, ut docet Suar. *lib.*6. *de voto cap.* 16. *num.* 3. Bonacin. *de privil. diſp.*1.*quæſt.*3.*p.* 7. §.1.*n.* 17. *& de indulg.p.*7.*ad fin.* Pal.*utique de privil. diſp.*4. *punct.* 11. *num.*7. favetque animabus fidelium ne in peccatis ſordeſcant, ex Bonacin. *citat. num.*11. Salas *diſp.* 17. *ſect.*8. *num.*51. Pal. *citat. num.*8. & alij apud ipſos, quâ de causâ latam admittit interpretationem ad omne id, quod verba ſonant, quia bonum commune præponderat derogationi legis communis. Deinde cùm ſit privilegiū ex certa ſcientia conceſſum,latiſſimè debet explicari,quanvis ſit contra jus cōmune, juxta *cap. ſi motu proprio, de præb. in* 6. quo caſu decet honorem, & libertatem Principis lata beneficij interpretatio, *L.* 1. *Cod.de petit. bonor.ſubl. lib.*10. Sanch. *lib.* 8. *de matrim. diſp.*1. *num.*5.*&* 6. Suar. *de leg. lib.*8. *cap.*27. *num.*8. Bonacin.*diſp.*1.*quæſt.*3. *punct.*7.§.1.*n.*7. Salas *diſp.*20.*ſect.* 10. *num.* 89. & noviſſimè Donat.*tom.*1.*p.*1.*tr.*8. *q.*6.*n.*3.

71 Neque contra noſtram ſententiam aliquid eſt ſpecialiter pro-

proviſum, licèt enim Regularibus ſpecialitèr ſit prohibitum, ne audiant confeſſiones ſine approbatione ab Ordinario loci obtinendâ, & paritèr Confraternitatibus, ne eligant non approbatũ vigore ſuorum privilegiorum; non tamẽ invenîtur caſſum privilegium eligendi approbatum per Cruciatam; & cùm ſit lex odioſa, & gravamen adducens fidelibus, nequit extendi de uno ad alium caſum, etiamſi ſimilitudo, vel rationis identitas in utroq; concurrat, ut benè Suar. *tom.* 3. *de Euchar. q.* 67. *art.* 8. & *lib.* 8. *de leg. cap.* 3. *num.* 5. Sanch. *lib.* 10. *de matrim. diſp.* 4. *num.* 3. ubi pluribus intentum exornat; immò idem dicendum, tametſi lex conſideraretur favorabilis, ut docet ipſe Soar. *num.* 9. & Bonacin. *quæſt.* 1. *p.* 8. *num.* 26. quia quod ex verbis non provenit, neque ex mente creditur provenîre, *L. Labeo* § *idem Faber. ff. ſupellect.*

72 Neque unum ex æquiparatis aliud ad ſe trahit ut corrigat, niſi ob eandem rationem ſint æquiparatæ (ſi verè hîc æquiparatio adnotatur) quod conſtat ex *L. fin. Cod. de Sacr. Eccleſ.* ubi Eccleſia, & Civitas æquiparantur in præſcriptione, quæ licet in *Auth. quas actiones, eod. tit.* corrigatur ad privilegium Eccleſiarum, non cenſetur correcta ad Civitatibus conceſſum, quia Eccleſiæ conceſſum fuerat favore Religionis, Civitatibus verò, propter jus publicum, ut tradit ex pluribus Pal. *de legib. diſp.* 5. *p.* 3. §. 4. *n.* 5.

73 Itaque privilegium conceſſum Regularibus, & Confraternitatibus, cenſetur conceſſum Cõmunitati in favorem animarum; at verò Cruciata has Cõmunitates tranſcendit, cùm ſit ad bonum Fidei exaltandæ, & propagandæ: neque hîc vera datur in jure æquiparatio, nullibi enim reperîtur, quòd diſpoſitũ circa Regulares, vel Confraternitates, intelligatur diſpoſitum in cauſis Fidei contra Turcas; neque quòd diſpoſitum in una cauſa pia, cenſeatur in alia diſpoſitum, niſi ad favores, unicuique ſpecialitèr conceſſos, ampliandos, quod invenîtur in exemplo allato, & in Falcidia, & Trebellianica, *ex L. Marcellus* § *quod autem ff. ad Trebellian.*

74 Immò ratio diverſa datur in utriſque conceſſionibus; nam Regulares pertendebant ex Clem. *dudum*, præſentari Ordinarijs, & ſi injuſtè reprobarentur, ut cenſerentur approbati generalitèr contra mentem Trident. Confraternitates verò ſolùm idoneitatem quærebant in eligendo: at verò Cruciata, & requirit veram approbationem, & ſpecialis notæ privilegium habet, quod in memoratis privilegijs non invenitur.

75 Nec mirum quòd iiſdem perſonis, eadem facultas diverſis titulis reſtringatur, & amplietur; nam

nam etiam privilegium conceſſum filijs familias contra jus cõmune, reſtringitur, *L. ult. Cod. de his, qui veniam* ; ita ut ſolùm pro filijs legitimis intelligatur, cùm tamen ad legitimatos amplietur, ſi intuitu piæ cauſæ cõcedatur, quale conceſſum eſt militibus, Religioſis, & ſimilibus, ut per Barth. *in L. ſi conſtante ff. ſolut. matrim. num.* 44. vide Tiraq. *tract. de pia cauſa n.* 160. Ergò etiam licet ijſdẽ fidelibus, & Regularibus reſtringatur privilegium conceſſum intuitu Cõmunitatis, & certę piæ cauſæ, ampliabitur conceſſum intuitu alterius, nempè ſubſidij adverſus infideles, præſertim notâ affectum ſpecialiſſimâ, & quotannis, tot non obſtantijs promulgatum: ergò ad illius uſum ſufficit approbatio à quocũque Ordinario.

76 Noſtram ſententiam cõfirmant non ſolùm AA. à nobis *in 5. quæſt.* recenſiti, ſed etiam Arauxo *dec. mor. tr. 1. quæſt. 8. ſect. 3. à num.* 12. Paſqualig. *in prax. jubil. quæſt.* 182. *num.* 3. *q.* 183. *num.* 3. *& q.* 187. *num.* 3. Tamburin. *de pœnit. lib. 5. cap. 5. §. 4. num.* 26. *& in method. confeſſ. lib. 3. c. 7. §. 3. num.* 7. Ludovic. à Cõcept. *de pot. & privil. Reg. lib. 8. tr. 5. num.* 6. qui concluſionem evidentem vocat, Vival. *in ſuo Candelabr. aur. titul. de Confeſſ. n.* 22. Fr. Joan. à Cruce *de ſtat. Relig. lib. 2. cap. 6. dub. 5. concl. 2. §. 5.* Sylva *de Bull. art. 6. num.* 14. Filgueira *ſum. moral. tract. 8. cap. 5.* Delbene *de immunit. & juriſdict. tom. 1. cap.* 14. *ſect.* 13. *num.* 3. Buzemb. *lib. 6. tr. 4. cap. 2. dub. 1. n.* 2. Ant. à Cruce *lib. 8. cap. 1. dub.* 14. *art. 1. num.* 7. Soar. Luſitan. *de pœnit. tr. 6. diſp. 2. numer.* 185. Palatius *in 4. diſt.* 17. *diſp. 7. conſ. 5. verſ. Præter hæc*, Benedict. Per. *prompt. Theol. p. 2. tract.* 41. *ſect. 3. quæſt. 1. num.* 1416. Eſcob. *Theol. mor. tom. 1. lib. 7. ſect. 2. probl.* 23. Cordeyro *p. 2. tract. 3. quæſt. 6. n.* 9. *& tract. 5. quæſt. 7. n.* 4. Joann. Henriq. *qq. pract. ſect.* 47. *quæſt. 5.* Balthaſ. Telles *in manuſcr. de pœnit. diſp. 9. diffic.* 27. P. Joan. Gom. *in tract. man. ſcript. de cenſur. in genere, diſp. 7. ſect. 3. diffic. 3. §. 1. dub. 3.* P. Ant. Fernand. *in tract. man. ſcript. de pœnit. diſp. 9. ſect.* 13. P. Arius de Almeida *in man. ſcript. de pœnit. p. 2. d. 5. ſect. 4. n. 7.* Frãc. Dias Conimbric. Academ. Cathedrat. *in ſuis ſcholijs man. ſcript. de pœnit. num. mihi* 184. Sebaſt. à Souſa paritèr juris Pontificij Profeſſor in Univerſit. Conimbric. *in ſuo tract. man. ſcript. de pœnit. dub. ult. quæſt. 2. §. Tu non obſtantibus*, Infelix Præceptor *in tract. de clav. pot. art. 3. n.* 166. *§. hoc præhabito, pag. mihi* 66. *verſ. & num.* 169. *§. quibus, pag.* 67. *verſ. ad cap. quodcumque 6. cauſ.* 24. *quæſt. 1.* Abreu *de Paroch. lib.* 10. *cap.* 13. *num.* 530. Bonac. *de Sacram. diſp. 5. quæſt. 7. p. 4. n.* 21. Fragoſ. *tom. 2. lib. 2. diſp. 7. n.* 10. Sanch. *de matrim. lib. 8. diſp.* 34. *num.* 16. Filiuc. *tom. 1. tr. 7. cap. 9. num.*

Digitized by Google

num. 261. Leand. de Murcia *q.* 8. Amicus *tom.* 8. *diſp.* 15. *ſect.* 3. *n.* 119. Caſpenſ. *de cenſur. diſput.* 8. *quæſt.* 4. Baſſeu. *tom.* 1. *verb. Confeſſarius* 3. *num.* 11. & 12. Boſſius *de Jubil. ſect.* 3. §. 7. *n.* 215. Layman. *lib.* 5. *tract.* 6. *cap.* 11. *num.* 7. à Coſta *quæſt.* 38. Laurent. Soar. *Epitom. Suar. verbo Confeſſarius quoad approbationem, num.* 18. Fagnan. *in cap. ne prò dilat. de pœnit. & remiſſ. num.* 18. & 19. noviſſimè Arsdekim *tom.* 2. *p.* 2. *tract.* 1. *cap.* 3. *quæſt.* 25. Dicaſtill. *diſp.* 10. *dub.* 9. *num.* 286. Franciſc. à Jeſu Maria, *Curſ. Theol. mor. p.* 1. *tr.* 6. *cap.* 11. Sayr. *de pœnit. cap.* 12. Lezan. *conſ.* 40. *num.* 68. & quanvis aliqui contrariam teneant, noſtrã non ſolùm probabilem, ſed tutam judicant, & quamplurimi ſcripſerunt poſt Paul. & Clemẽt. Bullas, ac Cardinal. declarationes, quibus reſpondent, ut ex illis videri poteſt, & apud Pacis Jordan. *tom.* 1. *lib.* 3. *tit.* 4. *n.* 114. Pignatel. verò *tom.* 1. *cõſult.* 314. & *tom.* 4. *conſult.* 174. non loquitur de Bulla.

77 Quòd verò prædicta opinio poſſit tutò practicari, patet; quia verſatur circa juriſdictionem Confeſſarij in adminiſtratione Sacramenti Pœnitentiæ, & eſt practicè probabilis, habet enim pro ſe graviſſimos AA. & ſolidiſſima fundamenta, ut oſtẽſum eſt cum omnibus circunſtantijs, quæ eam ad praxim reduci poſſe confirmant: atquî ſententiam probabilem circa juriſdictionem Confeſſarij tutò ſequi poſſumus, ut tenet communis ſententia, quam defendunt Pal. *tr.* 1. *diſp.* 2. *p.* 5. *num.* 5. Hozes *propoſit.* 1. *num.* 7. Hurtad. *tr.* 12. *cap.* 10. *num.* 2055. Sanch. *lib.* 8. *de matrim. diſput.* 22. *num.* 68. Leand. *tr.* 5. *diſp.* 11. *q.* 79. Mend. *diſ.* 22. *cap.* 10. Vaſq. 1. 2. *tom.* 2. *diſp.* 156. *num.* 27. Salas *de leg. diſp.* 12. *ſect.* 6. *num.* 24. Trullẽch. *de Bulla lib.* 1. §. 7. *cap.* 1. *dub.* 2. *num.* 9. Ant. ab Spir. Sanct. *tract.* 5. *de pœnit. diſp.* 11. *ſect.* 19. Perer. *diſp.* 24. *ſect.* 10. Arauxò *dec. mor. loco citat.* Corell. *tract.* 10. *propoſit.* 2. *num.* 19. & *in ſum. tract.* 7. *conſeſſ.* 10. §. 2. *num.* 577. Torrecill. *conſult. tract.* 1. *propoſit.* 29. *concl.* 5. Lũbier *obſerv.* 3. §. 2. *n.* 30. Carden. *opuſc. poſth. diſſert.* 2. *cap.* 6. *num.* 160. Filgueira hic §. *cum autem fol.* 27. Laſtra *num.* 86. Cordeyro *p.* 2. *tract.* 5. *quæſt.* 3. *n.* 5. Delgadillo *de pœnit. cap.* 9. *dub.* 332. *num.* 80. Arsdekim *tom.* 2. *p.* 2. *tr.* 1. *cap.* 1. *princ.* 17. & noviſſimè D. Hebas *prop. damn.* 1. *Innoc. XI. num.* 5. & *ult.* & plures alij apud ipſos: ergò ſuprà dicta noſtra reſolutio poteſt tutò practicari, cùm ſit in favorem fidelium, & augmentum ſubſidij Cruciatæ: vide noviſſimè P. Thierze Gonzales *in tr. de opin. probab.* ubi adducit decretũ Alex. VIII. *in* 3. *propoſit. damnat.*

78 Cui ſententiæ non obſunt Bullæ Innoc. X. & Clem. X. quibus expreſsè reſpõdet Moya *tom.* 4. *ſelect. tr.* 3. *de pœnit. diſp.* 7. *quæſt.*

quæst.2. num. 27. in verbis, ibi: *Neque ad opponitur Bullæ Innocẽtij X. in cauſa Angelopolitana ſub die* 9. *Maij anno* 1648. (*quidquid contradixerit Dian.* p. 10. tr. 16. *reſol.* 75.) *nec Bulla Clem. X. Superna Magni Patris, expedita die* 2. *Auguſti anno* 1670. *In illis enim ſolùm limitatur uſus juriſdictionis Regularibus competentis ex vi ſuorum privilegiorum, ut ea uti non poſſint, quoad ſæcularium abſolutionem, quin ab Epiſcopo Diœceſano* (*id eſt Diœceſis, in qua ſunt*) *approbationem obtinuerint: ſi verò aliundè juriſdictio eis delegetur, ut à Parochis, quoad ſuos Parochianos*, aut virtute Bullæ Cruciatæ à ſæcularibus eligãtur; ſufficit alicubi fuerint ſemèl approbati: *idque ſimilitèr procedit, ſi eligantur virtute Jubilæi: ita Vivald. Valentia, Sà, & alij apud Leandr. ſuprà, Petr. Fay, Llamas, Portel, Nugn. Filiuc. Coninch. Reginald. & alij apud Dian.* p. 1. tr. 11. reſol. 7. *Quintanadueñas, Boſſius, & Brunus apud Garc.* cent. 2. cap. 57. num. 9. *idem tenent alij, quos citatos ſequitur M. Galleg.* in Bull. Cruciatæ cap. 9. clauſ. 9. dub. 102. *ubi ait hanc concluſionẽ eſſe certam in Schola Thomiſtar. pro quâ viginti DD. refert inixos fundamento, quòd in Bulla Plumbea id expreſsè conceditur illis verbis:* Conceditur ut poſſint eligere Confeſſarium ſæculariũ, vel cujuſcumque etiam Mendicantium Regularem, ex his, qui ab Ordinario, (*attende*) & quoad Regulares ſemèl tantùm approbati fuerint. Et *num.* 29. ita ait: *An idem, quod dictum eſt de Regularibus ſemèl approbatis, dicendum ſit de quibuſcumque alijs Cõfeſſarijs, & ideo ſemèl approbatus à ſuo, vel pœnitentis Ordinario, ſit ubique eligibilis virtute Bullæ? Non conveniunt DD. communior tamen, & tam à ratione, quàm ab authoritate extrinſeca probabilior ſententia affirmat, quam ſuprà triginta AA. pro illa referens, ſequitur M. Galleg. ubi ſuprà* dub. 10. *inter quos P. Franciſc. Suar.* tom. 4. in 3. p. diſp. 28. ſect. 9. *pro hac parte afferentem declarationẽ Eminent. Cardin. quæ extat. In qua li ab Ordinario, cujus approbatio exigitur, ad abſolutionẽ virtute Bullæ non reſtringit; ſed quemcumque, ſivè pœnitentis, ſivè Confeſſarij, ſivè Diœceſanum, ſivè alterius Diœceſis comprehendere declaratur. Quicumque enim Epiſcopus, vel habens authoritatem approbandi Confeſſarios, dicitur abſolutè Ordinarius: ergò cùm privilegium Bullæ in favorem Fidei fuerit conceſſum, & ejuſmodi privilegia non reſtringenda, ſed extendenda ſint, argumento text.* in cap. fin. de hæret. in 6. *non eſt cur hic potiùs Ordinarius, quàm ille, & non quilibet vagè intelligi debeat.*

79 Item Lumbier in *fragm. tom.* 2. *fragm.* 6. *num.* 1260. *pagin.* 865. ibi:

Ad-

Advierto lo tercero acerca de la aprobacion del Confeſſor, que ſe requiere para ſer electo por la Bula, que nó ſon dignas de cenſura, ſinó practicè probables las opiniones de que es elegible por la Bula en un Obiſpado el aprobado abſolutamente en otro, como diximos à num. 1178. *y tambien, &c. y eſto aun deſpues de la Bula de Clemente X.*

80 Hoc idem tenet P. Lezan. *tom. 4. tit. de Epiſcop. ſuſpendente, conſult.* 40. ubi de Illuſtriſſ. Epiſcopo Palafox admiratur; reſpondetque Innoc. X. Bullæ, ac Cardinalium declarationibus, & quo ad noſtrum intentum ita ait *num.* 68. ibi: *Quo ergò jure tam acriter, & acerbè D. Epiſcopus contra dictos Religioſos procederè potuit? Præſertim 4. quia ſaltem eſt probabilis valdè ſententia, quòd Regularis ex Mendicantibus approbatus in una Diœceſi, poteſt eligi in alia ab habente privilegium Bullæ, Jubilæi, vel ſimilis, prout tenent Theologi Dominicani, & Auguſtiniani, juris periti Salmanticenſes, Henriq. Sanch. Ledeſma, Fagundes, Commiſſarius Cruciatæ, & alij, quos refert Barb.* de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 25. num. 27. *item Cordub. Ant. Gom. Llamas, Aegid. Reginald. & plures alij apud Joann. Sancb.* in ſelect. diſp. 44. num. 1. *& Ludovic. Caſſenſ.* ſuprà ſect. 8. num. 60. *ac Medina, & Bonacin. quos refert, & ſequitur R. M. Vincent. Candidus* ſuprà, art. 63. dub. 3. & art. 64. concl. 1. *Declaratio autem quædam Sacr. Congr. pro Indijs Occidentalibus de anno* 1633. *quæ affertur in contrarium, vel fuit particularis pro Diœceſi Limenſi, vel non conſtat authenticè. Cur ergò, ſi præfati Confeſſarij hanc ſententiam ſequi voluiſſent, condemnari à D. Epiſcopo potuerunt?*

81 Pro ultimo complemento, certum eſt in jure, conſuetudinem facere legem, & expreſsè in adminiſtratione Sacramentorum, quo ad juriſdictionem; de quo plurima jura, & AA. congerit Cardenas *in ſuo opere poſth. diſſert. 2. propoſit. 1. art. 6. n.* 161. *cum ſeqq.* tenent Covarr. *in 4. dec. 2. p.* 16. §. 10. *num.* 19. Sanch. *lib. 7. de matrim. d.* 82. *num.* 20. Suar. *de leg. lib. 7. cap.* 19. *num.* 26. Navarr. *cap.* 22. *num.* 83. Salas *de leg. d.* 19. *ſect.* 5. *num.* 58. Pal. *tr.* 3. *d.* 3. *p.* 4. §. 2. *num.* 11. *& alij*: atquî praxis teſtatur in hoc Regno adeſſe conſuetudinem in omnibus ferè Religionibus, paucis exceptis, exercendi Cruciatæ juriſdictionem ſolâ cum approbatione unius Diœceſis, & in Hiſpania teſtatur P. Didacus Fuent. y Hurtado Societatis Jeſu, in ſua Theologia reformata *diſſert. 2. cap.* 8. *num.* 74. in verbis, ibi: *Neque poſt Decretum Innocentij promulgatum, & ſæpiùs viſum, ac lectum interciſa fuit hæc con-*

cõſuetudo, aut reputatus cõtrarius ipſi uſus illius, ut vel ex his, quæ in Civitate ampliſſima, ubi hæc ſcribo, contigêrunt, deprehendêtur ſatis clarè, ſunt namque in illa ex omnibus penè Religioſis Ordinibus numeroſæ familiæ confertæ viris ſapientibus, & Theologiæ Magiſtris, ac ſtudijs, & omnes ferè hiſce annis, Confeſſarijs Societatis noſtræ exceptis, confeſſiones excipiebant abſq; approbatione Diœceſani (quem experiebantur ſibi parum æquum) hac probabili opinione innixi, quòd Regularis ſemèl approbatus ab aliquo Ordinario, ubicumque eſt eligibilis virtute Ballæ Cruciatæ.

82 Idem teſtatur P. Cardenas dicto loco, licèt nobis contrarius, in Diœceſi Hiſpalenſi, etiam poſt Clementis conſtitutionem, & damnationem opinionis probabilis in adminiſtratione Sacramentorum ab Innocentio irrogatam: ergò pro ea conſuetudine ſtandum eſt; neq; Epiſcopus eam alterare poterit, cùm manum mittere non poſſit in conſuetudines univerſales, jus commune generantes, neque contrarium decidere, etiam pro ſuo Epiſcopatu, ut luculentèr expendit Suar. *de leg. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 18. *& lib.* 4. *cap.* 14. *n.* 13. Pal. *tom.* 1. *tract.* 3. *d.* 1. *p.* 8. *num.* 7. & eſt communis ſententia.

83 Omnia confirmat noviſſimè Tamburin. *opus poſth. in* 2. *Eccleſ. præcept. tract.* 2. *cap.* 24. *num.* 7. in verbis, ibi: *Concedunt nihilominus, & quidem meritò Thom. Sanch.* lib. 3. de matrimon. diſp. 22. num. 65. & in ſum. lib. 1. cap. 9. num. 35. *alijque plures. Ratio hujus ſententiæ eſt; quia conſtat apud omnes, univerſalem Eccleſiæ conſuetudinem conferre juriſdictionem, ſeu eſſe ſignum juriſdictionis collatæ: ſed omnes ferè Sacerdotes conſuetudinem habent* (*ut teſtatur de Lugo* dub. 19. de pœnit. num. 35.) *abſolvendi, ſeu adminiſtrandi hoc Sacramentum cum opinione probabili ſuæ juriſdictionis: ergò, &c.*

84 Audi inſuper noviſſimè P. Fr. Andream à D. Joſ. *Cryſ. Theolog. tom.* 1. qui poſt Bullam Clement. X. noſtram ſententiam quoad Bullam Cruciatæ reſolvit in hunc modum *verbo aprobacion, §.* 24. *pag.* 44. *n.* 247.

En eſto ſe fundava antes del Breve de Innocencio X. en los Regulares, el ſemèl approbatus, ubique approbatus; *porque la aprobacion ſola les dá el Obiſpo; peró la juriſdiccion ſe la dá el Papa para toda la Igleſia, y aun deſpues del Breve de Innocencio X. nó faltó quien llevaſſe la opinion de* ſemèl approbatus, &c. *diziendo, que nó obligava en Heſpanha, donde dicho Breve nó eſtava admitido; peró deſpues de la Bula de Clemẽte X. citada* num. 234. *eſta ſentẽcia*

aſſi

aſsim probable, como conſta de las palabras de la miſma Bula, que ſon eſtas: Ad hæc Religioſos ab Epiſcopo ad Confeſsiones ſæcularium in ſua Diœceſi audiendas approbatos, non poſſe in alia Diœceſi eos, abſque Epiſcopi Diœceſani approbatione, audire, quanvis pœnitẽtes ſubditi ſint ejus Epiſcopi à quo ipſi Religioſi jam fuerint approbati; *peró valiendoſe de el privilegio de la Cruzada, ó de algun Iubileo, qualquiera de las dós opiniones referidas en el* n. 235. *es cierto probable, y ſe puede ſeguir tutâ conſcientiâ, y ſin eſcrupulo; veaſe el P. Maeſtro Lumbier, que lo prueba con harta eficacia en el* tom. 2. fragm. 5.

85 Adde ſingulare hujus reſolutionis fundamẽtum, quòd etſi Bulla Clement. X. *Superna*, intelligatur de rigoroſa per novum examen approbatione à proprio Epiſcopo, cùm de Bulla Cruciatæ nõ meminerit, minimè cenſeri debet ei derogare; tũ quia Gregor. XIII. Clem. VIII. Urban. VIII. & alij Pontifices declararunt, ſe nullatenus in Conſtitutionibus generalibus, Cruciatæ privilegia revocaſſe, ut patet ex Conſtitutionibus à nobis recenſitis *q.* 2. *n.* 89. *cum ſeqq. p.* 168. tum maximè, quia idem Clemens X. poſt editam præfatam Conſtitutionem generalem anno 1670. idem declaravit ſuâ in Cõſtitutione 10. Octobr. 1674. à nobis trãſcripta *d. q.* 2. *n.* 91. *p.* 171. & ſpecialitèr ad noſtra Luſitana Regna expedita, & licèt, ut declararet non ſuſpendi per Jubilæum Anni ſancti, primario prodierit, præponit tamèn Pontifex per verba generalia *eo animo, câque voluntate nunquam fuiſſe, ut facultates Cruciatæ impedirentur, aut revocarentur:* unde, cùm in Cruciata non requiratur nova Diœceſana approbatio, licèt per eam Clem. Conſtitutionẽ requiratur, non intelligenda eſt requiri ad exercitium Cruciatæ: & ſicut de novo nil addidit Regularium facultatibus Cruciata, ut decrevit Paul. V. & Sacr. Cõgreg. ſub eodem, ad quam refertur ſub Clem. X. cõvocata apud Cardenas; ſic itidem nil denuò dempſit. Clem. Conſtitutio *Superna* à Cruciatæ privilegijs, quia ita decreverant Pontifices, quos idem Clem. in ſuo poſteriori reſcripto imitatus eſt, præcipuè cùm idem Pontifex poſtea declaraſſet in ſuis Conſtitutionibus generalibus Cruciatam non revocare, & de jure ultimę revocent priores.

Quia tamen Sap. M. adhuc inſiſtens, tenet ſibi non eſſe noſtram opinionem probabilem, de hac materia nobis inquirere oportet.

An probabilis ſit opinio autumans ad electionẽ Confeſſarij per Cruciatam fore ſatis cujuſque Ordinarij approbationem juxta formam Trid. impenſam?

86 Duplicem quæſtio hæc obtinuit ſtatum, videlicet ante Clem. X. Conſtitutionem, & poſt: in utroque igitur ventilanda, & ejus reſolutio ex præmiſſis communitèr receptis, & certis deducenda.

87 Quid dicendum de probabilitate dictæ opinionis ante Clem. Conſtitut? Notandum 1. eſt opinionem probabilem communitèr dici illam, quæ gravi authoritate, & non modici momenti ratione nititur: & authoritatem gravem cenſeri, quæ eſt ſaltem unius viri docti, & probi, qui talem doctrinam non inconſideratè, temerè, ſed poſt perſpecta rerum pondera, quæ in oppoſitum afferri poſſunt, amplexus eſt, vel probabilem proclamavit: non modici autem momenti rationem eſſe, quam adducit, & probat vir doctus, & rerum peritus, qui fundamenta itidem contrariæ opinionis, licet alioquin communis, perſpexerit, ac diſſolverit. Vide Sanch. *lib.* 1. *moral. cap.* 9. *num.* 9. & noviſſimè D. Hebas *expl. prop.* 27. *Alex. VII. n.* 2. & latè Arsdekin *tom.* 2. *p.* 2. *tr.* 1. *cap.* 2. §. 5.

88 Notandum 2. & valdè, AA. doctos, & probos dici communi plauſu Thom. Sanch. lumen Theologiæ moralis acclamatum, & Suarium Magnum nunquam ſatis à DD. laudatum, & Chriſtianæ Religionis optimè meritum; opinionesque ab illis probatas, ut probabiles, veram probabilitatem ſibi vendicare.

89 Dico igitur traditam ſentẽtiam eſſe verè probabilem. Ratio 1. & moralis eſt; quia prę-terquamquòd ab innumeris DD. non modicæ notæ probetur, eam probabilem vocitant prædicta duo Theologiæ moralis luminaria, quæ opiniones ſolent, ut æquum eſt, trutinare; atquî, ut ſuprà notavimus, hoc ſufficit ad certam opinionum probabilitatem: ergò hæc opinio cenſeri debet certò probabilis; præmiſſæ ſunt certæ: conſequentia colligit in Diſamis.

90 Secunda ratio Philoſophica eſt, quia tota vis ſyllogiſtica conſiſtit, ſeu fundatur in ijs cer-

Digitized by Google

certis principijs: *quæ ſunt eadem uni tertio, ſunt idem inter ſe*; vel ſecundùm alios: *Dici de omni, dici de nullo*; ſed hæc omninò verificantur in hac opinione: ergò eſt certè probabilis. Probatur maior: quia de quaque approbatione Diœceſana verificatur, quòd ſit vera approbatio requiſita à Cruciatâ; ſed Cruciata ſolùm expoſcit veram approbationem: ergò contenta eſt quacumque Diœceſana approbatione: En verificatur principium: quæ ſunt eadem, &c. ſiquidem approbatio Cruciatæ, & approbatio cujuslibet Diœceſis paritèr identificantur in illo tertio, verâ ſcilicèt approbatione: ſequitur ergò, quòd inter ſe coincidunt, nempè quòd idem ſit approbatio Cruciatæ, ac quælibet approbatio Diœceſana. Deinde ſecũdùm principium: *Dici de omni*, itidem verificatur, quoniam tam de approbatione Cruciatæ, quàm de qualibet approbatione Diœceſana verè dicitur, quòd ſint veræ approbationes; & de omnibus æquè prædicatur vera approbatio: ergò verificatis prædictis principijs certis, certa eruitur concluſio, eſſe videlicèt certè probabilem opinionem autumantem fore ſatis quamlibet Diœceſanam approbationem ad electionem Cruciatæ. Non eget probatio fautoribus, traditur enim ab omnibus; & colligit in Darij.

91 Tertia ratio eſt Rhetorũ, quorum etiam eſt perſuadere intellectui veritates, quorumque præcipua loca, ex quibus argumenta deducuntur, ſunt genus, & formas amplectentia; & ſunt ex locis, quæ à Rhetoribus appellantur intrinſeca, ſed ex his eruitur veritas noſtræ opinionis: ergò habet certitudinem ad ſuadendum intellectui veritates ſufficientem. Minor conſtat; quia veræ approbatio eſt genus; & quæcumque approbatio Diœceſana, & approbatio Cruciatæ ſunt ſpecies, & relati formæ, ſed ex his deduximus ſuaſionẽ noſtræ opinionis: ergò, &c. Minor hæc patet; quia ex eo quòd vera approbatio tantùm à Cruciata requiratur, & quælibet, ſeu cujuslibet Ordinarij approbatio ſit vera approbatio, deduximus Cruciatam contentam eſſe quælibet cum approbatione Ordinarij. Præmiſſæ ſunt etiam certę, & traduntur ab omnibus, preſertim à Cypr. Soar. *in ſua Arte de Rhet. lib.* 1. *cap.* 19. Conſequentia ritè infertur, & concludit in Darij.

92 Quarta ratio eſt Legiſtarum; quia his eſt regula certa, quòd ubi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus; ſed ex eo, quòd lex Cruciatæ non diſtinguit, nec expliçuerit approbationis determinationem, colligimus quemlibet fore ſatis ad ejus electionem: ergò ſecundùm legum, certam regulam noſtra opinio veritatem obtinet: præ-

missæ continent veritatem legalem : ergò & concluſio ſanè in Darij.

93 Quinta ratio eſt Canoniſtarum : nam regula Canonica dictat favores ampliandos intra conceſſionis metas , præſertim concernentes pias cauſas , & bonum Religionis ſpectantes ; ſed noſtra opinio concernit piam cauſam , & bonum Religionis : ergò debet ampliari. Deinde ſubſumo : ſed ampliata ad quamlibet approbationem non excedit metas veræ approbationis : ergò ſic ampliata obtinet veritatem Canonicæ Regulæ. Tam aſſumptum , quàm ſubſumptum in Darij concludunt.

94 Oppones contra noſtram reſolutionem , quòd approbatio requiſita à Cruciata determinatur per ſubjectam materiam cõcernentem Ordinarij localis juriſdictionem , quâ Pontifex eum non vult ſpoliare: ergò corruunt fundamenta à nobis firmata , & per cõſequens probabilitas dictæ opinionis . Aſſumptũ nullam habet vim Logicè, Rhetoricè , vel juridicè loquendo : moralem ſolummodò continet difficultatem roboratam , eò quòd Pontifex cenſetur moribus proſpicere per ſubjectionem ſubditorum ſuis ſingulis ſuperioribus, quales ſe habent Ordinarij locales reſpectu ſuarum ſingularum Diœceſium.

95 Difficultati igitur ſic propoſitæ reſpondeo facili negotio : primò negando aſſumptum; quia ſi Pontifex id voluiſſet , expreſſiſſet , juxta juris regulas : quin expreſſit ſe derogaſſe cuîcumq; Cathedrali , vel Metropolitanæ adverſæ ordinationi , ut conſtat ex Cruciatæ tenore. Reſpondeo ſecundò , ſeorſim , ad ſæculares Confeſſarios, & Regulares ; nam reſpectu ſæcularium, conſtitâ eorum inſufficientiâ, Ordinario locali non denegatur libertas revocandi approbationes ab alijs datas , quòd ſi juſta adſit cauſa , invalidat Cruciatæ electionem : reſpectu verò Regularium , cùm Pontifex unam dumtaxat expoſtulet per Cruciatam approbationem, eos vult (ut poteſt) eximere ab ulteriori approbatione , quod ſi de eorum inſufficientia conſtet , Tridentinum ſuppetit remedium congruum de eorum Prælato certiorando, cujus defectu tribuit Ordinarijs procedendi facultatem in delictis Regularium.

96 Reſpondeo tertiò,& cõgruentiùs negando antecedens: nam intentio Pontificis eſt favêre Cruciatam obtinentibus, proſpiciens tantùm ſufficientiæ Confeſſarij per clauſulam approbationis genericè prolatæ , quia ea ſufficientia ſatis innoteſcit per cujuſque Ordinarij approbationem, & juri localis Ordinarij affatim occurrit, oſtenſâ approbatione alibi legitimè prolatâ,& ab eo verificatâ.

Quid dicendum de probabilitate hac poſt Clementis conſtitutionem?

97 Suppono 1. Clem. X. in ſua Conſtitutione declaraſſe Regularium privilegia requiſita Ordinarij Diœceſani approbatione, ſed nullâ factâ de Cruciata expreſſione. 2. Paul. V. & eundem Clem. exoratos de electione Confeſſarij per Cruciatam, Sacr. Congr. reſolutiones confirmantes, reſcripſiſſe, *Regulares non poſſe ſine licentia Diœceſani audire confeſſiones ſæcularium, Cruciatamque in hoc nil novi induxiſſe.*

98 Dico igitur noſtram ſentẽtiam adhuc retinuiſſe eandemmet probabilitatẽ poſt hanc Cõſtitutionem, & ejus declarationem, quam ante illas obtinêbat. Ratio moralis eſt: quia ex ſcribentibus poſt id decretum, & illud trutinantibus, ſolus P. Cardenas (& poteſt addi Nog.) tenuis probabilitatis improperium dictæ opinioni irrogavit, cùm omnes alij eam non ſemèl proclament: deinde fundamenta ab eo adducta non præponderant, nec ullius ſunt momenti, ut conſtabit; ſed hoc ſolùm requiritur, ut perſiſtat probabilitas noſtræ ſententiæ, ut ex dictis patet: ergò, &c. Probationes Logicas, Rhetoricas, & Juridicas perſtare, non nemo videt. AA. non infimæ notæ ſunt Tambur. Pereira, Lumbier, Torrecilla, Corella, Fuente, Gomes, Sylva, Andr. à S. Joſeph, & plures alij. Rationes adſtipulantes manent ventillatæ, adverſantes autem denuò adinventæ hic debẽt trutinari: igitur

99 Opponit 1. Cardenas declarationem Conſtitutionis Clement. X. quæ licèt loquâtur de privilegijs Regularium, conſequẽter loquitur de fidelium privilegijs, nam correlativa ſunt: diſpoſitum autem in uno correlativo, cenſetur eſſe diſpoſitum in alio, ut plura jura teſtãtur; proindeque corruente probabilitate privilegiorum Regularium ad confeſſiones audiẽdas abſque approbatione Diœceſani, corruit facultas fidelium, ut eis cõfiteantur, tali approbatione non ſuppoſitâ, & ex hinc probabilitas traditæ opinionis.

100 Sed reſpondeo negando argumenti aſſumptum; ad cujus probationẽ, diſtinguo: diſpoſitũ in uno correlativo, cenſetur diſpoſitũ in alio ſub ea ratione, quâ correlativa ſunt, concedo; ſub aliâ, nego: unde certum eſt, quòd ſicut Regulares per ſua privilegia nequeunt audîre ſæcularium confeſſiones irrequiſitâ Ordinarij localis approbatione, neque etiam fideles per ea illis confiteri poſſunt: attamen per privilegia fidelium alioquin philoſophan-

Digitized by Google

dum ; immò retorqueo argumẽtum. Fideles ex vi Cruciatæ poſſunt eligere approbatum : ergò correlativũ, *Regulares approbati*, licèt aliàs rejecti, poſſunt eligi; diſpoſitum enim in uno, cenſetur in alio diſpoſitum ſub ea ratione, ſub qua in illo alio diſpoſitum fuerat : ergò dato quòd corruat probabilitas facultatis Regularium, non corruit fideliũ facultas alio diverſo titulo obtenta.

101 Nec attendas ſimilitudinem privilegij Regularium, & fidelium privilegij, nec ejus identitatem, nam hæc ſimilitudo, vel identitas rationis præcisè ſumpta, non extendit leges, nec privilegia, niſi qualificetur ab alia circunſtantia comprehenſa, ſublatâ legum, vel privilegiorum formâ, ut defendunt Suar. *de leg. lib.6. cap.3. à num.4.* Pal. *tract.3. diſp.5. p.3. §.4. num.* 2. & alij cõmunitèr.

102 Inſupèr privilegia per Cruciatã fidelibus indulta, principalitèr à Pontifice noſtris Sereniſſ. Regibus erogata fuêre, ut patet ex proœmio Apoſtolici diplomatis, eò quòd exhauſtæ reperiantur Regiæ facultates, ut bello Africano poſſint ſubvenire : ſimilia autem privilegia (alijs rationibus non rejectis) ſaltem quia privilegia Regalia ſunt, non cadunt ſub ullas revocationes, niſi exprimatur altitudo Regiæ perſonæ, ut defendunt Gonçal. *ad reg.* 8. *gl.*24. *à num.*153. Garcia *de benef. p.5. cap.* 1. *num.* 639. Layman *lib.*4. *tract.* 5. *cap* 12. *n.* 5. Sanch. *lib.*6. *ſum. cap.*16. *n.*3. & *cap.*17. *num.*4. & 5. Pal. *tract.* 13. *diſp.*2. *p.*12. §.4. *num.*10. & *tract.* 16. *diſp.*4. *p.*8. *num.* 3. & *p.* 10. §. 1. *num.*1. Suar. Magn. *tom.* 4. *de Relig. tract.*8. *lib.*1. *cap.*7. *num.* 6. Salgad. *de poteſt. Reg. p.*3. *cap.* 10. *num.*47. Roman. *conſ.*478. Guid. *dec.*1. Mandõz. *reg.*23. *quæſt.* 4. Alex. *vol.*5. *conſ.*30. *num.*4. Gabr. Pereir. *de man. Reg. p.*2. *cap.* 58. *n.* 8. Valenc. *tom.*1. *conſ.*58. *num.*12. Solorz. *tom.*2. *lib.*3. *cap.* 3. *n.* 14. Cabed. *de patr. Reg. Cor. cap.* 35. *n.*7. & innumeri alij.

103 Opponit 2. Card. declarationem Cardinalium ſub eodem Clem. circa electionem Cruciatæ, cujus ſuprà meminimus : aſt fatemur Pontificem exoratum fuiſſe pro hujuſmodi proviſione, ejus tamen aſſenſum negamus : quod etiam trutinavit P. Tamburin. memorans declarationem Paul. V. ante Clem. conſtitutionem, & poſt illam ad idem ſe paritèr remittens in ſuo poſthumo opere de Quinqualogo: fatemur, inquam, illud exoratum fuiſſe, ſed Pontificem ſolùm reſcripſiſſe de Regularium facultate, ut indicant verba: *Non poſſunt Regulares abſque licentia Dioœceſani cõfeſſiones audire*; quod, ut diximus, eſt valdè diverſum ab eo, quod reſcripſiſſet de fidelium electione per Cruciatam.

104 Inſtare poterat P. Carden. quòd reſponſio Pontificis cen-

cenſetur conſentire interrogationi exorantis ; interrogatio enim, grammaticè loquendo, cõſentire debet reſponſioni. Reſpondêre tamen poſſumus, licèt de grammatica locutione hoc verum ſit, nullam tamen veritatem attingere in locutione figurata, qualem ſolent plerumque Põtifices aſſumere ſuis in reſcriptis : immò & ipſe Deus in ſcripturis millies loquens in parabolis, & figuris. Conſule Rhetores de hac figura loquentes, & pro omnibus Cypr. Soar. *in ſua arte de Rhetor. lib.* 3. *cap.* 3. ubi aſſerit figuratam reſpõſionem, vel poſſe ſumi augendi gratiâ ; vel declinandi ; ſeu, ut Neoterici vocant, ad rem minuendam ; & hanc poſteriorem eſſe uſu frequentiſſimam teſtatur idem Soar. proximè. Exemplum adducitur ex Quintiliano Rhetorum Principe, qui ad interrogationẽ hanc : *Occidiſti hominem* ? Latronem reſpondit : ubi utique minuitur occiſionis crimen, minus enim malum eſt occidere latronem, quam hominem eâ qualitate non deturpatum ; ſic pariter interrogatus Pontifex poſt ſuam Conſtitutionem expeditam, an Regulares electi per Cruciatam poſſent excipere confeſſiones : reſpondit, *Regulares non poſſe audire confeſſiones ſine licẽtia Diœceſani*, minuens reſponſionem ad facultatem Regularium ; & non eam extendens ad Cruciatæ electionem ; immò reſcribens Cruciatam nil ad illud denuo induxiſſe, nullam enim ſanè præbet facultatem Regularibus ; utpotè diverſa gratia, ab illa, ad inſtar diverſitatis gratiæ diſpenſati, & diſpenſandi gratiæ : quam diverſitatem ſuo de more ſolito explanat illud Theologiæ oraculum Sancius *lib.* 8. *de matr. diſp.* 2. *n.* 6. cum pluribus alijs.

105 Et advertas, queſo, hîc obiter, Congregationem exoratam pro dubio diſſolvendo de electione Confeſſarij per Cruciatam poſt Clementis Conſtitutionem, reſcripſiſſe (ut ex ea videre eſt apud eundem Card.) idem, & ijſdem verbis, & ad idem ſe remiſiſſe, quod reſcripſerat ante illius expeditionem ſedente Paul. V. ergò Clem. X. conſtitutio nullam ambiguitatẽ addidit Cruciatæ. Ergò ſi antea erat probabilis noſtra opinio, illuminantibus Sancio, & Suario, cur modò non erit pariter probabilis ? Concludere argumentum cæci vident.

106 Si autem quæras, cur Pontifex figuratè hîc loquatur in deciſione litis Hiſpalẽſis, cùm poſſit grammaticè loquens intercludere penitus totam litis dubitationem ? Poterat ſolus ipſe Deus reſpondêre veritate Catholica nos imbuens, & toties tropicè, & figuratè loquens. Sed latè pro eo audire poſſumus hoc à Becan. *in tract. de virtut. Theolog. cap.* 4. *quæſt.* 8. docente de locutione divina figurata tripliciter

tèr 1. *num.* 23. quia Deus, ſicut in alijs rebus, ita & in Eccleſia voluit ſervari Ordinem, ut alij docêrent, & diſcerent alij, & ideo in ea conſtituit Paſtores, & Doctores 1. *ad Cor.* 12. *num.* 29. *Numquid omnes DD.* & ſic voluit Pontifex loqui ſapientibus, qui verba ſui reſcripti intelligerent, ut alios docêrent ejus interpretationem, & non omnes eam perciperẽt. 2. de quo idẽ Becan. *num.* 26. quia ſi reſcriptio eſſet facilis, intelligerêtur ab omnibus, & paulatìm Maieſtas, & authoritas illîus labefactarêtur, & eâ nimis minus ſapientes abuterentur. 3. de quo idem *n.* 27. quia ſi eſſet perſpicua, & grãmaticalis ea reſponſio, non paucis eſſet occaſioni ſuperbiæ: ſi enim plana, & obvia omnibus eſſet, Regulares ſuperbîrent de litis victoria, & Ordinarium deſpicerent, & arrogantiam omnium malorum caput conciperent in non modicum nocumentum diſciplinæ Regularis, & Chriſtianæ Fidei, morumque reformationis detrimentum: hinc eſt, quòd homines elati, & ſuperbi, qui ſuo judicio præfidentes ſunt, & proprio ingenio plurimum tribuunt, non aſſequantur legitimum ſcripturæ ſenſum, quia Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam: quapropter Pontifex, & Sacr. Cõgr. vituperium ſacrorum decretorum avertere cupientes, reſcripſerunt obſcurè, figuratè, & ſymbolicè, ut non tereretur ab indoctis lex, & conceſſio Apoſtolica.

107 Nec dicas Pontificem loqui generalitèr de impotentia Regularium ad confeſſiones excipiendas, & ideo generalitèr eſſe prohibitionem intelligendam, tam de facultate propria, quàm de electiva Cruciatæ. Nec hoc, inquam, dicas, quia revocatio ſapit odium, & ut ſic pati debet omnimodam reſtrictionem. Pellizz. *tract.* 8. *cap.* 3. *ſect.* 2. *ſubſ.* 5. *num.* 274. *& cap.* 8. *ſect.* 3. *n.* 66. Lugo, Averſa, & alij. Præterea ſumus in privilegijs Regijs, quorum revocatio, ut diximus, citra maturam expreſſionem longè abeſt à Pontificis intentione.

108 Accêdit, quòd non multum temporis ab ea declaratione idem Clem. declaravit 10. Octobr. 1674. ſuo in diplomate Regi noſtro porrecto, in expeditione generali Anni ſancti Jubilæi non revocari Cruciatam, & ibidem generalitèr *nunquam* ejus mentis fuiſſe revocare, aut impedire illius facultates, quę cùm ſint verba generalia, generalitèr ſunt intelligenda, & per ea explanari debet tota hujus quęſtionis dubitatio: immò ipſamet Cruciatæ diſpoſitio omnes alias adverſas diſpoſitiones quotannis promulgata, quotannis revocat, urgentiſſimis non obſtantijs ſuperadditis, proindèque nemo diffiteri debet manſiſſe illæſam, & in ſuo priſtino virore, & probaba-

babilitate noſtram ſententiam ſub cenſura illorum inſignium virorum Sancij, & Suarij, qui probabilitatis metas ſententijs communi plauſu ſtatuerunt, & in hac materia omnibus jura dãt, & leges ferunt.

109 Prætermitto nonnullas alias hujuſmodi declarationis infirmitates, ut poſſit ligare univerſalem Eccleſiam, videlicet defectum promulgationis; ſaltem Romæ ad valvas ſolitas, fuiſſe latam ad territorium ſpeciale, ad litis deciſionem, non perpetuæ memoriæ validitatem obtinuiſſe, & ſimilia, quapropter declarationes ſimiles à DD. infirmantur, ne moroſi in materia indubitabili cenſeamur.

Cenſura P. Iacobi Tinoci Sylvij, olim in Sacrâ Oratorij Congregatione Primi, & Primarij Theologiæ Profeſſoris.

MAndatis compulſus Illuſtriſſimi Commiſſarij Generalis, ut videam, quæ quæſtionis quintę reſolutioni improperia irrogantur; & num ab ijs per ipſum peritiſſimum Doctorem ſatis vindicetur: cùm pleniſſimè eidem, dum contentionem inter Illuſtriſſimos Epiſcopos, & Regulares hujus Regni dirimerem, aſſenſus fuerim; ibidèmque eadem dicteria, & ſimilia probra diluerim ſatis; me cohibêre non valeo, ne rigidè carpam adeo rigidam improperationem per ſapienti jactam conſultori: cùm ejus judicium tot graviſſimiſque DD. & ſolidiſſimis rationibus inſpiciam roboratum, ut perquàm prolixè ad præmiſſam contentionem dilucidavi. Explanatam itaque, & luculenter demonſtratam præſentem vindicationem perluſtravi, & omnia deprehendi directè collimare, ut diluant, ut vindicent, ut faciant ſatis, quæ in augmentum veritatis objiciuntur potiùs, quàm in dilucidationis decrementum: & ſanè à viris doctis, & pijs prudẽtèr ea objecta proferũtur, ut citra ſcrupulos deinceps reſolutio præfata emineat, niteat, fulgeat, prælum ambiat, & lucem cõmuni plauſu adire mereatur ab omni livore vindicata. Hujuſmodi certitudini non leve ſuggerũt fulcimentũ ſapientes cẽſores, quatenus n. 6. p. 259. tem valdè incertã, dubiã, & ambiguã fatentur, tũ propter diſſidentes AA. ſentẽtias, tùm propter Cardinalium declarationes, ac etiam cõgruentiſſimas rationes, quæ eam ancipitem nimis reddunt, ut amplior ſit locus, cùm judicio, tùm authoritati, & poteſtati indulgentiſſimi Commiſſarij à jurisdictione Pontificia valentis dubia declarare, ambiguitatem tollere, certitudinem præſtare emergentibus dubijs, & indemnia Cruciatę privilegia conſervare. Quapropter meũ ſenſum exprimere non recuſo, quin libentiſſimè profero, mihi validiſſimè probari hujus quintæ quæſtionis reſolutionem, ſed potiùs præ-

præhabitâ Illuſtriſſimi Commiſſarij declaratione, ut certam poſſe proclamari, & lucem præli intrepidè præſtolari. Ita cenſeo me ſubdens correctioni ſapientum. Ulyſſipone 3. Kalend. Auguſti 1696.

Jacobus Tinocus Sylvius.

Cenſura P. Dominici Coſti, Eccleſiæ Sancti Petri hujus Ulyſſiponenſis Civitatis Prioris Theologi.

HUic ſententiæ, quam à Doctiſſimo, Illuſtriſſimoque Domino Laurentio Pires Carvalho, Sereniſſimi Regis à Cortina, ac Cõſiliario, Sãctæque Bullæ Cõmiſſario Generali Apoſtolico in hoc Luſitaniæ Regno ſtrenuè probatam, approbatamque video, libentèr adhæreo, eamque ſemper ſecutus ſum. Ulyſſipone die 22. Auguſti anno 1696.

Dominicus Coſtius.

Cenſura D. Antonij Pereyra Sylvij, in ſacro Inquiſitionis Tribunali, & Trium Regni Statuum Deputati, ac in Eborenſi Sede Magiſtrali.

ATtentè legi duas præcedentes quæſtiones doctiſſimè pertractatas ab illuſtriſſimo Domino Laurentio Pires Carvalho, digniſſimo Sanctæ Bullæ Cruciatæ in hoc Regno Cõmiſſario Generali, quintam ſcilicèt, & ſextam, & ſtandum pro ſua reſolutione, quintam judico probabiliſſimam, & ſextam quaſi certam cenſeo. Ulyſſipone 23. Auguſti anno 1696.

Antonius Pereyra da Sylva.

Cenſura D. P. M. Dom. Didaci ab Annuntiatione, Archiepiſcopi Cranganorenſis, in Sacra Theologia Magiſtri, Doctoralique laurea inſigniti, Ordinis Canonicorum S. Ioannis Evangeliſtæ.

PRopriam mentem ſapientiſſimo magiſtro ſuo, ut Doctor particularis, aperire in hac familiari epiſtola, poſt maturam diſcuſſionem, quâ legi, & perlegi placitum Illuſtriſſimi D. Cõmiſſarij, elegantiſſimè expoſitum, quæſtione quinta, & ſexta hujus celeberrimi tractatûs, non erubeſco. Quare reſolutionem affirmativam probabilem judico, & in præxi ſecuram exiſtimo; & quia circa alias quæſtiones nullum eſt dubium, & tantùm aliqua ſit difficultas circa tertium

tium quæsitum, ideo ad examen revoco hanc quæstionem, videlicèt: an Confessarius eligibilis per Bullam debeat approbari ab Ordinario loci, vel sufficiat approbatio cujuscumque Ordinarij?

Hoc secundum quæsitum, ut probabile, & in praxi tutum semper tenui, nil enim ex adverso dicitur, quod illius probabilitatem evertat, nam Bulla Pauli V. circa Cruciatam nil innovavit, sed tantùm interdixit Regularibus absolvere ex vi suorum privilegiorum, absque Ordinarij loci approbatione. Cùm verò Regulares, dum per Cruciatam eliguntur, non utantur privilegio suo, sed pœnitentis, optimè liquet prædictam Pauli V. Bullam, Cruciatæ non obstare.

Neque contra præsentem resolutionem facit illa clausula, videlicet, Cruciatam nil novi juris Regularibus induxisse, quia verè ipsi nil contulit, nam privilegium Cruciatæ pœnitentibus, & non Confessoribus fuit concessum.

Similitèr Bulla Clementis X. quæ incipit, *Superna*, nil facit ad præsentem resolutionem, nam Cruciatam non offendit, sed tantùm Regularibus interdixit ex vi suorum privilegiorum posse aliquem absolvere in territorio, ubi non sunt approbati, immò Torrecilla in explicatione propositionum Innocentij XI. *consult.* 4. *num.* 7. ut probabile tenet cum Barb. & alijs, Cõfessarium approbatum ad certum locum, & ad certas personas, posse in alio loco virtute Cruciatę eligi in Confessarium ab alijs personis, & hoc etiam post Bullam Clement. relatam, ut colligitur ex *n.* 20. *usque ad* 47.

Dato tamen, & non concesso, quòd Bulla Clementis, & Pauli V. sint contra Cruciatam, nil inde sequitur contra nos; nam pœnitentes hodie quando eligunt Confessarium, non utuntur Cruciatâ modificatâ à Paulo V. & Clem. X. sed vel Alexandri VIII. aut Innoc. XII. quæ est amplissima evidẽtia hujus discursi, patet ex resolutione Torrecill. *in d. explicat. conf.* 6. *per totam*, ubi non obstante Bulla Urban. VIII. quâ declaravit non esse intentionis suę, quòd Regulares uti possent privilegio Cruciatæ quoad electionem Confessarij, tenet hoc tantùm intelligi debêre tempore Urbani VIII. qui explicavit suam mentem, non verò tempore subsequentis Põtificis, qui Bullam Cruciatam in amplissima forma concessit: ergò eodem modo in nostro casu. Quarè propter has, & alias rationes hanc opinionem judico probabilem. Ita censeo, ut Doctor particularis.

Sub censura.

Archiepiscopus Cranganorensis.

Censura

Digitized by Google

Censura P. D. Leonardi à Divo Iosepho Canonici Regularis Augustiniani, ac in Regio Sacello Concionatori.

ARbitror veram esse opinionem, quam tot gravissimi Authores referunt, videlicèt, approbatum ab uno Ordinario posse eligi ubiquè terrarum in Confessarium virtute Bullæ Cruciatæ; quam sententiam libentèr amplector absque ulla hæsitatione, quanvis antea contrariam sententiam tanquàm certiorem tenebam.

D. Leonardus à Divo Josepho, Canonicus Regularis Augustinianus, Regiæ Maiestatis Concionator.

Censura P. Emmanuelis Franco Theologi, & Parochi in Ecclesia Divæ Annæ hujus Civitatis.

DUas præcedentes quæstiones agitatas (omni vi ingenij in illis consumpta) authoritate Doctorum confirmatas, atque pro cõperto habitas ab Illustrissimo, eruditissimoque Domino Laurentio Pires Carvalho, Sanctæ Bullæ Cruciatæ in hoc Regno Lusitaniæ Cõmissario Generali, legi, animumque illis appuli; videtur mihi esse probabiles, & in praxi sustineri posse. Ulyssipõne 30. Augusti anno 1696. *Emmanuel Franco.*

Censura R. P. Dom. Fr. Iosephi ab Oliva Episcopi Angolensis, in sacra Theologia Doctoris, & olim in Conimbricensi Academia professoris, Ordinis Eremitarum S. Augustini.

AS occupaçoẽs que tive estes dias, me impedirão ver esta questão mais cedo, em que V. Senhoria com a erudição, clareza, & latidão costumada sustenta a opinião de que o Confessor approvado por qualquer Bispo, póde ser eleito para ouvir de confissam a qualquer penitente, que tenha a Bulla da Cruzada. Sempre tive esta opinião por provavel, não só pelos Authores que a defendem, & razoens em que se fundão; mas tambem por ser tam praticada por homens doutos, Religiosos, & timoratos, ainda depois de promulgado o Decreto do Papa Innocencio XI. como affirma o Padre Diego de la Fuente Hurtado, da Companhia de Jesu, em sua Theologia reformada *diff.* 2. §. 74. que sendo de contraria opinião, reputa esta por provavel: *Neque post decretum Innocentij promulgatum, & sæpiùs*

sæpius visum, ac lectum interciſa fuit hæc conſuetudo, aut reputatos cõtrarius ipſi uſus illius, ut vel ex his, quæ in Civitate ampliſſima, ubi hæc ſcribo, contigêrunt, deprehendêtur ſatis clarè. Sunt namque in illa ex omnibus penè Religioſis Ordinibus numeroſæ familiæ confertæ viris ſapientibus, & Theologiæ Magiſtris, ac ſtudijs, & omnes ferè hiſce annis, Confeſſarijs Societatis noſtræ exceptis, confeſſiones excipiebant abſque approbatione Diœceſani (quem experiebantur ſibi parum æquum) hac probabili opinioni innixi, quòd Regularis ſemèl approbatus ab aliquo Ordinario, ubicumque eſt eligibilis virtute Bullæ Cruciatæ. Quare pœnitentes priùs interrogabant num Bullam haberent, & eos qui carebant illâ, remittebant ad alios Confeſſarios. Eu nam duvidára em quanto Doutor aſſinarme neſta opinião; porèm em quanto Biſpo me ha de permittir V. S. que ſuſpenda o fazello. Fico às ordens de V. S. cuja peſſoa guarde Deos, &c. Graça, em quinta feira.

Fr. Ioſeph, Biſpo de Angola.

Cenſura P. Emmanuelis Dias in Eccleſia Divi Michaelis hujus Civitatis Prioris Theologi.

Eſt quęſitum: Utrùm approbatus in una Diœceſi poſſit virtute Bullæ Cruciatæ eligi in Confeſſorem à fidelibus ubicumque exiſtentibus ſine nova Epiſcopi loci, quo fit confeſsio, approbatione?

SUMMARIUM.

1 *Privilegia Bullæ ſunt ampliandа.*
2 *Favores ſunt ampliandi.*
3 *Cruciatæ privilegia ſunt favorabilia.*
4 *Facultas eligendi Confeſſarium per Cruciatam, eſt favorabilis.*
5 *Ubi lex non diſtinguit, nec nos.*
6 *AA. doctrinam traditam amplectentes.*
7 *Differẽtia approbationis à Cruciata expoſtulatæ.*
8 *Adverſa ſentẽtia eſt æquè probabilis.*

1 ATtamen ut extirpitùs quæſito reſpondeamus, videtur perpendi debêre cujuſnam ſint naturæ dictæ Bullæ privilegia; an ſcilicèt ſint reſtringẽda, an vè amplianda? Fateor Sanch. *tom.* 3. *de matr. lib.* 8. *diſp.* 7. *num.* 7. aſſererè eſſe reſtringẽda. Sed habitâ tanti viri reverẽtiâ, contrarium amplector cum Suar. & multis alijs ab illo citatis viris æquè doctis *de Relig. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 16. *num.* 3. & poſt hos alios quamplurimos veteris, & noſtri temporis, quos brevita-

tis gratiâ omitto.

2 Ratio reſolutionis eſt: quia talia privilegia ſunt Principis beneficium ſine alicujus præjudicio; immò ſunt opus liberalitatis, clementiæ, & charitatis, & ideo favorabilia, neminique adverſantia, ac proinde amplianda, cùm ſit infallibile juris principiũ: Favores ſunt ampliandi, pœnæ verò reſtringendę.

3 Deinde hujuſmodi privilegia ordinantur non ad bonum aliquod cujusvis particularis perſonæ, ſed ad communem totius Eccleſiæ communitatis utilitatem, ad ſubveniendum ſcilicèt publicę ejus neceſſitati, immediatèque ad pleniorem faciẽdam abſolutionem, quaproptèr favorabilia cenſenda, & ampliãda.

4 Jamque ex hoc capite patet facultatem eligendi Cõfeſſarium debêre extendi ad quoſcumque ubicumq; legitimè approbatos, minimèque reſtringi ad approbatum tãtùm in loco, quo fit cõfeſſio; alitèr non fruerêtur talis facultas dignitate, ſeu prerogativâ favorabilium; immò premerêtur onere pœnalium. Quo poſito,

5 Ad Bullę verborum vim tranſeamus; quæ eſt, ut Confeſſarius eligendus ſit approbatus ab Ordinario, & nihil aliud requirunt dicta verba, nec diſtinguũt, & ubi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus juxta commune Theologiæ, & juris axioma: ſed qui quâvis Diœceſi eſt ab aliquo Ordinario legitimè approbatus, verè eſt, & dicitur approbatus ab Ordinario: ergò datâ ſimili legitimâ approbatione, datur quidquid verba Bullæ requirunt.

6 Prætèr ſuperiùs dicta, hoc ſolo fundamento, valdè probabili nituntur hujus ſententiæ noti nominis Doctores, quos libentèr ſequor. Dian. *tom.* 1. *tract.* 3. *reſ.* 17. *de Bulla Cruciatæ*, cum Henriq. *lib.* 3. *de pœnit. cap.* 6. *n.* 7. *& in gloſ. lit. A. & lib.* 7. *de Indulg.* quem relictis alijs ſequitur Valer. *in diff. utriuſque fori, verb. abſol. diff.* 1. *num.* 70. *& ſeqq.* qui doctè, & fusè probat hanc ſententiam.

7 Nititur ulteriùs hæc ſententia alio ſimilitèr valdè probabili fundamento; expẽdit enim diverſitatem inter approbationem requiſitam per Pontificem in Tridentino in Confeſſarijs, & illam, quæ requiritur ab ipſo Põtifice in Bulla Cruciatæ: nam in primo ille loquendi modus directè tendit in Confeſſarios, eis ſcilicèt neceſſitatem imponendo (etiam Regularibus) præcipiendoque ne confeſſiones audiant, niſi habitâ ab Epiſcopo approbatione, quæ omnino debet intelligi ab illo Epiſcopo, cujus ſunt oves, cui utique incumbit dare ſuis ovibus Confeſſarios approbatos, qui eſt Ordinarius loci, à quo Confeſſarij debent accipere approbationem, ſicuti acci-

accipere debent jurisdictionem quando eam à Summo Pontifice non accipiunt. Tamb. *de pœnit. tom.* 3. *lib.* 5. §. 4. *num.* 13. & 14. & alij.

Contraria sententia est æquè probabilis, & ideo liberum unicuique quam illarum maluerit amplecti, quapropter non est cur immoremur in ipsa secunda sententia exponenda, illiusque fundamentis, utpote cui non adhærêmus; quæ verò de prima expendimus, fuit gratia nostræ in illam propensionis, & obediẽtiæ in tantum Dominum nobis præcipientem quid in hâc materiâ sentîmus, sequimurque dicere; cujus potiori intellectui, sapientiæ, ac prudentiæ omnia submittimus. Ulyssipone 3. Septembris 1696.

Emmanuel Dias.

Censura D. Andreæ Pereyra Pinto, in Ulyssiponensi Metropoli Magistralis.

REsolutionem quintæ præcedentis quæstionis acutissimè discussæ ab Illustrissimo Domino Commissario Generali Cruciatæ in hoc Regno, quam in aliquibus illius Ecclesijs per viros doctos sine formidine usu receptã inveni, satis probabilẽ judicarẽ ex perelegãter adductis, maximè ne illusoriũ ad nihilumque redactum maneat privilegium: sextæ verò quæstionis judiciũ verum esse affirmarem, & insimùl nunquam satis laudatam ejus novitiam discussionẽ. Ulyssipone 4. Septembris 1696.

Andreas Pereyra Pinto.

Censura D. Dominici à Cunha Barreto, in Divi Georgij Ecclesiæ Prioris, in sacrisque Canonibus Doctoris.

SUmma animi voluptate hoc nobile jurgium, seu ingeniosam cõcertationem, magnis inter Theologiæ cultores viribus agitatam perlustravi; in quâ non parùm Doctores desudant in difficultatum nodos Bullæ Cruciatæ evertendos, maximè ergà approbationem Confessarij prærequisitam ad Confessiones expiandas; ex quibus ergò dubijs hic expolitus tractatus celebritèr pullulat, qui omnem anxietatem è medio tollit, cùm nihil à veritate, & sanâ doctrinâ deflectat: immò, ut opinor, illius resolutio etiam vires probabilitatis excedit, & sine conscientiæ offendiculo scrupulus (si fortè datur) sedari potest. Ita authoritas Doctorum id suadet, & pro omnibus mihi sufficit ingeniosum assertum Illustrissimi Domini Commissarij Generalis, acumine mentis concinnatum, cujus mãdato ad unguem

Digitized by Google

debemus obtemperare, prout pleno jure ei conceditur. Ita cenſeo. Ulyſſipone 19. Septembris 1696.

Doctor Dominicus à Cunha Barreto.

Cenſura P. Ludovici Gomes Ribeyro, Theologi, & in Divi Iacobi Eccleſia Prioris.

ENodationem apprimè enucleatam ab Illuſtriſſimo Domino Cõmiſſario Generali Sanctæ Cruciatæ in quinta quæſtione hujus celeberrimi tractatûs, ut immunem erroris abſque ulla hæſitatione amplector; ſiquidèm in opinione ſelectâ congeriem doctrinarum talitèr compaginavit, ut nihil architectatum, aut collimatum unquàm inſpexi. Quarè cum Doctorum ſynthedrâ opinio probabilis mihi affatîm arridet. Ulyſſipone 25. Septembris 1696.

Ludovicus Gomes Ribeyro.

Cenſura P. Antonij do Valle, Curionis in Eccleſia Sanctæ Crucis Arcis hujus Civitatis.

REſolutionem hujus quintæ quæſtionis aſſerentis cujuſcumque Epiſcopi approbationem ſufficere, ut Confeſſarius ubique per Bullam eligatur ad fidelium confeſſiones excipiendas, ab Illuſtriſſimo, paritèrque Sapientiſſimo Domino Laurentio Pires Carvalho, Sereniſſimi Regis à Concilijs, & à Cortina, Sanctæque Bullæ Cruciatæ in hoc Regno, ſempèr ut probabilem tenui; tum ob ſolidas rationes, quibus intrinſecè fundatur, tum ob ingentem Doctorum numerum illam probabilem autumantium, quorum authoritate fulcitur, tum ob tantorum Pontificum conſenſum, qui ſemèl atque iterùm de illa conſulti, alitèr judicare, & decidere, illamque damnare auſi non fuêre. Deinde ſi recepta conſuetudo opinionibus probabilitatem præſtat, ocularis certè ſum teſtis de illius uſu, tàm in Provincia Interamnenſi, ubi aliquos per annos Parochus extiti, quàm in hac Civitate, ubi etiam indignus Curio. Et ſi hæc opinio hucuſque terminos probabilitatis, ob oppoſitę partis formidinem, non tranſcendebat, Illuſtriſſimus Conſulens, exactior veritatis indagator, ita ad certitudinem redegit, ut nullam oppoſitæ partis formidinem admittat; ejus enim fundamenta ſic profligat, quòd utrâque attentè trutinatâ iſtam tutiſſimam, certamque fateri quis cogitur, aliam verò in ſpeculatione penè victam ſentit; inter quos unus ego. Ulyſſipone die 3. Octobris 1696.

Sub cenſura *P. Antonius do Valle.*

Cenſu-

Iudicium P. Antonij Simoens Leytam.

Propoem-ſe ſe hum aprovado no Arcebiſpado de Braga ſómente, & tendoſelhe acabado a juriſdiçaõ, ſe póde por virtude da Bulla da Cruzada ſer eleytõ neſte Arcebiſpado de Lisboa para confeſſar.

HE commua opinião de muitos DD. que qualquer Sacerdote aprovado póde ſer eleyto por virtude da Bulla em qualquer parte onde ſe achar, & muito mais agora com a declaração do Senhor Commiſſario Geral da Cruzada; & deſte parecer he tambem o Senhor Prior de S. Jorge.

Antonio Simoens Leytaõ.

Approbatio P. M. Fr. Emmanuelis Guilherme, Ordinis Prædicatorum, Ordinumque Militarium Examinatoris.

SEmpre entendi era opinião mais provavel, que o Sacerdote actualmente aprovado em qualquer parte, podia ſer eleyto pela Bulla. Sic dicit eſſe communem ſententiam D. Torrecilla ſuper *propoſ. damnat. tract. 2. conſult. 4. num.* 33. *fol.* 111. Neque mihi obſtat Conſtitutio Clem. X. anno 1670. quia reclamatum fuit contra eam, ut teſtatur Lumbier *tom. 2. num.* 1197. *pag.* 840. Item, quia in tali Conſtitutione nulla fit mentio talis privilegij Bullæ; ſed privilegium Bullæ, quod eſt contractus cum Rege, non debet cenſeri derogatũ, aut coarctatum à Summo Pontifice ſine ſpeciali, aut generali expreſſione illius: ergò, &c. Sic cenſeo, ſalvo, &c. S. Domingos de Liſboa.

Frey Manoel Guilherme.

Approbatio P. M. Ludovici Fragoſo, Societatis Ieſu.

SOu do meſmo parecer do Sap. Conſulente, nos termos em que reſólve a queſtão propoſta. Lisboa, no Collegio de S. Patricio.

Sub cenſura. *Luis Fragoſo.*

Iudicium P. Iacobi Tinoci Sylvij, olim in Sacrâ Oratorij Congregatione Primi, & Primarij Theologiæ Professoris. Super quintam quæstionem.

NUper exorta contentio inter Illustrissimos Episcopos, & Regulares, approbatos à prædecessoribus, virtute Cruciatæ conscientias expiantes, ad novum examen Episcopis compellentibus, meo tenui calamo commissa fuit discutienda ab Illustrissimo Cõmissario Generali ex resolutione Tribunalis Cruciatæ, ut maturâ consideratione præhabitâ, opem ferri debitam eis implorantibus potiori jure decernatur.

Per arduum nimis aggredior certamen adversum Episcopos universos, Clem. X. & aliorum Pontificum scuto præmunitos. Sed rem ago Regis, Regularium omnium, cunctorum fidelium, Fideiq; propagandæ, & exaltandæ, ac mores reformandi: Regis, cujus opes egent faciliori aditu, ut fideles Cruciatam sibi comparent: Regularium, eos in Episcoporum contradictionibus componendo: & fidelium, eis plures Confessarios submininistrando; hinc morum reformatione, illinc fidei propagatione, & exaltatione promanante: quin & ipsismet Episcopis obsequium præstando, eis operarios ad messem suggerendo: *Dominus dedit mihi certamen forte, ut vincerem.*

Sup. 10. num. 12.

Multifariam, multisque modis approbationem in Regularibus invenerim, ut jurisdictionem Bullæ sibi valeant vendicare ad fidelium eligentium confessiones audiendas, nimirum in aliena Diœcesi, vel à prædecessore indefinitè, vel ab actuali loci Episcopo limitatè concessam pro tempore, loco, & personis: quò igitur feliciùs dissidium sedare contingat, per partes seorsim dubium duco oportuniùs proponendum, ut veritas clariùs exploretur: & primò videndum nobis est, num ad privilegium Bullæ sufficiat cujusque Ordinarij approbatio? Secundò, sermo erit de approbatis ab actuali loci Episcopo indefinitè, vel limitatè ad tempus, locum, & personas. Tertiò, de injustè reprobatis. Quartò, de reprobatis justè, & cum causâ, dummodò antea præcesserit approbatio. Quintò, probabilitatem opinionum ventilabimus, & quæstionem resolvemus, ut quid in conscientiâ sequẽdum sit, vel sequi licitè possit proferamus, & tutiùs decernamus. Igitur sit

EX-

Digitized by Google

EXPLORATIO PRIMA.

Cujusnam Ordinarij approbatio requiratur ad Confessarium Bullæ Cruciatæ?

SUMMARIUM.

1 *Referuntur sententiæ circa approbationem Confessarij.*
2 *Clem. X. declaravit Regulares approbatos in una Diœcesi non posse in alia confessiones sæcularium excipere absque nova approbatione.*
3 *Adducitur declaratio sub Paul. V. & Clem. X.*
4 *Pontifex in Cruciata profitetur velle se conformare dispositioni Tridentini.*
5 *Quando in jure fit mentio de Ordinario, intelligitur Ordinarius loci.*
6 *Plura referuntur incommoda ad extensionem approbationis ad diversam Diœcesim.*
7 *Pontifex non exprimens non cēsetur præjudicium irrogare Ordinario locali.*
8 *Judex nequit jus dicere in alieno territorio.*
9 *Regulares indigent novâ approbatione, ut exerceant jurisdictionem in aliâ Diœcesi.*
10 *Licet lex non distinguat, distingui debet, quando ex non distinctione sequitur absurdum.*
11 *Inducitur Extrav. Super cathedram ad approbationem*
12 *Adducitur declaratio ad instantiam Archiep. Valent.*
13 *Mutans domicilium perdit fundamentum approbationis.*
14 *Parochus beneficium dimittens non est per Bullam eligibilis.*
15 *Approbatio debet expendi secundum subjectam materiam.*
16 *Approbatus ad certam Diœcesim, non censetur ubique approbatus.*
17 *Cruciata requirit Cōfessarium approbatum.*
18 *Una pars dispositionis ambiguæ declaratur per aliam.*
19 *Mutans domicilium novam solet approbationem expoſcere.*
20 *Tridentinum non requirit approbationem Episcoporū in plurali.*
21 *Recensentur AA. approbationem Confessarij prorogantes ad alienam Diœcesim, ut Cruciatæ jurisdictione gaudere possit.*
22 *Cruciata non contrahit approbationem.*
23 *Verba in privilegijs non debent esse superflua.*
Nova qualitas facit novam dispositionem. Ibid.
24 *Approbatio est judicium authēticum de idoneitate personæ.*
25 *Dispositio generalis, generaliter est intelligenda.*
26 *Verba concessionis debent intelligi*

Digitized by Google

ligi ſecundùm propriam ſignificationem.

27 *Privilegium Cruciatæ eſt favor animarum, & publicus.*

28 *Verba conceſſionis debent intelligi ita, ut non maneat illuſoria conceſſio.*

29 *Trident. intendit removêre inidoneitatem Confeſſarij.*

30 *Nomine Ordinarij, venit tam domicilij, quàm originis, & beneficij Ordinarius.*

31 *Omnes Ordinarij reſpectu Pontificis ſunt æquè fidedigni.*

32 *Diverſitas locutionis Tridentini, & Cruciatæ animadvertitur.*

33 *Approbatio Confeſſarij eſt perſonalis, & ſequitur perſonam.*

34 *Approbatus ubicumque reſpectu Pontificis, cenſetur verè approbatus.*

35 *Declarationes Cardinalium pro ſententia A. remiſſivè.*

36 *Particula,* ſemèl, *non determinat locum.*

37 *Rimatur Clem. X. pro Cruciata.*

38 *Commiſſarius Generalis poteſt declarare opportunius:*

39 *Cruciata eſt privilegium fidelium, non Confeſſarij.*

40 *Conceſſio explicatur per ſupplicationem.*

Declaratio Cardinalium Archiepiſcopo Hiſpalenſi facta expenditur. Ibid.

Taciti, & expreſſi idem eſt judicium. Ibid.

41 *Cruciata ſolùm expoſcit ſubſtantiam approbationis, non repetitionem.*

42 *In Cruciatæ conceſſione non dãtur circunſtantiæ locum determinantes.*

43 *Ad validitatem Sacramenti ſufficit idoneitas Miniſtri.*

44 *Pontifex nemini cenſetur injuriam facere concedens juriſdictionem alibi approbato.*

45 *Ad electionem alibi approbati non requiritur actuale judiciũ approbantis, ſed præſupponitur tantùm.*

46 *Ad ſola Regularium privilegia reſtricta fuit approbatio ad locum.*

47 *Mens Pontificis oſtenditur pro approbationis extenſione.*

48 *Diverſificantur privilegia juriſdictionis Regularium, & Cruciatæ, & num.* 49.

50 *Ad Cruciatam non requiritur, quòd Confeſſarius ſubjiciatur Ordinario locali, ut approbationem præſtet.*

51 *Parochus habet approbationem dependenter à beneficio.*

52 *Cruciata non requirit præfinitionem loci.*

53 *Subditis ſolùm prodeſt, quod approbatur à ſuperiore ad ejus leges obſervandas, non ad juriſdictionem Pontificiam obtinẽdam.*

54 *Nullus Confeſſarius cenſetur approbatus ubique comitante juriſdictione.*

55 *Cruciata eligit, ut juriſdictionem tribuat, non tamen neceſſariò ſupponit.*

56 *Una pars per aliam declaratur,*

tur, si aliqualiter connectantur.

57 *Approbatio solum iteratur, ut jurisdictio expediatur.*

58 *Expenditur pluralitas locutionis Tridentini circa approbationem Confessarij.*

1 PLures sunt DD. sententiæ circa approbationē à Tridentino requisitam in Confessarijs, probabiliori approbationem Ordinarij loci requirente, alijs pœnitentis, Confessarij, vel cujusque approbationem postulantibus probabilitate non carentibus, ut videre est apud Palaum *de pœnit. tract.* 23. *p.* 15. §. 3. Suar. Layman, & plures alios; quod intelligi debet de approbatione jurisdictionem accipiente: cùm verò Pontifex per Cruciatam jurisdictionem elargiatur, de pura approbatione nobis loquendum; & tametsi de hoc plura etiam sint AA. placita, singulis singula requirentibus, modò tātùm quærimus, an approbatio cujuscumque Ordinarij, sivè loci, sivè pœnitentis, sivè Confessarij, sivè beneficij, sivè originis, sivè domicilij, etiā aliò translati, v. g. si ex Indijs huc accedatur, sufficiat, ut sic approbatus ubique eligatur in Confessarium Cruciatæ?

2 Negativam sententiam tenent plures DD. diversis fulciti fundamentis, & novissimus illius sectator acerrimus extat P. Cardenas *in suo opere posthumo, dissert. 2. art. 7. quæst. 2.* ubi contrariā tenuis probabilitatis existimat post Bullam Clem. X. *Superna*, editam anno 1670. rationes fortiores proponēmus, quas postea dissolvēmus. Prima est; quia Clem. X. in prædictâ Constitutione declarat Religiosos ab Episcopo ad confessiones sæcularium audiēdas approbatos, non posse in aliâ Diœcesi eas absque Episcopi Diœcesani approbatione audire, & addit Pōtifex clausulas strictissimas revocantes etiam privilegia titulo oneroso cōcessa, sub quibus videntur revocata Cruciatæ privilegia.

3 Secunda, quam adducit idem Cardenas *cit.* §. 4. *num.* 287. quoniam Archiepiscopus Hispalensis volēs cohibere usum Cruciatæ quoad approbationem Regularium, supplicavit Sacrę Congregationi pro declaratione, quę rescripsit, literas Cruciatæ nil novi Regularibus induxisse; quod etiam Paul. V. per suum peculiare diploma confirmavit anno 1611. sed nihilosecius Regularibus deinceps expressione Cruciatæ ductis fidelium confessiones audiētibus occurrit Clem. X. per suam *Supernam* Constitutionem; Regularibus verò consilium non mutantibus, iterùm successor Archiepiscopus eundē Pontificem adivit pro declaratione, quā Sacræ Congregationi commissā, rescripsit hoc anno 1675. idemmet responsum, nil scilicet novi Cruciatam indulsisse Regularibus: ergò tot Pontificum

ficum reclamationibus ſatis tollitur uſus Cruciatæ de eligendo approbato à quocumque Ordinario.

4 Tertia Mend. Ludov. à Cruce, & Emman. Rodrig. nam Pontifex in Cruciata profitêtur velle ſe conformare diſpoſitioni Tridentini; ſed Trident. requirit approbationēOrdinarij Diœceſani: ergò eam in Bulla requirit Pontifex.

5 Quarta:quando in jure fit mentio de Ordinarijs, intelligitur de Ordinarijs locorum, ut conſtat ex *cap.* 1. *de offic. Ord. cap. veniens* 5. *ad fin. qui Clerici, vel voventes, cap.* 1. *de voto, cap.nuper* 29. *verſ. in ſecundo verò, de ſent. excom.* & ex Trid. *ſeſſ.* 24. *de reform. cap.*6. *&* 10. *& ſeſſ.*23.*c.*15. *&* 16. & paſſim alibi: ergò ſimiliter quando Cruciata loquitur de Ordinario, de loci Ordinario intelligenda eſt.

6 Quinta: in diverſis Diœceſibus ſolent eſſe diverſæ qualitates perſonarum, diverſæ Conſtitutiones, conſuetudines, caſuum reſervationes, & contractus, quæ diverſam ſcientiam requirunt,ut ad Mercatores maiorem, quàm ad ruſticos: unde qui idoneus reputatur in aliquo pago, non tantâ indiget ſcientiâ, quantâ ille,qui ad maritima mittitur;neque tandèm,qui in maritima tantâ indiget, quantâ qui in univerſo Regno, aut Indiâ, remotiſſimisque Regionibus, in quibus copia peritorum deficit, quos in arduis adîre liceat: ergò ne ſequatur inconveniens, quòd minus idoneus eligatur Sacerdos ad eum locū, in quo peritiſſimus neceſſarius eſt, dicendum videtur non licêre virtute Bullæ eligere illum, qui ad eum locum approbatus nō eſt. Deinde multa alia poſſunt ſequi incōmoda; ſcilicet, quòd excommunicati, ſuſpenſi, aut irregularès à ſuis Diœceſibus fugitivi propter crimina, de quibus ſe accuſari timent, talia miniſteria exerceāt, & fortaſſe laici ſeipſos Sacerdotes ſimulantes, quibus, & ſimilibus datur occaſio, ſi liberum ſit Sacerdotem eligere non approbatum ab Ordinario loci.

7 Sexta: ſiquidem non eſt veriſimile Summum Pontificem, dùm aliud non exprimit, velle Ordinarijs locorū prejudicium irrogare contra Regulas *L.* 2. *§. ſi quis à Principe ff. ne quid in loco publico, cap. ſuper eo* 15. *de officio delegati*; quod ſanè irrogat eximens Regulares ab eorū approbatione per privilegiū Cruciatæ.

8 Septima: Judex enim nequit jus dicere extra territoriū: atquî ſi concederet approbationem, quæ alibi valeret, ibi jus ſaltem indirectè diceret: ergò ne hoc abſurdum ſequatur, dicendum eſt approbatū in unâ Diœceſi non haberi ut talem in aliâ, proindeque neque per Cruciatam requirentem approbationē eligi poſſe ſic approbatum.

9 Octa-

ed by Google

9 Octava: quia Regulares approbati in uno Episcopatu, licèt habeant jurisdictionem à Pōtifice, indigent novâ approbatione Ordinarij loci, ut illam exerceant, ut in confesso est: ergò licèt jurisdictio Cruciatæ sit à Pontifice ad eligendum approbatum, indigêbit novâ approbatione Ordinarij loci.

10 Nona est P. Mend. *n.* 63. quippè licèt non debeamus distinguere legem non distinguentem, hoc non procedit casu, quo ex non distinctione sequitur absurdum; atquî in nostro casu sequuntur plura, scilicèt contra mentem Pontificis, contra Trid. observantiam, contra declarationes Cardinalium, & similia: ergò, &c.

11 Decima: nam in Extrav. *Super cathedram, de sepult.* declaratur Regulares solùm censeri approbatos ad unam Diœcesim: ergò cùm non censeātur approbati pro aliâ, nequeunt ut tales eligi à privilegio requirēte approbationem.

12 Undecima: quia Sacra Congregatio apud Quarahta, & plures alios declaravit ad instantiam Archiepiscopi Valētini approbatum ab alio, quàm à Valentino Episcopo in Diœcesi Valentinâ, non censeri approbatum ab Ordinario; sed Bulla requirit approbatum ab Ordinario: ergò nequit eligere alium approbatum, quàm in eâdem Diœcesi.

13 Duodecima est P. Bardi *num.* 68. putātis Sacerdotē mutantem domicilium perdere approbationem, nec per Cruciatam eligi posse: nam Sacerdos mutans domicilium destruit fūdamentum, cui innitebatur approbatio sui Ordinarij, nempè subjectionem, secundùm quàm priùs manebat sub tali Ordinario: ergò acquirens novam subjectionem respectu Episcopi, in cujus Diœcesi figit domicilium, indiget novâ illius approbatione.

14 Decima-tertiâ est ejusdem, & Suarij: quia Parochus beneficium dimittens non est per Bullam eligibilis secundùm communiorem sententiam: ergò neque domicilium dimittens erit eligibilis per Bullam.

15 Decima-quarta est Cardinalis de Lugo *de pœnit. disp.* 21. *sect.* 2. *num.* 35. cùm à Pontifice per Cruciatam requiritur approbatio Ordinarij, debet intelligi Ordinarius secundùm materiam subjectam, scilicèt in ordine ad ministerium audiendi confessiones talium personarum; sed hæ, ut supponimus, sunt subditæ legibus Ordinarij loci: ergò solùm illis proderit, qui est ab eo approbatus: ergò licèt per Cruciatam illis concedâtur electio Confessarij approbati, censeri debet concessio de approbato à suo Ordinario.

16 Decima-quinta est P. Nog. *disp.* 14. *sect.* 3. nostram cōclusionem reputantis improbabilem,

bilem, poſt Conſtitutionem Clementis X. quia nullus Confeſſarius cenſetur ubique approbatus, ſi ab uno Epiſcopo approbetur: ergò hic non erit eligibilis à Cruciatâ requirente approbatum.

17 Decima-ſexta: Cruciata concedit privilegium eligendi Confeſſarium; ſed qui non habet juriſdictionem actualem, nequit appellari Confeſſor: ergò per Bullam nequit eligi, niſi qui actualitèr fuerit approbatus in loco juriſdictionis.

18 Decima-ſeptima: una pars diſpoſitionis ambigua, ab alia declaratur, ſivè antea, ſivè poſtea apponatur, ut eſt juris affatum; atquî quando in Cruciatâ conceditur privilegium ad Oratoria, declaratur requiſita approbatio Ordinarij loci: ergò ſimilitèr intelligēdum de electione Confeſſarij.

19 Decima-octava: eſt P. Fagund. *de 2. præcept. Eccl. lib. 7. cap. 12. num. 19.* noſtram concluſionem non tutam aſſerentis; primò ex uſu, & praxi Confeſſariorum, tam ſæcularium, quàm Regularium, qui mutantes domicilium, novam petunt approbationem ab Ordinario loci. Secūdò; quia ſequeretur poſſe Regulares, mutato domicilio, virtute ſuorum privilegiorum ſimilitèr audire confeſſiones, ſi eſſent ubique approbati, habent enim à Pontifice juriſdictionem, ſicut Cruciata; quod eſt contra motum Pij V. compellentis Regulares ad petēdam novam approbationem ab Ordinario Diœceſis, & nupèr contra Clem. X. Conſtitutionem ſuperiùs indigitatam.

20 Decima-nona eſt P. Layman. Tridentinum præcipit approbationem Epiſcoporum in plurali: ergò non cujuſcumque, ſed omnium, ubi fiat confeſſio, requiritur approbatio ad Cruciatæ electionem.

21 Verùm his non oſtantibus, ſententia affirmativa valdè probabilis eſt, & in praxi tutiſſima: illam defendunt Arauxo *deciſ. moral. tract. 1. quæſt. 8. ſect. 3. à num. 12.* Marchant. *tom. 1. tr. 2. tit. 6. quæſt. 3. & 4.* Paſqualig. *in praxi Jub. q. 182. num. 3. q. 183. num. 3. & q. 177. num. 3.* Valer. *verbo Abſolutio, diſſ. 11. num. 1.* Tamb. *de pœnit. lib. 5. cap. 5. §. 4. num. 26. & in meth. Conf. lib. 3. cap. 7. §. 3. num. 7. & de Bull. Cruciatæ cap. 11. §. 1. num. 8.* Ant. à Spir. Sanct. *direct. Confeſſ. tr. 5. de Sacram. Pœnit. diſp. 13. ſect. 6. n. 86.* Vivald. *in ſuo Candelabro aureo, tit. de Confeſſ. n. 22.* Maſcarenh. *de ſacrif. Miſſ. tr. 5. d. 5. cap. 5. n. 291. §. & confirmo*: Joan. à Cruce *de ſtat. Relig. lib. 2. cap. 6. dub. 5. concl. 2. §. 5.* Lumbier *ſum. moral. num. 1178. & in tract. prop. damn. §. 3. num. 44. fine*, Sylva *de Bulla Cruciat. art. 6. num. 14.* Araña *in ſum. verbo approbatio, pagin. 135.* Dian. coord. *tom. 4. tract. 3. reſol. 17. num. 2. & tract. 4. reſol. 1. &*

in

in sum. verbo confess. num. 20. Corella *confer. moral. p.* 2. *tr.* 7. *cons.* 10. *num.* 592. *& in pract. tr.* 10. *num.* 19. *& tr.* 17. *n.* 86. Filguera *sum. moral. tr.* 8. *cap.* 5. Baco *sum. del Decal. disp* 36. *cap.* 10. Delben. *de imm. & jurisdiction. Eccles. tom.* 1. *cap.* 14. *sect.* 13. *num.* 3. Pellisar. *man. Reg. tom.* 2. *tr.* 8. *cap.* 3. *n.* 19. *&* 40. Leander *de Sac. quæst. moral. tom.* 1. *tract.* 5. *disp.* 11. *q.* 70. Reginald. *praxi pœnit. lib.* 1. *cap.* 15. *quæst.* 4. *num.* 188. Philipp. à Cruc. *Thesor. de la Igles. tract.* 1. §. 11. *num.* 9. *&* §. 20. *num.* 1. Busemb. *lib.* 6. *tract.* 4. *cap.* 2. *dub.* 1. *n.* 2. & apud ipsum Author Cruc. *lib.* 8. *cap.* 1. *dub.* 14. *art.* 1. *n.* 7. Trullench *exposit. Bull. lib.* 1. §. 7. *cap.* 1. *dub.* 2. *num.* 7. hanc opinionem securissimam vocans; Galleg. *cap.* 9. *claus.* 9. *dub.* 102. Soar. Lusit. *de Pœnit. tr.* 6. *d.* 2. *num.* 185 Ramos *de Bull. cap.* 9. *num.* 7. Portel *verb. Confessoris approb. num.* 5. *& verb. Confess. præs. num.* 4. Palat. *in* 4. *dist.* 17. *concl.* 5. *vers. Præter hæc*, Soto *in* 4. *dist.* 18. *quæst.* 4. *art.* 3. *vers. His tamen*; Moya *tr.* 3. *disp.* 7. *quæst.* 2. *num.* 27. Bened. Per. sapiētissimus Magister meus; *Prompt. Theol. p.* 2. *tract.* 41. *sect.* 3. *quæst.* 1. *num.* 1416. valdè probabilem, & tutam sententiam vocans: Escobar *Theolog. mor. tom.* 1. *lib.* 7. *sect.* 2. *probl.* 23. Joan. Gom. doctissimus Magister meus *in tract. meâ manu scripto de cens. in gen. disput.* 7. *sect.* 3. *diff.* 3. §. 1. *dub.* 3. conclusionem ut certam proferēs quoad Regulares, Frāc. Dias, Academię Conimb. Cathedraticus; *in suis Scholijs manuscript. de Pœnit. num.* 184. Sebastian. de Sousa paritèr juris Pontificij professor in Universit. Colimbr. *in suo tract. manuscripto, de Pœnit. dub. ult. quæst.* 2. §. *Tu non obstantibus*: eam non rejicit Barb. *de pot. Episcopi alleg.* 25. *num.* 34. probabilem, & in praxi tutam vocat Mend. *de Bulla Cruc. d.* 22. *cap.* 4. *num.* 62. non improbabilem dicit Castro Palaus *de Bull. Cruciat. tract.* 24. *p.* 7. §. 1. *num.* 1. probabilem etiam appellat Torrecilla *in sum. tom.* 2. *tr.* 4. *disp.* 3. *cap.* 3. *num.* 9. *& cons. mor. tract.* 1. *cons.* 29. *num.* 93. *& tract.* 2. *cons.* 1. *concl.* 1. probabilem etiam autumat Abreu *de Paroch. lib.* 10. *cap.* 13. *num.* 330. non improbat Bonac. *de Sacram. d.* 5. *quæst.* 7. *p.* 4. *num.* 21. ut probabilem admitti posse pro Regularibus tenet Fragos. *tom.* 2. *lib.* 2. *d.* 7. *num.* 10. valdè probabilem, & tutam in praxi dicit Hurtad. *tr.* 12. *cap.* 1. *num.* 2041. probabilem etiam dicit Sanch. *de matrim. lib.* 8. *d.* 34. *n.* 16. valdè probabilem quoque existimat Ledesm. *de pœnit. cap.* 13. *dub.* 7. eam veram putat Joan. Sanch. *in select. d.* 44. *num.* 1. ei probabilitatem non negat Gobat. *tom.* 2. *tract.* 3. *cap.* 31. *quæst.* 8. *num.* 234. sicuti etiam Frass. *de Reg. Patron. tom.* 2. *cap.* 72. *n.* 39. ubi innumeros laudat AA. Villal. *tom.* 1. *tract.* 9. *diff.* 56. Filiuc. *tom.* 1. *tr.* 7. *cap.* 9. *num.* 261. Leād. de Murc. *quæst.* 8. Amicus *tom.* 8.

Digitized by Google

dis. 15. *sect.* 3. *num.* 119. Caspens. *de conf. d.* 3. *q.* 4. Suar. Granat. *tom.* 4. *d.* 28. *sect.* 8. *n.* 10. Quintanaduen. *de Jubil. pag.* 231. Bossius *de Jubil. sect.* 3. § 7. *num.* 215. Layman. *lib.* 5. *tract.* 6. *cap.* 11. *n.* 7. à Costa *quæst.* 38. Coninch. *de pœnit. disp.* 8. *dub.* 7. *num.* 53. Laur. Soar. *epit. Suar. verb. Confessor. quoad approb. num.* 18. Dicastill. *d.* 10. *dub.* 9. *num.* 286. Franc. de Jesu Maria *Curs. Theolog. mor. p.* 1. *tract.* 6. *cap.* 11. Sayr. *de pœnit. cap.* 22. Lesan. *conf.* 40. *num.* 68. Petr. à S. Josep. *in Id. Theol. sacr. lib.* 3. *cap.* 5. *ref.* 7. *not.* 3. & plures alij apud ipsos.

22 Probatur 1. quia ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, ut est vulgatum juris axioma apud Barb. *ax.* 136. *num.* 4. atquî Pontifex in Cruciata non distinguit, nec declarat, neque determinat, quisnam Ordinarius debeat approbationem concedere : ergò nec nos determinare debemus, sed à quocumque requirere approbationem ad privilegia Cruciatæ exercenda: ergò satis est quòd Cõfessarius electus, sit approbatus à quocumque Ordinario. Et confirmatur ex alio axiomate : quia lex si voluisset, expressisset ; atquî Pontifex non expressit in Cruciata Ordinarium loci : ergò non censetur illum voluisse.

23 Probatur 2. quia verba in privilegijs non debent esse superflua, ut tradunt Craveta *conf.* 84. *num.* 12. Rolãd. *conf.* 61. *n.* 17. *lib.* 3. Card. Tusc. *lit. S. concl.* 895. *num.* 15. *& lit. V. concl.* 85. *num.* 18; & alij communiter: atquî in Jub. Anni Sancti, cùm loquitur de approbatione Confessarij eligendi, additur ly *loci*, quod idem visitur in eodemmet corpore Cruciatæ, cùm de approbatione Oratorij sermo texitur : ergò ne in his, & similibus concessionibus dicatur illud *loci* superfluere, asserere cogimur in nostro casu, nullatenus intelligendum, sed ad quemlibet Ordinarium recurrendum. Et confirmatur : quia nova qualitas facit novam dispositionem, *L.* 1. *§. si quis simpliciter ff. de verb. sign. L. jus civile ff. de just. & jur. §. præterea, inst. de mut. stip. L. quib. § quidem Titio ff. de cond. & demonstr.* & tenent Cravet. Cephal. Menoch. Reginald. Azeved. Mantic. quos sequitur Castill. *quotid. tom.* 5. *cap.* 89. *num.* 171. Et è contra, ubi qualitas dispositionis deficit, deficit ipsa dispositio, *Gloss. V. avocãdum in L. Mancipia ff. de serv. fug. L.* 4. *§. toties ff. de damno infecto*, Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præs.* 15. *num.* 47. Gonçal. *ad reg.* 8. *Canc. glos.* 13. *num.* 100. & alij : atquî in dispositione Jubilæi Anni sancti, & Oratorij, Cruciatæ adjicitur nova qualitas per To *loci* significata ; & in dispositione Confessarij Cruciatæ deficit, & demitur : ergò diversæ censeri debent dispositiones : ergò non debet Cruciatæ Confessarius arctari ad approbatum ab Or-

ab Ordinario loci, alias esset eadem in utroque casu dispositio.

24 Probatur 3. quia approbatio est judicium authenticum de idoneitate personæ; sed hoc moraliter perseverat quandocumque, & ubicumque: ergò cùm hæc requiritur sine præfinitione, quamcumque satis esse dicendum erit: atquí Cruciata nõ determinat locũ: ergo in quocumq; detur approbatio, sufficiet ad eligibilitatem Cruciatæ.

25 Probatur 4. quia dispositio generalis, generaliter est intelligenda, ex Craveta *conf.* 133. *num.* 5. & 6. Tiraq. *in L. si unquam*, *Cod. de revoc. donat. in præf. num.* 119. Roman. *conf.* 379. sed dispositio Cruciatæ generaliter loquitur circa approbationem ab Ordinario expostulandam: ergò generaliter debet intelligi de quocumque.

26 Probatur 5. cum Cathedraticis, Dias, & Sousa citatis, qui hanc opinionem vocant in puncto juris veriorem, & sicut communem tenendam, testanturque decisam Salmanticæ à pluribus Theologis, & juris peritis. Verba concessionis (sic probant) debent intelligi secũdum propriam significationem, à qua nullatenus recedendum, *L. non aliter ff. de legat.* sed proprietas verborum Cruciatæ evincit, & patitur suprà traditam significationem secundum rectam communem locutionem: ergò sic debet interpretari ea cõcessio.

27 Probatur 6. quia hoc privilegium est favor animarum, qui est favor publicus, in quo juxta vulgares traditiones admittenda foret extensio, etiam contra verborum proprietatem, datâ ratione, *L. non possunt ff. de leg. reg. odia in 6.* ergò ea concessiõ solùm exprimens Ordinarium, ad quemcumque debet extendi.

28 Probatur 7. cum ijsdem Conimb. DD. quoniam in dubio concessionis verba debent intelligi sic, ut non maneat illusoria, & inutilis concessio, *L. unic. Cod. de thes. lib.* 10. *L. in causa* 17. *in princ. ff. de minor. cap. si super gratia 9. ad fin. de off. deleg. in 6.* Sanè, si dicamus non posse pœnitentẽ virtute Bullæ eligere Confessarium alias approbatum, quàm ab Ordinario loci, inutilis, & illusoria maneret talis indulgentia: ergò, &c. Probatur minor: quia extra eam indulgentiam pœnitens potest eligere Confessarium ab Ordinario loci approbatum, cui enim conceditur approbatio ab Ordinario loci, non negatur jurisdictio; atquí Cruciata primò concedit Confessario electo posse absolvere à peccatis non reservatis, ad quæ ab Ordinario loci approbatus habet jurisdictionem, licet insuper ad reservata eam extendat: ergò secundùm eam partem esset inutilis concessio. Minor hæc constabit perspicienti tenores privilegiorum; nam ideo in Jubilæo Anni

ſancti, in quo apponitur To *loci*, ſubticetur abſolutio (ad quam is Confeſſarius habet facultatem) peccatorum, & tranſgreſſionum mandatorum, & incipitur à facultate ad cenſuras quâvis causâ latas, & progreditur ad facultatem delictorum quantumvis enormium, etiam reſervatorum, ad quam talis Confeſſor juriſdictionem non habet: ergò ne ea ſuperfluitas, & inutilitas, à tantis Magiſtris conſiderata, admittatur, dicendum erit, per Bullam concedi facultatem cuilibet approbato, cui non ſoleat impendi juriſdictio, ut illi tribui poſſit, & applicari per ipſam Cruciatam. Et confirmatur: quia Pontifex per Bullam dat juriſdictionem, ut omnes faſſi ſunt: ergò ſufficit approbatio, licèt juriſdictione carens: ergò quæcumque. Vide Paſchalig. *q.* 183. *n.* 5.

29 Probatur 8. cum Paſchalig. *cit. q.* 182. *num.* 3. quia intentio Pontificis, & Trident. fuit cavêre, ne in arbitrio pœnitentis maneret eligere Confeſſarium, ne contingeret eligi minus idoneus, & forſan imperitus; ſed huic malo occurritur, cùm eligitur aliàs approbatus, & ubi ratio, ob quam requiritur conditio approbationis, habet locum in approbato à quocumque Ordinario, habet locum etiam diſpoſitio, *L. illud. ff. ad leg. Aquil. & L. à Titio ff. de furtis, & L. Nauta*, §. *fin. ff. Nauta, Caupon.* ut eſt vulgatum axioma, de quo Barboſ. *axiom.* 222. *à num.* 1. ergò, &c.

30 Probatur 9. cum eôdem *num.* 5. nam nomine ſui Ordinarij venit tam Ordinarius domicilij, quàm originis, & beneficij, ut conſtat ex *cap. Nullus, de tēp. Ord. in* 6. *& Trid. ſeſſ.* 23. *cap.* 8. *de reform*, ubi ſtatuitur, quòd nemo ordinetur, niſi à ſuo Epiſcopo, vel cum literis teſtimonialibus ſui Ordinarij; rurſus non ſolùm Ordinarius domicilij, ſed etiam originis, & beneficij poteſt ordinare, & concedere dimiſſorias, ut tradunt cōmunitèr DD. quos citat Barb. *ad dict. cap.* 8. *n.* 15. *ſeſſ.* 23. *Trid.* & latè Cāpanil. *in diverſ. jur. rub.* 9. *cap.* 8. *à n.* 8. ergò cùm in Cruciata requiratur approbatio Ordinarij, ſufficiet cujuſcumque, ex ſupradictis.

31 Probatur 10. quoniam Cruciatæ juriſdictio eſt Pontificis juriſdictio, qui eſt Paſtor totius terrarum Orbis ſuper omnes Ordinarios, & poteſt ſibi adſciſcere operarios, & coadjutores cum conditionibus ſibi benè viſis, qualis eſt qualitas approbationis requiſita in Cruciatæ privilegio, ut ſibi conſtet de idoneitate Confeſſarij per perſonam ſibi fidedignam; atquì per Cruciatam electis ſolùm apponit Pōtifex conditionem approbationis abſolutè, & omnes Ordinarij reſpectu Pontificis ſunt paritèr fidedigni: ergò cujuſque approbatione præſuppoſitâ, viget juriſdictio Pontificia Cruciatæ.

32 Probatur 11. cum Tamb. *num.*

num. 14. siquidem idcircò per Tridentinum requiritur approbatio Ordinarij loci ; quia licèt non exprimat ly *loci* perindè atque Cruciata, attamen per alias circũstantias satis determinatur ; dirigitur enim id decretum ad Confessarios ; ne possint audire confessiones, quin ab Ordinarijs obtineant approbationem ; atquì approbationem præstare est sententiam ferre ; & jus dicere ; quod nullus extra Diœcesim facere potest, *arg. L. ult. ff. de jurisd. Ord. & cap. ult. de constit. in* 6. in Bulla autem Cruciatæ dirigitur privilegium ad fideles, qui possint eligere ex approbatis ; ad quod non requiritur sententia ferenda, sed sufficit jam alibi lata ; ergò clarè innuitur concessionis diversitas, tametsi Ordinarius loci in utroque non exprimatur.

33 Probatur 12. cum Paschalig. *cit. quæst.* 183. *num.* 3. nam approbatio Confessarij est personalis, cùm sit declaratio idoneitatis, & sufficientiæ, quæ est in persona, & collatio juris, quo debet approbatus haberi pro idoneo ; & se ut talem gerere : quæ autem sunt personalia sequuntur personam, *L. in omnibus ff. de reg. jur. & cap. Privilegium, de reg. jur. in* 6. Ergò mutatio domicilij non tollit, nec suspendit approbationem. Et confirmatur : quippe Cruciata ad Oratoria exprimit Ordinarium loci, quia est privilegium locale, & in locum solus ejus Prælatus, ut falsi sumus, jus dicere potest ; ad Confessarios autem eam determinationem non exprimit, quia est privilegium personale, quod loco non adstringitur, potest enim persona Confessarij alio transmigrare, quod locus Oratorij facere nequit : ergò signatè voluit Pontifex requirere ad Oratoria approbationem Ordinarij loci, ad Confessarios autem quamcumque.

34 Probatur 13. cum Reginald. graduatus in unâ Academiâ ubique ut talis habetur ad dignitates assequendas, quia ubique dominantur Rex, & Pontifex, qui sic promotum concedunt honorari : & è contra excommunicatus in uno Episcopatu ubique vitari debet, & arceri, quia ubique jura eum vitari, & arceri præcipiunt, quia Pontifex ea disponens ubique superior est : ergò similiter approbatus in uno territorio, ubique approbatus censeri debet, quibus Pontifex indulgeat approbatum eligere ; quia ubique Pontifex est Pastor, & Superior. Respondet P. Bardi ea decreta de Doctoratu ; & similibus, non determinari ad locum ; maximè verò sententiam approbationis, quæ in unoquoque Episcopatu diversa requiritur à jure. Sed contrà : quia licèt hoc requirâtur ad jurisdictionem ab Episcopo obtinendam, non est cur postuletur ad Cruciatæ facultatem assequẽ-

dam, in qua nulla invenîtur expreſſio. Urget ideo jus appoſuiſſe eam determinationem, ut Ordinarijs conſtaret de idoneitate ad munus tam ſecretum, cujus errores non facilè detegũtur. Sed reſpondeo hoc ſatis ſuperque eis patefieri per approbationem ab alio factam authẽticè, & in ſcriptis oſtendendam.

35 Probatur 14. ex pluribus declarationibus Sacræ Congregationis adductis à Soar. Lugone, Frag. & alijs, in quibus declaratur Cruciatam ſolùm requirere approbationem ab Ordinario Confeſſoris ſine alia expreſſione.

36 Probatur 15. cum Gallego privativè quoad Regulares, quibus cum lis præſens eſt: quia Bulla Cruciatæ requirit in Regularibus unam tantummodò approbationem per particulam, *& quo ad Regulares ſemèl tantùm*, quæ vel poteſt intelligi ſemèl in uno loco, vel ſemèl quoctumque in loco; atquî ubivis præſtetur, ſemper verum eſt dicere fuiſſe Confeſſarium ſemèl approbatũ, ea enim particula non determinat locum, aut tempus: ergo cujuſcumque Ordinarij approbatio ſatis eſt ad exercitium Cruciatæ.

Solvuntur fundamenta contraria.

37 Ad primum fundamentum adverſæ ſententiæ dicẽdum eſt. Clem. X. in ſuâ Conſtitutione ſolùm declaraſſe Tridentinũ, & privilegia Regularium, quæ favêre poterant eorum exemptioni ab approbatione requirẽda ab Ordinario loci; nam cùm habeant etiam juriſdictionem à Pontifice, paritèr prætendebant ſibi qualemcumque approbationem ſatis fore, cùm eorum privilegia generalitèr quoque loquerentur, & propter jurgia inter eos, & Epiſcopos quotidiè exorta, voluit Pontifex occurrere, ſignando modum requiſitæ approbationis. Verba ſunt Clementis: *Innotuit Nobis dubitationes nonnullas circa benedictionem, licentiam, contradictionem, examen, & approbationem ejuſmodi in aliquibus Diœceſibus excitatas fuiſſe, ex quibus controverſiæ, & diſſenſiones permultæ in diem ſubſequi poſſent occaſione* privilegiorum, *quæ per Sedem Apoſtolicam* Religioſis Ordinibus *cõceſſa fuerunt. Nos attendentes, &c.* Et ſic per hanc declarationem jam non habet locum opinio graviſſimorum DD. aſſerentium, Regularibus ſufficere approbationem cujuſcumque Ordinarij: at verò per Bullam Cruciatæ datur privilegium fidelibus, non autem Regularibus, de quo nullatenùs fit mentio in ea Clemẽtina Conſtitutione, ſed ſolummodò de Regularium facultate: ad quod vide etiam epigraphen à Cherubino poſitam in allato diplomate, quam etiam invenies initio pri-

Digitized by Google

primi tomi Bonacinæ nuperrimæ exeuſſionis, ibi: *Conſtitutio, in qua* Regularium privilegia, *quo ad prædicationem verbi Dei, & Sacramẽti Pœnitentiæ adminiſtrationem declarantur*. Unde licèt ad hoc per clauſulas illas ſtrictiſſimas cenſerẽtur revocata Cruciata, ſolùm ſequerètur Regularem Cruciatam obtinentem nullatenùs poſſe conſciẽtias expiare citrà Diœceſani approbationem; non autem inferretur non poſſe fideles Cruciatam ſibi comparantes, eum ſibi in Confeſſariũ eligere, quæ ſunt valdè diverſæ. Vide Tambor. *cit. n.* 18. Torrecilla *num.* 11. Sylva *art.* 7. *num.* 5. Fragoſ. & alios.

38 Confirmatur ex diplomatibus Gregor. IX. Urban. VIII. quorum tenores adducit Cõmiſſarius Generalis D. Antonius Maſcarenhas in relatione à ſe factâ Urban. VIII. de dubijs eo, tẽpore emergentibus cum Collectore Joanne Baptiſta Palloto ex quibus conſtat, Pontifices declaraſſe nunquam intendiſſe per ſuas Conſtitutiones privilegia Cruciatæ ullatenùs infringere, ibi: *Eâ voluntate nunquam fuimus, ut indulgentiæ, facultates, conceſſiones, & indulta quæcumque intuitu dictæ expeditionis in infideles conceſſa, & Cruciata, ut dicitur, impedirentur, aut revocarẽtur, &c.* Quòd ſi aliquod dubiũ excitetur, poteſt Commiſſarius declarare, habet enim poteſtatem à Leone X. interpretandi Cruciatæ privilegia; & à Clem. VIII. Paulo V. Gregor. XIV. Innoc. XI. & alijs Pontificibus, faciẽdi quidquid opportunius videbitur ad executionem Cruciatæ. Unde etiam poſt hujus Clementinæ Bullæ expeditionem, noſtram concluſionem tradiderunt Ant. à Spir. Sanct. Lumbier, Sylva, Corella, Tambor. Torrecilla, Delbene, Moya, Bened. Per. Joan. Gomes, & alij cit.

39 Ad ſecundum reſpõdeo, per eas Cardinalium declarationes nil ſtatui contra concluſionẽ; nam licèt Cruciata nihil indulgeat Regularibus, indulget maximè fidelibus, ut diximus: undè ſi Regularis audiret fidelem non habentem Cruciatam abſque Diœceſani approbatione, meritò Ordinarius illum arcere deberet. Neque hinc ſequitur, illuſoriam manſiſſe Conſtitutionem Clem. X. nec ſupradictas declarationes; ea enim fuit expedita pro toto Orbe, & declarationes pro locis Cruciatæ ad Regulares tantùm; Pontifices autem in generalibus legibus non ſibi ligant manus ad privata privilegia impartienda, præſertim pro propagatione Chriſtianæ Religionis: & potiùs, cùm ea Conſtitutio fuerit expedita anno 1670. & ultima declaratio anno 1675. Cruciata verò quotannis publicetur ſine nova declaratione, vel determinatione, cùm Pontifex eam contentionem non difficultèr præcludere potuiſſet per addi-

ditionem ly *loci*, in concessione Cruciatæ. Et similiter respondendum cum Bardi *tract. 5 cap. 1. sect. 4. num. 59.* ad decretum Urban. VIII. quò conceditur facultas Episcopo Giennensi, ut compellat Regulares, ne audiant confessiones absque expressâ licentiâ Episcopi. Vide Tamb. & alios suprà citatos.

40 Instabis: tam Paulus V. quàm Sacra Cõgregatio in suis declarationibus præbent assensum petitioni Archiepiscopi, & satis annuunt prohibitioni petitæ de fidelibus non electuris Regulares virtute Cruciatæ, siquidem concessio explicatur per supplicationem, quando aliud non exprimitur, ex *L. si preces, de leg. cap. Inter dilectos, §. cæterùm, de fide instrumentorum*, & cõmuni DD. Respõdeo (petitâ attentione ad verba declarationis ultimæ adductæ à P. Carden.) quòd licèt ea declaratio referat opinionem nostram, & illius praxim, per quam indirectè illuditur dispositio Clem. X. cùm tamen recẽset Archiepiscopi supplicationem, duo adducit petita, & quòd Cruciata nil possit suffragari Confessarijs, & quòd nostra opinio habeatur pro antiquata: sed respõdens Sacra Cõgregatio solùm refertur ad pristinam declarationem à Paulo V. expeditam, in qua nil agitur de electione fidelium, nec de Confessarijs sæcularibus; & repetens declarationem (adverte) solũmodò exprimit Regulares non posse audire confessiones sine licentiâ Episcopi, neque contra hoc facere Cruciatam. Vides quomodo Congregatio noluit annuere petitis, cùm facilè posset declarare (ut solet) negativè, vel affirmativè, vel declarando illam opinionem, ut antiquatam? Neque Archiepiscopus petivit, nisi prohibitionem Regularibus absque licentiâ Ordinarij confessiones audientibus: undè frustrà à P. Carden. extenditur ea declaratio ad electionem fidelium: immò potiùs nobis validissimum suggerit fundamentũ, nam omittens Congregatio eam expressionem, nostram opinionem tacitè videtur approbasse, cùm taciti, & expressi idem sit judicium, *L. cum quid, ff. si certũ petatur.* Et clarè colligitur noluisse Sacram Congregationem de Cruciatæ privilegijs aliquid judicare, sed solùm de privilegijs Regularium, cùm omisso medio declarationis Commissarij ad id habentis facultatem in Regnis Hispaniarum, nil de Cruciata dispositura esset, ipso inaudito, præsertìm cùm ab Urb. VIII. anno 1625. in diplomate adducto à Commissario D. Ant. Mascar. ablata sit facultas alitèr interpretandi quibuscumque Ordinarijs judicibus, vel delegatis, & causarum Palatij Apostolici Auditoribus, nec non S. R. E. Cardinalibus in quacumque instantiâ, ut videre est apud ipsum.

41 Ad

41 Ad tertium reſpondeo cum Tābor. *cit. num.* 25. diſtinguendo maiorem: Pontifex profitetur ſe conformare diſpoſitioni Trid. in ſubſtantia approbationis, ut ſcilicèt idoneus Confeſſarius judicetur ab Ordinario, concedo maiorem; in alijs, præſertim in multiplici approbatione, nego maiorem; nam quando in hoc vult conformari, apponit ly *loci*, ut in Jubilæo Anni Sancti, ſi enim illud voluiſſèt, expreſſiſſet, ut diximus.

42 Ad quartum dicendum in allegatis textibus ſatis determinari decreta ad Ordinarios loci, ex circunſtantijs inibi expreſſis, materiâ ſubjectâ, & alijs conjecturis, ut ex illorum tenoribus videri poteſt, quæ in noſtris terminis ad effectū, de quo agimus, non reperiuntur.

43 Ad quintum dico ad validitatem Sacramenti ſufficere, quòd idoneus eligatur, licet ad melius eſſe; magis idoneus requiratur; neque Trid. amplius quàm idoneitatem in Confeſſarijs requirit: nec Bullæ privilegium vetat, ubi laxiùs de idoneitate judicatur, ne gravioribus delictis gravatus peritiores conſulat Confeſſarios, eosque diligentiùs quærat, quod reſpectivè de omnibus locis fateri tenemur; immò ad id fideles obligamur, cùm ad omnes regulas idoneitatis generales præfigi non valeat; nam ea diverſitas per accidens ſe habet reſpectu Cruciatę (ut tradit Gomes citatus) nam hæc, facultatem abſolutè concedit Cōfeſſario, cujus conſcientiæ remittit eam novitatem, cùm ſupponat eum idoneum per unam approbationem ad caſus ſui territorij; ut poſſit conſulere cujuſque Conſtitutiones, ſicut approbatus interrogatus de aliquibus judicatur idoneus ad alia forſan graviora. Alijs incommodis recenſitis, ſatis occurritur per dimiſſorias, quas Sacerdotes ſecum ferre præcipiuntur Ordinario loci præſentandas. Vide Paſchalig. *q.* 182. *n.* 7.

44 Ad ſextum: Summus Pontifex, cùm ſit omnium fidelium proprius Sacerdos, & Paſtor, & cum inferioribus concurrat, jureque ſuo utatur, nulli dicitur injuriam facere, concedendo licentiam eligendi Confeſſarium alias approbatum: & ſic licèt Parochus ſit immediatus miniſter Sacramentorum, ei non facit injuriam Epiſcopus alijs, quàm ab ipſo deputatis licētiam concedens, ut eâ poſſit miniſtrare, ut praxis teſtatur.

45 Ad ſeptimum, nego minorem; Epiſcopus enim approbans, in ſuo Epiſcopatu judicat; quando autem ſic approbatus eligitur, nullam fert ille Epiſcopus ſententiam, ſed ea approbatio eſt conditio dumtaxàt requiſita à Pontifice ubique dominante ad eam Cruciatæ electionem; & ſolùm Epiſcopus jus diceret extra territorium, cùm reſidentē Sa-

Sacerdotem in alio Episcopatu approbaret, ut ibi eligerêtur à Cruciata, quod neutiquàm audemus affirmare.

46 Ad octavum nego consequentiam: diversitas est; quia approbatio requisita ad Regulares per sua privilegia confessiones sæcularium audituros, determinata fuit à plurimis Pontificibus, & supremò à Clem. X. ad approbationem abOrdinario loci obtinendam, quæ tamen restrictio nunquam invenîtur facta ad privilegium Cruciatæ, sed quotannis promulgatur citrà ullã præfinitionẽ, immò invenîtur cauta ab omni prohibitione, ut superiùs diximus *n.* 40 *p.* 452.

47 Ad nonum jam suprà asserúimus pro nobis esse mentem Pontificis, qui si aliud voluisset, cùm ita faciat, cùm velit, ut in Jubilæo Anni sancti, & in privilegio ejusdem Cruciatæ ad Oratoria; & similitèr diximus nõ esse contra dispositionem Trid. in substantiâ approbationis, tametsi adversetur circunstantijs, quas Pontifex non expressit in nostro privilegio, quas si voluisset, expressisset: nec identidem adversantur declarationes Cardinalium, quæ satis manent explicatæ *n.* 39. & 40. *p.* 451. & 452.

48 Ad decimum distinguo antecedens: declaratur censeri approbatos ad unam Diœcesim tantùm, ut ipsi jurisdictionem exerceant non electi, concedo antecedens; si eligantur à potẽte eligere absolutè approbatum, nego antecedens; & distinguo consequens: nequeunt eligi à privilegio habẽte eam determinationem, concedo consequentiam; a non habente, quale est privilegium Cruciatæ, nego consequentiam: unde patet lata distinctio, quæ datur inter jurisdictionem Regularium, & Cruciatæ jurisdictionem; nam jurisdictio Regularium est limitata per dictam Extravagantem, & alias Pontificum Constitutiones ad approbationem Diœcesanam, non ita verò jurisdictio Cruciatæ.

49 Ad undecimũ distinguo maiorem cum Torrecilla, Tambor. & alijs: Congregatio declaravit non censeri approbatum talitèr ad recipiendam jurisdictionem ex vi illius approbationis, concedo maiorem; ut eam compâret à Pontifice sic disponẽte per Cruciatam, nego maiorem.

50 Ad duodecimum distinguo antecedens: destruit fundamentum, quo innitebatur approbatio Ordinarij, hoc est, propter quod ab Ordinario fuit primũ judicata, concedo antecedẽs; propter quod à Pontifice requirebatur in Cruciata, nego antecedẽs; nam licèt ut Sacerdos approbetur, requiratur subjectio approbanti; ut tamen eligatur, sufficit subjectio jurisdictionem concedenti, quæ ubivis conservatur; Pontifex enim, qui talem appro-

Digitized by Google

approbationem per Cruciatam requirit, ubique dominatur.

51 Ad decimum-tertium, dato antecedente, nego consequentiam : disparitas est ; quia Trident. solùm judicat approbatum Parochum, quia Parochus est, ut ex eo decreto constat: ergò licèt Parochus sit eligibilis ubique, dùm retinet Parochiam, quia pro tunc est à jure approbatus, & à Pontifice, qui verè Ordinarius est Ordinariorum ; cùm eam dimittat, non erit ut talis, eligibilis, quia non illi est, unde judicetur approbatus, respectu enim sæcularium non apponitur in Cruciata ly *semèl*, secundùm quod verificetur approbatio ; âliàs diceretur de Parocho Regulari. At verò quãdo Sacerdos mutat domicilium, retinet judicium Ordinarij datũ in approbatione sine temporis præfinitione ; quod solùm Trid. requirit ad approbationem ab Ordinario loci obtinendam ; & cùm non amplius desideretur à Cruciatâ ; immò quoad Regulares placeat unica approbatio ; dicendum est adhuc manêre eligibilem. Dixi, dato antecedente; quia Parochus etiam post Parochiæ dimissionem, secũdùm probabilem sententiam, adhuc conservat approbationem, licèt non jurisdictionem ; cùm autem sola requiratur approbatio per Cruciatam, adhuc potest dici eligibilis, de quo fortasse infrà rursus.

52 Nec dicas admittens primam sententiam æquè deferri approbationem per dimissionẽ Parochiæ, atque per subjectionis dimissionem, idoneitas enim pariter perseverat in utroque casu, quæ est approbationis fundamẽtum. Respondeo enim in ijs, quæ dependent à juris dispositione, non attendi ad dispositionis rationem ; sed ad illius tenorem, per quem dispositis voluntas demonstratur : cùm autem jus solùm det pro approbato Parochum, quia Parochus est, dimissâ Parochiâ, perijt dispositio, nam cessante conditione, cessat & dispositio, secundum juris regulas. At verò ad approbationem simplicis Sacerdotis solùm requiritur à jure Ordinarij judicium sine ullâ conditione : ergò non est, cur illius approbatio figatur domicilio. Deinde, quia Cruciata requirit tanquam conditionẽ præfinitionem temporis, non autem loci.

53 Ad decimum-quartum distinguo primum consequens : solùm illis proderit ; quod est ab illo approbatum in ordine ad observandas ejus leges, concedo consequentiam ; in ordine ad sibi vẽdicandam jurisdictionem à Pontifice datam, qui ipsius Ordinarij superior est ; nego consequentiam : unde nego ultimum consequentiam ; cùm enim concessio fit à superiore facta, non debet explicari per leges inferioris, nisi ejus verba præfinitionem

nem patiantur, & ab ipso determinentur.

54 Ad decimum-quintum distinguo antecedēs: nullus Cōfessarius censetur approbatus ubiq; approbatione jurisdictionem comitante, concedo antecedens: non censetur approbatus, ut ab habente jurisdictionem sine limitatione datam eligi possit, nego antecedens.

55 Ad decimum-sextum nego minorem cum Soto *suprà citato*; nam cùm eligitur Episcopus, vel Parochus, non eligitur, qui jam est Episcopus, vel Parochus, sed ut sit Episcopus, vel Parochus: ergò similitèr quando per Cruciatam eligitur Confessarius, non eligitur Confessarius jurisdictione præditus, sed ut ei tribuatur jurisdictio per Cruciatam.

56 Ad decimum-septimum distinguo antecedens: una pars declaratur per aliam, si cum illâ habeat aliquā connexionē, vel in utrâque detur eadem ratio, trāseat antecedens; si tales partes nullum ordinem, connexionem, vel respectum inter se servent, vel rationem, quæ à disponente satis declaretur, nego antecedēs: undè cùm nulla detur connexio, sed magna disparitas inter dispositionem Confessarij, & Oratorij dispositionem, diversimodè debēt intelligi secundùm uniuscujusque expressionem; nam ad Oratorium, cùm locus sit immutabilis, locum respicit dispositio, & loci Ordinarium, qui ibi jurisdictionem dumtaxàt exercêre potest: at verò Confessarius potest mutare domicilium, & à quocumque judicari, vel haberi approbatus, ubicumque cōmoretur: ergò si Pontifex mutationem domicilij reprobare vellet, exprimeret, juxta juris regulas, si voluisset, &c. Vide quæ in simili Castillo *controv. tom.* 4. *lib.*4. *cap.*50. *à n.*23.

57 Ad decimum-octavum, usus, & praxis allegata solùm dirigitur ad accipiendam ab Ordinario jurisdictionem in sæcularibus, & in Regularibus propter inhibitionem Pij V. & Clem. X. jam insinuatam; non verò quia non possint eligi à Cruciatâ; immò nimis hodie contrarium practicatur. De jurisdictione Regularium ex proprijs privilegijs diximus suprà satis *n.* 48. *p.*454. & alibi.

58 Ad ultimum respondeo primò cum Ludovico à Cruce *disp.* 1. *cap.*2. *dub.*15. *num.*11. Cōcilium non loqui in plurali, eò quòd requirat omnium approbationem, sed alicujus ex illis, qui superior fuerit in loco confessionis, aliàs esset necessaria approbatio omnium simul, quod non est dicendum: undè sumitur ibi locutio Trid. disjunctivè, non collectivè, hoc est, ab aliquo, sivè hoc, sivè illo. Respōdeo secundò, distinguendo consequens: non cujuscumque, ut Confessarij sæculares possint sibi ven-

vendicare jurisdictionem, ut sæpiùs declaravit Sacra Congregatio; & ut Regulares possint uti suâ jurisdictione sibi à Pontificibus cõcessâ, ut declaravit Clem. X. & alij Pontifices, concedo consequentiam: ut fideles possint eligere approbatos per Cruciatam, nego consequentiam. An verò satis sit approbatio limitata, vel requirâtur indefinita, consule sequentem Exploration-em.

EXPLORATIO SECUNDA.

An mortuo Episcopo approbante, valeant ab eo approbati per Cruciatam in eâdem Diœcesi eligi in Confessarios?

ADvertendum est, diversimodè posse Confessarios esse approbatos, vel generaliter, sine præfinitione temporis, loci, vel personarum; vel specialiter pro aliquo determinato tempore, loco, vel personarum genere: de singulis divisim agendum.

Quid de approbatis in eâdem Diœcesi sine præfinitione temporis?

SUMMARIUM.

59 *Approbatio est revocabilis.*
60 *Approbatio durat usque ad justam revocationem.*
61 *Etiam mortuo Episcopo approbante.*
62 *Regulares indefinitè approbati, nequeunt ad novum examen vocari ab eodem Episcopo.*
63 *Confessarij etiam mortuo Episcopo approbãte possunt eligi per Cruciatam, non revocata approbatione.*
64 *Sæculares pro limitato tempore approbati, eo finito, ex hoc præcisè non sunt eligibiles.*
65 *Aliud dicendum de Regularibus, & n. 66.*
67 *Semèl approbatus retrotrahitur ad tempus præteritum.*
68 *De Parochi eligibilitate post dimissam Parochiam, & n. 69.*
70 *In Parocho etiam præsupponitur Ordinarij approbatio.*
71 *Pro determinato loco approbatus à pluribus rejicitur in electione Cruciatæ.*
72 *Oppositum est valdè probabile.*
73 *Accidentaliter evenientia, non mutant rei substantiam.*
74 *Approbatus pro certis personis à multis respuitur.*
75 *Contrarium defenditur, ut valdè probabile.*
76 *Idoneus ad Regularium confessiones judicatur non excommunicatus, & non suspensus.*

Digitized by Google

77 *Dictio* ſeu *ſumitur expoſitivè.*
78 *Sub generali conceſſione non cõprehenduntur eæ, de quibus eſt ſpecialitèr proviſum.*
Generi per ſpeciem derogatur. Ibid.
Dictio etiam *ſtat augmentativè.* Ibid.
79 *Privilegium Cruciatæ extendi debet, & n.* 80.
80 *Ad ea potiùs debet aptari jus, quæ frequentèr accidunt.*

59 LIcèt nonnulli apud Fagund. *de 2. Præcept. Eccl. lib. 7. cap. 2. num.* 61. aſſeránt, approbationem eſſe irrevocabilẽ, quia eſt ſententia de idoneitate perſonæ, quæ tranſit in rem judicatam; nihiloſeciùs probabilior ſententia defendit eſſe cum causâ revocabilem, *arg. cap. Accepimus, de qual. & æt. Ord.* quia ſemper profertur dependenter à ſcientiâ, & moribus Sacerdotũ, quæ mutari poſſunt: ad quæſitũ igitur.

60 Dico 1. approbatio indefinita in ſæcularibus durat ſolùm uſque ad juſtam revocationem, etiam ab eodem Epiſcopo. Eſt reſolutio communis. Probatur: quia approbatio eſt teſtificatio ab Epiſcopo data cum conditione ſuprà dictâ: ergò poteſt ab ipſo revocari, ſi fallat conditio.

61 Dico 2. approbatio non revocata ab eodem Epiſcopo durat etiam ipſo mortuo, uſquequò à ſucceſſore juſtè revocetur. Ita Barb. *ad Conc. ſeſſ. 23. cap. 15. num.* 38. Julius Caponius *diſcept.* 113. *num.* 42. Anton. à Spir. Sanct. *de pœnit. tract. 5. d.* 13. *ſect.* 10. *num.* 1. Dicaſtillo *diſp.* 10. *n.* 291. Fermoſ. *ad rub. & tit. de æt. & qual. Ord. q. 2. num.* 42. Palaus *tract.* 3. *diſp. 4. p.* 16. §. 4. *num.* 3. & alij apud ipſos. Ratio eſt: quia vel approbatio datur ſine juriſdictione, & tunc cùm ſit actus juſtitiæ durat uſque ad revocationem, tranſit enim (ut diximus) in rem judicatam cum ea conditione; vel datur cum juriſdictione, & tunc eſt gratia facta, quæ non perit morte concedentis. Palaus *tract.* 3. *d.* 4. *p.* 16. §. 4. *n.* 1.

62 Dico 3. Regulares non poſſunt vocari ad examen ab eodem Epiſcopo ſine causâ, maximè verò ab ejus ſucceſſore, præciſo Bullæ privilegio, ſi approbati fuerint indefinitè. Ita poſt alios ſtatuit Clem. X. in ſua Conſtitutione *Superna.*

63 Dico 4. Regulares, & ſeculares ſic approbati, quibus non revocata eſt approbatio, poſſunt eligi à Cruciata, etiam mortuo Epiſcopo approbante. Eſt communis. Ratio eſt: quia approbatio (ut diximus) durat etiam mortuo Epiſcopo: ergò ſic approbati habent omnia requiſita, ut eligantur per Cruciatam. Præterea approbati in quacumque Diœceſi ſunt ubiq; per Bullam eligibiles, ut diximus per totam primam Explorationem:

ergò

ergò potiori jure in eâdem Diœceſi, etſi mortuo primo approbante.

Quid de approbatis pro limitato tempore?

64 Non poteſt mihi probari plurimorum ſententia, quam ſequuntur à Coſta, Delbene, Ant. à Spir. Sanct. Dian. & alij aſſerentes pro determinato tempore approbatum etiam ſæcularem poſſe elapſo tempore eligi per Bullam. Ratio eſt: quia Bulla excipit Regulares, *& quoad Regulares ſemèl tantùm*; ſed exceptio firmat regulam in cõtrarium, ut eſt trita juris regula: ergò ad ſeculares requiritur actualis approbatio.

65 Quoad Regulares, plures tenent etiam negativam ſententiam; quia dictio *approbatus* non indicat participium præteriti temporis, ſed præſentis, quaſi ſit nomen concretum requirẽs formam approbationis actu exiſtentem ſaltem moraliter; atquì approbatio, elapſo tempore, jam actu non verificatur: ergò ſic approbatus non eſt per Bullam eligibilis.

66 Attamen probabilior videtur reſolutio affirmativa. Ita Delbene *tom.* 1. *de imm. cap.* 14. *dub.* 18. *ſect.* 13. *num.* 2. Anton. à Spir. Sanct. *tract.* 5. *d.* 13. *ſect.* 20. Joan. Gom. *in ſuis manuſcript. de cenſur. diſp.* 7. *ſect.* 4. *diff.* 3. *dub.* 2. Gallego *cit. verſ. la ſegunda manera*, à Coſta *quæſt.* 39. *in fin.* Sylva *art.* 7. *num.* 3. Pellizar. *tract.* 8. *cap.* 3. *num.* 30. Palaus *de Cruciat. p.* 7. §. 1. *num.* 3. & alij. Ratio eſt: quia Cruciata ſolùm poſtulat unicam approbationem in Regularibus per To *ſemèl*, ut infrà fuſiùs dicêmus; atquì approbatus pro tempore determinato verè dicitur fuiſſe aliquando approbatus: ergò de illo verificatur, quod expoſcit Cruciata, proindeque per illam eligibilis eſt etiam poſt mortem approbantis, ſemper enim identidèm approbatio verificatur.

67 Unde ad fundamentum contrarium diſtinguitur maior: approbatus abſolutè, & ſimpliciter non indicat præteritum tẽpus tantùm, concedo maiorem; approbatus, addito ly *ſemèl*, nego maiorem; quia non eſt negandum, Pontificem in Cruciatâ velle exceptos Regulares ad unam vicem, cùm autem non exprimat, an ſit eodem loco, aut tempore, aut ſub eodem Epiſcopo, vel ſub diverſis, generaliter, & indiſtinctè etiam debet intelligi exceptio, ſi enim aliud Pontifex voluiſſet, expreſſiſſet, præſertim cùm agatur de favore animarum, ubi conceſſio eſt extendenda etiam ultrà verborum proprietatem, ut diximus *num.* 27. *p.* 447.

68 Quid autem dicendum de Parocho, dimiſsâ Parochiâ? Plures cum communi ſententiâ negant eſſe eligibilem; quia Con-

cilium ſolùm judicat approbatum, qui ab Ordinario talis judicatur, vel Parochiam obtinet; ſed in Parocho dimittente Parochiam nullatenùs hoc verificatur: ergò non eſt eligibilis.

69 Verùm in ſæcularibus, à quibus defectu ſcientiæ, & juſtâ reprobatione, aufertur Parochi munus, conſtat amitti approbationē paritèr ac in reliquis juſtè reprobatis, quidquid aliqui cōtrà ſentiant. Si autē Parochijs renuntiaverint, mihi vidētur valdè probabile manêre eligibiles. Ita ſentiunt Diana coord. *tom.* 4. *tr.* 3. *reſ.* 19. *& in ſum. verb. Confeſſarius, num.* 20. Auct. Cruciatæ apud Buſemb. *cap.* 1. *dub.* 13. *num.* 2. *&* 8. Mend. *d.* 22. *cap.* 2. *num.* 34. Leand. *de SS. d.* 11. *q.* 65. Paſqual. *quæſt.* 185. *num.* 3. Torrecilla *in ſum. tom.* 2. *tract.* 4. *d.* 3. *cap.* 3. *num.* 1. & alij. Ratio eſt: quia approbatio eſt judicium de idoneitate perſonæ; ſed hoc non perit per dimiſſionē Parochiæ, ut patet: ergò nèq; approbatio: ergò manet requiſitum ad electionē Cruciatę. Idē potiori jure dicêtur de Parocho Regulari propter ſuperiùs dicta *num.* 66. *&* 67. *p.* 459.

70 Ad fundamentum contrarium diſtinguo ſecūdam partem maioris: Concilium ſolùm judicat approbatum, qui Parochiam obtinet, ſolùm quia eam obtinet, nego maiorem; quia illam obtinens ſupponitur à Pontifice, vel ab Ordinario in concurſu approbatus ſecundū aliud Trid. decretum *ſeſſ.* 24. *cap.* 18. concedo maiorem: undè nego minorem; quia cùm Parocho fuerit in cōcurſu approbatio indefinitè prolata, non eſt cur ad tempus reſtringatur, licèt juriſdictio ceſſaverit per Parochiæ dimiſſionem, quæ ſunt valdè diverſa.

Quid de approbatis pro determinato loco?

71 Plures, quos ſequitur P. Mendo, aſſerunt pro determinato loco approbatum non eſſe ad alia loca eligibilem; & fundantur, quia ſequeretur, quòd homo innumeris vitijs, reſervationibus, & contractibus illaqueatus poſſet eligere Sacerdotem ignarum, & illiteratum, qualis poſſet approbari pro parvulo oppido; ſed hoc non eſt de mēte Pontificis: ergò, &c.

72 Verùm affirmativa reſolutio mihi videtur valdè probabilis. Ita Leand. *de SS. q.* 69. Torrecilla *conſ. moral. tract.* 2. *conſ.* 1. *prop.* 13. *concl.* 5. Fag. *lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 19. à Coſta *quæſt.* 39. Galleg. *cap.* 9. *cl.* 9. *d.* 102. *verſ. el principal*, Dian. coord. *tom.* 4. *tract.* 3. *reſol.* 24. *& in ſum. verb. Confeſſarius num.* 31. Gom. *citat. verſ. Infertur etiam*, Baco *ſuprà cit.* Fernand. *p.* 3. *cap.* 9. §. 8. *n.* 6. Pellizar. *cit.* & probabilem, tutamque vocat Mend. *d.* 22. *cap.* 5. *num.* 81. Marchant. *tom.* 1. *tract.* 2 *tit.* 6. *quæſt.* 4. *dub.* 1. *verſ. Dico.*

Ra-

Digitized by Google

Ratio eſt : quia Sacerdos ſic approbatus verè eſt ab Ordinario approbatus, licèt limitatè; atquî Cruciata non requirit approbationem illimitatam ; ſi enim voluiſſet, expreſſiſſet : ergò,&c.

73 Ad fundamentum adverſum reſpondeo, diſtinguendo ſequelam : ſequeretur, quòd poſſet eligere illiteratum per accidens, concedo ſequelam ; per ſe, nego ſequelàm ; nam idem in contraria ſententia evenire poterit, quia licèt oppidum judicatum fuerit minus egens idoneitate Confeſſarij, poteſt per accidens illud cõfluere ille illaqueatus, qui vel mutet domicilium, vel ibi ad breve tempus hoſpitetur, & in hoc caſu non eſt neganda facultas Confeſſario illius loci ad illum audiendum, quia accidentaliter evenientia non mutant rei ſubſtantiam, *L. naturalem §. Pavonum ff. de acquirẽd. rer. dominio*; ut notat Giurb. *ad conſ. Meſſ. cap.* 10. *gl.* 4. *n.* 5.

Quid de approbatis pro certis perſonis?

74 Non poſſe approbatos limitatè pro certo perſonarum genere eligi per Cruciatam ab alijs, tenent Soar. de Lug. Bard. Boſſius, & alij plures, quos ſequitur Tamb. *cit. num.* 30. Fundantur 1. quippe ſequeretur, quòd approbatus pro uno puero, eſſet à Cruciata eligibilis pro omnibus, quod videri poteſt abſonum à mente Pontificis. Secũdò; quia Selius *in ſelectis Canonicis cap.* 14. *num.* 17. adducit deciſionem Sacræ Congregationis in Cæſaraug. 7. *Sept.* 1625. apud Fermoſin. *de Sacram. Eccleſ. tom.* 2. *ad rub. de æt. & qualit. Ord. q.* 2. *num.* 35. Barb. *ad Tridẽt. ſeſſ.* 23. *cap.* 15. *num.* 42. & Nog. *diſp.* 14. *num.* 79. declarantem ſæculares non poſſe virtute Cruciaræ audire confeſſiones ultra facultatem ab Ordinario conceſſam, ſi ſint approbati ad certum genus perſonarum, ſeu ad limitatum tempus : ergò ſaltem de Confeſſario ſæculari nequit aliud judicari. Tertiò ; nam in confeſſionibus generalibus non veniunt ea, quæ ſpecialem requirunt declarationem, ut in Jubilæo Anni ſancti ſub facultate ad caſus BullæCœnæ non venit facultas ad hæreſim, & in ſimilibus. Quartò; quia approbatus juſtè reprobatus ſaltem ſæcularis non eſt eligibilis, quia per ignorãtiam redditur incapax ; atquî pro umâ familiâ, vel puero approbatus, eſt pro alijs reprobatus : ergò non eſt eligibilis prò illis.

75 Nihiloſeciùs affirmativa ſententia eſt valdè probabilis. Ita Leand. *quæſt.* 68. Quintanadũen. *de Jubil. cap.* 19. *num.* 9. Caſtr. Pal. *de Cruciat. p.* 8. §. 1. *n.* 4. Joan. Gom. *cit. dub.* 4. Bellaſius *verb. Confeſſarius, num.* 10. Fagund. *lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 45. Philippus à Cruce *tr.* 1. §. 20. *n.* 1. *in fin.* Dian. *tom.* 4. *tr.* 3. *reſolut.* 22.

Bonac. *disp. 5. quæst. 7. p. 4. n. 22.* Coninch. *disp. 8. dub. 7. num. 57.* Sanch. *de matrim. lib. 8. d. 34. n. 16.* Sylva *art. 7. num. 30.* Corella *tract. tr. 10. prop. 1. num. 19.* Pelliz. Torrecilla, Filguera, & Baco *suprà cit.* & illam vocat in praxi tutam, & probabilem Mendo *d. 22. cap. 5. num. 69.* Ratio est: quia ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, *L. non distinguemus ff. de recept. arbitr.* & est axioma in jure tritum; atquî Cruciata non postulat personarum determinationem: ergò nec nos eas debemus determinare, proindeque ad quascumque approbatus eligi potest ab omnibus.

76 Ad primum fundamentũ adversum distinguo sequelã: sequeretur, quòd approbatus pro puero, esset pro alijs eligibilis per accidens, concedo sequelam; per se, nego sequelam; cùm enim jurisdictio, quæ tribuitur à Bulla, sit voluntaria, potest à Põtifice sic generaliter concedi citrà respectum ad contingenter evenientia: & sic cõceditur Religiosis facultas ad eligendum Confessarium idoneum, qui à DD. judicatur non excommunicatus, & non suspensus, de quo Fagund. *lib. 7. cap. 2. num. 5.* qui tamen contingenter carêre potest debitâ scientiâ, prævalentibus piorum virorum meritis: ergò similiter fidelibus hæc jurisdictio non neganda, attentâ subventione præstitâ in Fidei propagationem, & infidelium extirpationem.

77 Ad secundum dicẽdum, de ea declaratione non constare satis apud AA. qui post hinc scripsêre; neque Selius ponit illius verba forsan ad aliud diversum prolata, ut diximus de allata à P. Carden. suprà, & de hac ipsa constat ex ejus diverso tenore apud eundem Carden. *oper. post. dissert. 2. cap. 6. art. 7. q. 4. n. 309.* & adhuc ex ea sic indigitatâ non sequitur, sæculares ad certas personas indefinito tempore approbatos non posse eligi per Cruciatam; loquitur enim decisio hæc indeterminatè, & cùm sint verba restrictiva concessionis Bullæ, ut potè odiosa, debent restringi quoad possunt per sequentem clausulam limitationis temporis, quo casu suprà diximus non esse eligibiles Confessarios sæculares: & quòd hic sit proprius sensus, constat etiam; quia illa dictio *seu* potest sumi expositivè, & declarativè, relatâ limitatione temporis ad personarum certitudinem, & valet tunc pro *quia*, ut in *L. commodissimè ff. de lib. & post.* vide Barth. *in L. 1. ff. de off. ejus n. 7.*

78 Ad tertium respondeo 1. sub generali concessione non cõprehendi ea, de quibus est specialiter provisum, *L. cũ in testam. §. fin. ff. de hæred. inst. & L. servo manumisso ff. de peculio leg. & L. cohæredi, §. qui partem, ff. de vulg. & pup. substit.* & notant Bald. *in*

l.

L. 1. *Cod. deleg. hær.* Imola *in cap. Inquisitioni, de appel.* Gabr. *lib.* 6. *com. op. tit. de clauſ. concl.* 9. *n.* 8. Surd. *conſ.* 456. *num.* 48. Seraph. *deciſ.* 1486. *num.* 12. cùm ergò Pontifex ſpecialitèr proviserit pro crimine hæreſis, quod eſt ſpecialitèr delegatum Inquiſitoribus, ita ut pro ipſo inſtituatur ſit ſpeciale Tribunal, in quo ſit examinandum; & impendenda abſolutio, ideo ſub generali facultate ad reſervata in Bulla Cœnæ non comprehenditur, niſi in ſpecie exprimatur; quia ea conceſſio eſt univerſalis delegatio, quę non derogat ſpeciali delegationi de crimine hæreſis ipſum reducenti ad ſpeciale Tribunal: immò hæc ſpecialis delegatio derogat illi univerſali, quia generi per ſpeciem derogatur, *L. in toto jure ff. de reg. jur. & cap.* 1. *& cap. Paſtoralis de reſcriptis, & cap.* 1. *de reg. jur. in* 6. præſertim cùm delegatio de crimine hæreſis ſit facta privativè quoad cæteros. Accedit, quòd quando in Jubilæo conceditur facultas abſolvendi ab hæreſi, non ſolùm in ſpecie conceditur, ſed additâ dictione *etiam*, quæ ſtat augmẽtativè, & extẽdit diſpoſitionem ad id, quod priùs ſub illa non includebatur ex *Clem.* 1. §. *fin. de re jud.* Vide Paſchalig. *de Jubil. q.* 227. *num.* 7. At verò circa approbationem ad certas perſonas nil eſt proviſum à Pontifice.

79 Reſpondeo 2. traditam regulam de generali conceſſione ampliari à DD. in favorem piæ cauſæ, & Religionis, ut tradit Palaus *tract.* 3. *d.* 4. *p.* 19. *num.* 5. undè cùm conceſſio Cruciatæ ſit in favorem animarum, & Fidei ampliationem, extendi debet, & licèt etiam Jubilæus ſoleat concedi in favorem pietatis, propter traditas rationes, fuit à pluribus Pontificibus reſtricta ea generalitas, de quo Torrecilla, & Paſchalig. *citat. num.* 4. & noviſſimè hoc eſt inhibitum Regularibus ab Alex. VII. prop. 4. ex damnatis: at circa noſtrum Bullæ privilegium nulla patet inhibitio.

80 Ad quartum diſtinguo maiorem: quia per ignorantiam ſecundum ſe, eſt incapax electionis, nego maiorem; quia propter ignorantiam fuit reprobatus, & nequit dici verè approbatus, requirente Cruciatâ in ſæcularibus actualem approbationem, concedo maiorem: & patet hoc in ignorante approbato, qui licet ignorans, eſt ſecundùm ſe eligibilis, licèt ſcienter eligens poſſit malè operari, ſi eligat, non defectu juriſdictionis in Confeſſario, ſed diſpoſitionis pœnitentis carentiâ, ſi gravibus criminibus onuſtus, nequeat ſupplêre Confeſſarij imperitiam. Vide Bonac. *de præcit. d.* 5. *q.* 7. *p.* 4. §. 1. *num.* 30. Præterquamquod caſus de puero eſt ferme Methaphyſicus, & de rarò contingentibus, ideo non attendendus, ut ſuprà diximus, & inquit juris Conſtit. *de leg.* nam ad ea potiùs

debet

debet aptari jus, quæ & frequentèr. Unde cùm ignorans approbatus de se sit eligibilis, ut tradunt DD. apud Jul. Capon. *discept.* 133. *num.* 30. licèt sit casus incogitatus Pontifici, & non de communitèr contingentibus, cujus præcautionem fidit Pontifex Ordinario; similitèr dicendum de casu pueri, præcipuè cùm non vergat in animarum præjudicium, quod si daretur, ab Ordinario in sæcularibus potest corrigi: in Regularibus autem juxta eorum Constitutiones à Prælatis Religionum: cùm è cõtra facilior via aperiatur ad electionem fideliũ per Cruciatam, cujus privilegia, ut favorabilia, ampliãtur à communi doctrinâ, quam sequitur Diana coord. *tom.* 4. *tract.* 3. *ref.* 16. cum Suar. *de Relig. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 16. *num.* 3. Villalob. Torre, Tamb. & pluribus alijs.

EXPLORATIO TERTIA.

An approbati semèl ab Ordinario, possint eligi per Cruciatam, si postea injustè reprobèntur?

QUæstio maiorem difficultatem habet in sæcularibus, quàm in Regularibus, ideo de singulis seorsim dicendum.

Quid de Regularibus injustè reprobatis?

SUMMARIUM.

81 *Confessarij omnes unius Conventûs nequeunt simùl suspendi ab Episcopo.*

82 *Indefinitè approbato Regulari, nequit ab Episcopo revocari approbatio.*

83 *Quid ab Episcopo successore?*

84 *Injustè reprobatâ approbatione semèl indefinitè concessâ, potest Confessarius sic reprobatus eligi per Cruciatam.*

85 *Approbatio solùm est revocabilis ex justâ causâ.*

86 *Restrictio Regularibus facta ad approbationem localem non cõprehẽdit Cruciatæ privilegium.*

87 *Nonnulli in sæcularibus Confessarijs injustam approbationis revocationem servant, & n.* 88.

89 *Contrarium probabilissimũ judicatur.*

90 *Approbatio non pendet à voluntate examinantis.*

91 *Revocatio approbationis lædit honorem.*

92 *Sententia injusta non est observanda.*

93 *Injustè excommunicatus non tenetur abstineri ab exercitio Cõfessarij.*

94 Præ-

Digitized by

94 *Prælato non eſt data poteſtas in deſtructionem, ſed in ædificationem.*

95 *Subditus non tenetur obedire præcepto injuſto.*

96 *Ceſſante legis causâ, ceſſat & lex.*

97 *Opinio probabilis confert juriſdictionem.*

98 *Culpa notoria perdit jus ad famam.*

99 *In materiâ juſtitiæ melior eſt conditio poſſidentis.*

100 *Cautè procedendum in reprobationis injuſtitiâ.*

101 *Omiſsâ conditione, diſpoſitio non ſortîtur effectum.*

102 *Diſparitas aſſignatur inter primam, & ſecundam reprobationem injuſtam.*

103 *Approbatio ad beneplacitum non expirat per invalidam reprobationem.*

104 *Notitia moralis habetur ex communi hominum æſtimatione. Ut approbatus poſtea injuſtè reprobatus poſſit per Cruciatam eligi; ſufficit notitia moralis illius injuſtitiæ.* Ibid.

105 *Judicium prudens præſtat certitudinem moralem.*

106 *Ut quis proſpiciat conſcientiæ ſuæ authoritate alterius, ſufficit fama de illius probitate, & ſcientiâ.*

107 *Etiam ſufficit notitia probabilis.*

108 *Reus non tenêtur ſtare ſententiæ injuſtæ.*

109 *Actus cenſetur factus ex titulo utiliori.*

110 *Certitudo moralis poteſt phyſicè in deceptione fundari.*

81 SUpponendum eſt Regulares omnes Confeſſarios unius Conventûs, non poſſe ſimul ab Epiſcopo ſuſpendi, neque reprobari inconſultâ Sede Apoſtolicâ, quia ita decrevit Clem. X. in Conſtit. *Superna*, & olim jam ſæpè deciſum fuerat apud DD.

82 An verò aliquis Regularis injuſtè reprobatus ab eodē Epiſcopo, qui indefinitè eum approbaverat, poſſit eligi per Bullam? Affirmat cōmunis ſententia. Ratio eſt: quia Clemens X. eâdem Conſtitutione vetuit, poſſe approbatis approbationē revocari ab eodem Epiſcopo, non ſuperveniente novâ causâ: ergò cenſuit validam manſuram priſtinam approbationem: ergò non poteſt ab Ordinario invalidari, quia inferior nequit ſuperiori contraire. Deindè quia Bulla Cruciata in Regularibus expoſtulat unicam approbationem.

83 De reprobatione verò ab Epiſcopo ſucceſſore impensâ, negat P. Hurtad. 1. quia approbatio eſt naturâ ſuâ revocabilis, & in nullo jure prohibêtur ejus revocatio: ergò ſi revocetur, erit valida reprobatio. Secūdò, quia Clem. X. ſolùm prohibet eidem Epiſcopo ſine nova cauſa ſuſpēdere Regulares, non autem ſucceſſori, & ita decreverat Pius V.

&

& alij Pontifices.

84 Affirmativa tamen ſententia eſt omninò amplectenda. Eam tenent Delbene *tom. 1. de imm. Eccleſ. cap.* 14. *dub.* 19. *ſect.* 18. *num.* 24. *&* 25. Averſa *de pœnit. quæſt.* 16. *ſect.* 6. Tamb. *de pœnit. lib.* 5. *cap.* 5. §. 4. *num.* 52. alter Tamb. *de jur. Abbat. tom.* 2. *diſp.* 6. *quæſt.* 12. *num.* 7. Paſchalig. *de Jubil. quæſt.* 193. *num.* 5. Anton. à Spir. Sanct. *tract.* 5. *d.* 13. *ſect.* 11. Corella *pract. tract.* 17. *prop.* 13. *num.* 87. *& in ſum. tr.* 7. *conſ.* 10. §. 2. *num.* 569. cum Suar. Coninch. Boſſio, & alijs, quod idem tenentur dicere omnes infrà citandi pro ſæcularibus. Ratio eſt: quia Cruciata (ut ſæpè diximus) ſolùm petit unicam approbationem; atquî hæc non tollitur per ſequentem injuſtam revocationem, ut à *n.* 87. videbimus: ergò, &c.

85 Ad primum fundamentum contrarium diſtinguo: approbatio eſt naturâ ſuâ revocabilis ex juſtâ causâ, concedo; ſi ea non detur, nego: deinde, dato, quòd ea revocatio eſſet valida, cùm à Pontifice ſola quæratur prima approbatio, non eſt cur illi denegetur eligibilitas Cruciatæ.

86 Ad ſecundum dico, Clementem, & alios Pontifices permiſiſſe Regulares ab Epiſcopo ſucceſſore ad examen vocari ad uſum ſuorum privilegiorū, non ut eligantur virtute Cruciatæ, ut diximus Exploratione prima *à n.* 37. *p.* 450. cùm etiam eæ Conſtitutiones ſint reſtrictivę, & odioſæ, debent intelligi de inibi declaratis, & neutiquam extendi ad privilegium Cruciatæ fidelibus conceſſum ibi non expreſſum.

Quid de Sæcularibus injuſtè reprobatis?

87 Plures negant ſæculares poſt primam approbationem injuſtè reprobatos, eſſe eligibiles per Cruciatam in Confeſſarios; primò, quia licèt reprobatio ſit injuſta, attamen nequit conſtare de illius injuſtitiâ, nam præſumptio ſtat pro Prælato, qui poteſt habêre cauſas, quas nec conveniat, nec teneâtur propalare, ut conſtat ex diplomate Clem. X. de reprobatione Regularium: ergò ſic reprobatus nequit eligi per Bullam, etſi antea fuiſſet approbatus.

88 Secundò, ex *cap.* 1. *& cap. non ſolùm* 11. *quæſt.* 3. ubi dicitur ſententiam Paſtoris, ſivè juſtam, ſivè injuſtam, ſemper eſſe timendam: ergò debet ſervari reprobatio, licèt injuſta. Tertiò, quia primò injuſtè reprobatus non eſt eligibilis per Bullam: ergò neque præcedente approbatione. Quartò, nam Alex. VII. prop. 13. damnavit propoſitionem aſſerentem ſatisfacere præcepto annuæ confeſſionis, qui confitetur Regulari Epiſcopo præſentato, & ab eo injuſtè, repro-

Digitized by Google

probato: ergò censuit Pontifex reprobationē Ordinarij, tametsi injustam, esse attendendam, & observándam. Quintò, quia semper debet præsumi Episcopum dedisse primam approbationem, licèt indefinitam, secundùm beneplacitum suæ liberæ voluntatis: ergò licèt injustè ab illo revocetur, erit valida reprobatio, & servanda.

89 Verumtamen probabilissimum judico, sæcularem injustè reprobatum posse eligi per Cruciatam, si quondam approbationem indefinitam obtinuerat. Ità Leand. *de SS. quæst.* 72. & 86. à Costa *quæst.* 40. Fagund. *lib.* 7. *cap.* 2. *n.* 63. Peres *de pœnit. disp.* 51. *sect.* 9. *num.* 5. & 7. Torrecilla *in sum. tom.* 2. *tr.* 4. *d.* 3. *n.* 15. & *cons. mor. tr.* 2. *cons.* 1. *diff.* 13. *concl.* 7. & *in exam. Episc. tr.* 2. *quæst.* 3. *sect.* 2. *diff.* 13. *à num.* 87. Palaus *tract.* 23. *p.* 18. §. 4. *num.* 6. Anton. à Spir. Sanct. *tract.* 5. *d.* 13. *sect.* 21 Auctor Cruciatæ apud Busemb. *lib.* 8. *dub.* 14. *art.* 1. *cap.* 1. *num.* 6. Corel. *pract. tr.* 17. *prop.* 13. *num.* 87. & *in sum. p.* 2. *tr.* 7. *cons.* 10. §. 2. *num.* 559. Paschalig. *decis. mor. tom.* 2. *decis.* 142. & *de Jubil. quæst.* 193. *num.* 5. Dian. *tom.* 4. *tract.* 3. *res.* 23. & *in sum. verb. Confessarius num.* 22. Franc. de Jesus Maria *Curs. Theolog. mor. p.* 1. *tr.* 6. *cap.* 11. *q.* 7. *num.* 107. Laurent. Soar. *epit. moral. verb. Confess. num.* 24. Bened. Per. *tom.* 2. *tr.* 41. *sect.* 3. *num.* 1414. Barb. *de pot. Episc. p.* 2. *alleg.* 25. *num.* 57. Delbene *de imm. tom.* 1. *cap.* 14. *dub.* 18. *sect.* 11. *num.* 14. & *sect.* 13. *num.* 2. & 18. *num.* 24. Lezan. *tom.* 1. *cap.* 19. *num.* 9. Filliuc. *tom.* 1. *tr.* 7. *cap.* 9. *num.* 267. Suar. *in* 3. *p. tom.* 4. *d.* 28. *sect.* 8. *dub.* 7. Lugo *d.* 21. *sect.* 3. *num.* 53. Escobar *lib.* 7. *sect.* 2. *probl.* 26. Tamb. *lib.* 5. *de pœnit. cap.* 5. §. 4. *num.* 49. Bardi *tr.* 5. *cap.* 1. *sect.* 6. & alij.

90 Probatur 1. cum Paschalig. citato; quia approbatio est judicium de idoneitate personę, quod debet conformari cum habilitate approbati: ergò non pēdet à voluntate, & injustitiâ reprobantis: ergò talis reprobatio nullū vigorem assequêtur, proindeque remanebit approbatio requisita ad Cruciatæ electionem.

91 Probatur 2. nam revocatio approbationis lædit honorem, & infert injuriam, estque actus continens injustitiam; atquî hic est ipso jure nullus, *cap. ex tenore, de restit. spoliat.* ergò absolutè approbatus non potest sine causâ reprobari, & si reprobetur, non sortietur effectum reprobatio, proindeque manebit eligibilis approbatus, sicut antea.

92 Probatur 3. quoniam ea reprobatio est revocatio sententiæ justæ; ac proinde sententia injusta; sed sententia injusta non est observanda, ut Abbas *cap. inter cæteros, de sent. & re judicatâ*, Zabarel. *cons.* 16. Menoch. *cons.* 505. *num.* 7. & 675. *num.* 20. & 904. *num.* 6. Craveta *cons.* 622. *num.* 5. *lib.* 4. Decius *cons.* 445. *num.*

num. 4. Paſchalig. *de Jubil. q.* 193. *num.* 5. & alij, & ideo debet haberi, tanquam non eſſet : ergò prævalet anterior approbatio, datque capacitatem ad electionem Cruciatæ.

93 Probatur 4. quia excõmunicatus injuſtè, ſi de injuſtitia conſtet, non debet reputari excommunicatus ; proindeque ſi Confeſſarius approbatus eſt, non tenetur abſtinere ab audiẽdi confeſſiones exercitio, ut tenet communis opinio cum Suar. *de cenſ. d.* 4. *ſect.* 7. *num.* 8. Avila *p.* 2. *cap.* 6. *d.* 1, *dub.* 2. & 3. Ægid. *d.* 13. *dub.* 13. Tolet. *lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 1. Layman. *lib.* 1. *tract.* 5. *cap.* 6. *num.* 3. Palaus *de cenſ. d.* 1. *p.* 8. *num.* 15. & alij apud ipſos, ex *cap.* 1. *de ſent. & re jud. in* 6. ubi æterni judicis Tribunal illum reum non habet, quem injuſtè judex condemnat : ergò potiùs injuſtè reprobatus, pro tali non debet haberi, & ſi hoc conſtiterit fideli electuro, poterit eum tutò eligere in Confeſſarium per Cruciatam.

94 Probatur 5. quia Prælato non eſt data poteſtas in deſtructionem, ſed in ædificationẽ, 2. *ad Corinth. cap.* 13, *num.* 10. ergò non eſt cenſendum Eccleſiam approbaſſe reprobationem ab Ordinario injuſtè factam : præſertim cùm vergat (ut ſuprà notavimus) in denigrationem opinionis Confeſſarij, & in non modicum pœnitentium incommodum, carent enim per ſimiles reprobationes copiâ Confeſſariorum, à quibus eorum conſcientiæ expientur.

95 Probatur 6. nam præcepto injuſto non tenetur ſubditus obedire, neque nullam obligationem inducit, ut docent Vaſques 2. 2. *d.* 151. *cap.* 2. Salas *de leg. d.* 2. *ſect.* 8. *num.* 50. Bonac. *d.* 1. *de leg. quæſt.* 1. *p.* 1. *n.* 9. Suar. *lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 11. Palaus *de leg. tr.* 3. *d.* 1. *p.* 1. *num.* 4. Ergò neque reprobationi injuſtæ, eſt enim præceptum injuſtum abſtinendi à jure quæſito.

96 Probatur 7. quippe ceſſante legis causâ, ceſſat & lex, ut cum communi tenent Covarr. 4. *decret.* 2. *p.* §. 9. *num.* 8. *& cap. cum eſſes, de teſtam. num.* 9. Azor. *tom.* 1. *lib.* 5. *cap.* 10. *quæſt.* 15. Victoria *relect. de pot. Civ. num.* 22. Suar. *lib.* 6. *de leg. cap.* 9. *num.* 5. juncto *num.* 10. Bonac. *diſp.* 1. *q.* 1. *p.ult.* §. 2. *num.* 1. §. *dixi ceſſante totâ causâ* ; ſed tota ratio decreti Trident. idoneitatem requirentis in Confeſſario eſt illius capacitas ad audiendas confeſſiones, quam ſupponimus perſeverare : ergò ſi hoc ſit notorium, & aliàs præſupponatur approbationis qualitas à Trid. requiſita, ſperni debet ea injuſta reprobatio.

97 Probatur 8. quia non minùs potens eſt opinio ſapientum ad dandam juriſdictionem, quàm ad conſervandam approbationem ; atquî ex opinione probabili confertur juriſdictio, ut inferiùs dicemus *Explor.* 5. ergò etiam

etiam conſervatur approbatio ad electionem Cruciatæ requiſita. Confirmatur; quia communitèr reputatus approbatus poteſt eligi à Cruciatâ, licèt aliàs error interveniat, ut eſt probabiliſſima opinio; ſed anterior approbatio hoc non impedit, immò juvat, ut patet: ergò ſatis erit ad exercitium Cruciatæ.

98 Probatur 9. nam culpa notoria, vel famoſa perdit jus ad famam retinendam, ut probabilitèr aſſerit Tamb. *in Decal. lib. 9. cap. 3. §. 2. num. 9.* Leſſ. *lib. 2. cap. 11. num. 77.* & alij: ergò è contra innocentia notoria, vel famoſa, dat jus ad eam approbandam, & conſervandam: ergò poſſunt habêre injuſtè reprobatum pro approbato, eumque eligere in Confeſſarium Cruciatæ.

Solvuntur adverſa fundamenta.

99 Ad primum contrariæ ſententiæ fundamentum, nego antecedens; ad probationem diſtinguo: præſumptio in dubio eſt pro Prælato, tranſeat modò antecedens; in certis, vel probabilibus, nego antecedens; nos autem ſupponimus notoreitatẽ, vel probabilitatem injuſtitiæ reprobationis. Dixi, tranſeat, quia tametſi ad primam approbationem hoc ita ſit judicãdum, quia Prælatus eſt in poſſeſſione ſuperioritatis, non tamen procedit hoc, cùm jam ſupponitur jus acquiſitũ ab approbato, per quod eſt in poſſeſſione approbationis, à qua in dubijs nequit perturbari, quia in materia juſtitiæ melior eſt conditio poſſidentis. Covar. *reg. poſſeſſor. 2. p. §. 7. num. 4. & reg. peccatum 3. p. initio num. 4.* Molin. *tom. 1. de juſt. tr. 2. d. 35. & diſp. 36. concl. 1.* Sanch. *lib. 2. de matr. d. 4. num. 12. & lib. 1. in Decal. cap. 10. num. 9.* Vaſq. *d. 66. c. 7. à n. 36.* & alij plures.

100 Ad ſecundum reſpondeo D. Greg. in textibus ibi allegatis ſolũmodò aſſeruiſſe ſententiam injuſtam eſſe timendam, ideſt, non ex ſuperbia contemnendam, uti contemnerêtur, ſi cum ſcandalo violarêtur, quod non procedit, quando notoriè eſt injuſta; non autem dixiſſe eſſe quocumque modo obſervandam, ut ibi gloſ. Gratian. Vide Pal. *de cenſ. d. 1. p. 10. num. 17.* undè ex hoc ſolùm ſequitur ſemper in eo caſu prudentèr, & cautè operandum, ne detur locus erroribus.

101 Ad tertium nego conſequentiam: diſparitas eſt; quia Trid. poſtulat ad validam confeſſionem, tanquàm conditionẽ neceſſariò requiſitam, judicium Ordinarij de approbatione Confeſſarij; undè eâ non ſuppoſitâ, licèt injuſtè, non ſatisfit diſpoſitioni Conciliari, quia omiſsâ cõditione diſpoſitio non ſortîtur effectum, *L. ſi quis ſub conditione ff. ſi quis omiſſa*: at verò cùm anteriori approbationi per injuſtã

reprobationem non auferatur jus quæſitum, ut diximus, adhuc perſeverat conditio à Trid. expoſtulata.

102 Ad quartum dico Pontificem damnaſſe eam propoſitionem, quia voluit obſervari decretum Trid. requirentis approbationem, & judicium Ordinarij interponendum ad ſæcularium confeſſiones, quod licèt injuſtè denegêtur, non eſt verum dicere præceſſiſſe, quod Trid. præcipit: at verò cùm anterior approbatio reprobatur injuſtè, jam ſupponitur extitiſſe, & cùm non pereat per injuſtitiam reprobantis, non eſt in manu Ordinarij eam non adeſſe decreto Trid. obſervando, quod ſatis placet Cruciatæ.

103 Ad quintum reſpõdeo cum Fagn. negãdo antecedens; nam quando Ordinarius eam deſiderat conditionem, eam exprimit, ſi enim voluiſſet, expreſſiſſet, ut eſt axioma: præterquàm quòd dato antecedente, adhuc ſtat reſolutio, nam etiam probabiliſſimum eſt approbationẽ datam ad beneplacitum non expirare per invalidam reprobationem ſine causâ factam. Vide Paſchal. *de Jub. q.* 193. *n.* 6.

De notoreitate injuſtitiæ reprobationis.

Sumus in moralibus, ubi de notitiâ morali nobis ſatis eſt locutionem texere, quę nil aliud eſt, quàm notitia juxta communem hominum æſtimationem, quæ provenire debet à viris ſapientibus: 1. de ſcientiâ, & moribus Confeſſarij; 2. de peritiâ examinatoris, & ejus affectibus.

104 Dicendum igitùr eſt 1. ut pœnitens per Cruciatam eligat injuſtè reprobatum, qui antea fuerat approbatus, ſufficit, quòd ſibi conſtiterit de illius capacitate per communem hominum prudentum, & ſapientum æſtimationem. Ita à Coſta *q.* 40. *in fine*, Peres *cit. num.* 7. Ant. à Spir. Sanct. *ſect.* 21. & DD. à nobis citati ſuprà *num.* 89. *pag.* 467. Probatur 1. quia in quæſtione de facto ſtandum eſt communi hominum æſtimationi, ut ex communi habet Cardenas *Criſ. Theol. p.* 2. *tract.* 3. *d.* 23. *cap.* 6. *à num.* 191. ſed præſens quæſtio eſt de facto, ut ſatis conſtat: ergò ſatis eſt, quòd in illa pœnitens regulêtur ſecundùm cõmunem hominum æſtimationem.

105 Probatur 2. quia pœnitens ſatisfacit operando prudentèr; ſed operatur prudentèr, ſi ſibi conſtiterit de capacitate Sacerdotis, cui confitebitur, per judicium hominum prudentum, quod in re morali certitudinem præſtat, ut docet Carden. *p.* 1. *tr.* 1. *d.* 12. *cap.* 1. *à n.* 6. ergò, &c.

106 Probatur 3. quia ut quilibet proſpiciat conſcientiæ ſuæ, nitens alicujus authoritate, ſufficit fama de ejus ſcientiâ, & probitate, ut idem Card. *p.* 1. *tract.* 1. *d.*

d. 11. *art.* 2. *num.* 325. atquî hæc nequit acquiri, nisi ab hominum æstimatione; nam nihil aliud est, quàm opinio de aliquo ab alijs habita: ergò, &c.

107 Dicendum 2. sufficere etiam notitiam probabilem de capacitate Confessarij, hoc est, multis doctis, & sinceris assentientibus, etsi alijs renitentibus. Ratio est: quia ut aliquis prudẽter operẽtur, sufficit opinio probabilis jurisdictionem concernens, etiam in administratione Sacramentorum, de quo infrà, præsertim respectu pœnitentis, ut vidêre est apud Corell. *pract. tr.* 10. *prop.* 1. *num.* 15. Torrecill. *hic num.* 95. Em. à Conc. *de pœnit. d.* 2. *quæst.* 6. *num.* 123. Marchant. *tom.* 1. *tr.* 5. *tit.* 5. *quæst.* 3. *concl.* 3. *reg.* 1. *vers. advertendum*, Hozes, & alios asserẽtes hoc nõ adversari proposit. 1. ab Innoc. XI. damnationi.

108 Neque etiam Confessarius sic reprobatus tenêtur abstinêre requisitus à fideli eum eligente. Ita Bos. *de Jubil. sect.* 3. *cas.* 7. *num.* 1. Paschalig. *de Jubil. quæst.* 213. & alij apud ipsos. Ratio est: quia Reus non tenetur stare sentẽtiæ injustæ, ut de Lug. *tom.* 2. *de just. d.* 37. *sect.* 15. *à num.* 185. Dicastill. *lib.* 2. *de just. tr.* 1. *d.* 15. *dub.* 2. & est commune placitum.

109 Ut autem pœnitens censeatur eligere Confessarium, sufficit quòd illi confiteatur ex *L. de quibus, in fin. ff. de leg. & cap. de dilecti filij, de appell.* quod etiam habet locum, etiamsi pœnitens nesciret facultatem eligendi, quæ sibi in Cruciata conceditur, quia factum confessionis cum voluntate interpretativa confitendi, modo magis sibi utili, & necessario sufficiens censetur; quia cùm actus factus censeatur ex eo titulo, quo magis utilis est, *L. cùm pater ff. de jur. dot.* præsupponit semper voluntatem interpretativam de maiori utilitate, quæ ex ipso proveniat, & talem volũtatem declarat, *L. Paul. ff. non ratam haberi.*

110 Non obest assertum P. Nog. dicentis, hanc resolutionẽ subjici deceptionibus; nam certitudo moralis stabilîtur motivis, quibus nullus vir prudens contradicere potest in suis operationibus ad quamcumque materiam tendentibus, & tamen physicè potest in deceptione fũdari, ut evidenter demonstrat Card. *p.* 2. *tr.* 1. *d.* 23. *cap.* 1. Et sanè vidêtur absonum, sententiam examinatoris, sinistris forsan affectibus impulsi, in notoriè doctum, & scholis publicè approbatum posse prævalêre, cùm aliàs præsupponatur conditio, & qualitas requisita à Trid. per anteriorem approbationem sufficienter demonstrata.

Digitized by Google

EXPLORATIO QUARTA.

Quid dicendum de juſta reprobatione ſemèl approbati ad electionem Cruciatæ?

NOn eſt quæſtio de Confeſſario ſæculari juſtè reprobato, hunc enim certum eſt non eſſe per Bullam Cruciatæ eligibilem, utpotè in quo nullatenùs cenſeatur perſiſtere approbatio, quæ requiritur à Cruciatâ, quæ excipiens Regulares ad unam approbationem firmat regulam in contrarium in ſæcularibus ad actualem approbationem non juſtè reprobatam. De Regularibus igitùr ſolùm controvertendum eſt.

SUMMARIUM.

111 *Confeſſarius ſæcularis juſtè reprobatus, non eſt eligibilis per Cruciatam.*
De Regularibus plures idẽ autumant. Ibid.

112 *Põtifex non vult favêre ignorantibus.*

113 *In moralibus non eſt attendẽdus rigor phyſicus.*

114 *Ceſſante privilegij fine, ceſſat privilegium.*

115 *Quando ex aliquâ circunſtãtiâ privilegij uſus redditur iniquus, ceſſat privilegium.*

116 *Sententia aſſerens Regularem ſemèl approbatum, licèt poſtea reprobetur juſtè, eſſe eligibilem, eſt valdè probabilis.*

117 *Excommunicatus toleratus poteſt à fidelibus eligi in Confeſſarium.*

118 *De hoc juſtè reprobato adhuc verificatur, quòd fuerit ſemèl approbatus.*

119 *Dictio* ſemèl *de unico actu eſt intelligenda.*

120 *Dictio* ſemèl *reſpicit quid ſimùl poſitum.*

121 *Semèl licentiatus cenſetur in perpetuum licentiatus.*

122 *Semèl approbatus nequit prout ſic reprobari.*

123 *Causâ ſemèl approbatâ, ſivè verâ, ſivè falsâ, non retractatur.*

124 *Approbatio ſolùm durat uſque ad revocationem ejuſdem approbantis, ut ab eo accipiat juriſdictionem, non aliàs.*

125 *Duratio approbationis non pendet à Pontificis voluntate quando non affigitur in conceſſione particula* ſemèl.

126 *Intentio Pontificis in Cruciatâ eò tendit, quò fideles habeant in promptu Confeſſarios.*

127 *Pontifex in Cruciatâ vult phyſicam approbationem.*

128 *Ceſſante conditione privilegij requirẽte tractum ſucceſſivum, ceſſat*

ceſſat privilegium, non aliter.

129 *Injuſtè approbatus, eſt eligibilis.*

111 MUlti DD. quibus ſtat P. Nog. non eſſe Regulares ſic reprobatos eligibiles per Cruciatam conſtanter autumant, & ut certum ſupponũt. Fundantur 1. quia approbatio ſolùm durat uſque ad licitam, & juſtam revocationem; ſed Cruciata requirit veram approbationem: ergò ſic reprobatus nequit per illam eligi in Confeſſarium.

112 Secundò: quia ſequerêtur Pontificem voluiſſe favêre ignorantibus in præjudicium animarum, carêrent enim ductore, & cæcus cæcum ducens, ambo in foveam caderent: ergò ne ſequatur abſurdum adeo evidens, dicendum eſt non fuiſſe mentem Pontificis per ly *ſemèl* in Cruciatâ appoſitum juſtè reprobatos comprehendere, licèt anteriùs fuiſſent approbati.

113 Tertiò: nam in moralibus non eſt attendendus rigor phyſicus: ergò ly *ſemèl* non debet intelligi de unicâ phyſicâ approbatione, ſed de morali ejus perſeverantiâ, quæ abeſt per juſtam reprobationem.

114 Quartò: quippè finis, ob quem Cruciata requirit illam unam approbationem in Regularibus, eſt, quia requirit ſcientiam in Confeſſario à ſe eligendo; ſed hic tollitur per juſtam reprobationẽ, ut patet: ergò, &c. Probatur conſequentia: quia ceſſante privilegij fine, ceſſat & ipſum privilegium, ut cõmuniter traditur.

115 Quintò: quia quando ex aliqua circunſtantia uſus privilegij redditur iniquus, ceſſat privilegium; ſed eligendo Confeſſarium juſtè reprobatum, redditur iniquum privilegium eligentis, peccaret enim ſic eligens: ergò non eſt concedenda ea eligibilitas.

116 Nihilominus ſententia aſſerens Regularem ſemèl approbatum, & poſtea juſtè reprobatum, eſſe per Cruciatam eligibilem, eſt valdè probabilis. Eam expreſsè defendunt, ut probabiliorem, Caſtr. Pal. *de Bull. p.* 7. §. 1. *num.* 4. Ramos *de Bull. cap.* 9. *n.* 7. Bened. Per. *in prompt. mor. tom.* 2. *tract.* 41. *ſect.* 3. *quæſt.* 1. *dub.* 4. *verſ. illud*; & defendere tenentur aſſerentes approbationem eſſe irrevocabilem, ut Sotus, Ledeſma, Henriq. Vaſq. Villalob. & alij apud Paſchalig. *in addit. ad Franchis de contr. inter Epiſc. & Reg. de approbat. Confeſſ. quæſt.* 1. & omnes, qui abſolutè aſſerunt ad Regularium electionem ſatis eſſe unam tantummodò approbationem.

117 Probatur 1. quia approbatus excommunicatus toleratus, licèt juſtè excommunicatus, poteſt à fidelibus eligi, quia eis in Extravag. *Ad evitanda ſcandala*, cõceſſa eſt facultas cum

eo communicandi ſecundùm probabilem ſententiam, quam ſequitur Sanch: *lib. 7. de matrim. diſp.9. num.8.* Palaus *de cenſ.diſp. 2. p.5. num. 5.* & alij apud ipſos: ergò etiam Regularis ſemèl approbatus, licèt poſtea juſtè reprobatus, poterit eligi à fidelibus, quia Cruciata ijs hanc indulgentiam concedit, præcedēte unâ approbatione per ly *ſemèl* manifeſtatâ.

118 Probatur 2. quia de tali reprobato adhuc verificatur quòd ſemèl fuerit approbatus; atquî Cruciatæ privilegium ſolùm hoc requirit: ergò non eſt cur ab ea non ſit eligibilis. Probatur maior: quia ut defendit Soar. Luſit. *in libris de anima, tr. 5. diſp. 1. ſect. 6. num. 54.* verum eſt hodie dicere, quòd Adamus fuit, & modum loquendi aſſerit communem, & valdè uſitatum in divinis literis, & ab Eccleſia decantatum: ergò de illo, qui fuit approbatus, adhuc verificatur, quòd ſemèl fuerit approbatus. Neque ex hoc ſequitur durationem ſemèl præteritam poſſe iterùm etiam divinitùs redîre ſecundùm tempus, quod dicit in obliquo, de quo idem Soar. *in Meth. tr. 7. d. 2. ſect. 1. §. 7.* ſed quòd duratio, quæ præterijt, non poſſet non præterijſſe, ſuppoſito enim quòd præterijt, & præceſſit, impoſſibile eſt, non præterijſſe, & præceſſiſſe, involvit enim manifeſtam implicationem.

119 Probatur 3. quia illa particula *ſemèl* de unico actu eſt intelligenda, nam quod ſemèl fit, nullam recipit diviſionem, & unicâ vice expletur, *L. ſi ita fuerit ff. de manum. teſtam.* ergò non eſt ſecundus actus attendendus; atquî illa reprobatio eſt actus ſecundus, & ſupponit primum: ergò non ad illum, ſed ad primum debet Cruciatæ privilegium collimare, proindeque cùm fuiſſet validus, validè poteſt per Cruciatam exercêri.

120 Probatur 4. quia illud *ſemèl* reſpicit quid ſimul poſitū, per illud enim approbatio perficitur; atquî cùm *ſemèl* reſpicit ſimultaneitatem, nequit antea, & poſtea admittere, *L. ſi libertus 16. §. ſi quis planè ff. de jur. patron.* ergò Cruciata fungens particula *ſemèl* quoad approbationem Regularium, non debet poſteriorem reprobationem expectare.

121 Probatur 5. quia ſemèl licētiatus videtur in perpetuum licentiatus, ut exponit Bald. *in L. ſi quando, Cod. de teſt.* atquî ſemèl approbatus, ſemèl licentiam habuit, ut à fidelibus per Cruciatam eligerêtur: ergò non poteſt haberi pro non approbato ad eam electionem Cruciatæ eum ſemèl licentiantis.

122 Probatur 6. quia ſemèl approbatus nequit prout ſic reprobari, nec invalidari, *gloſ. & Bart. in L. Pompon. 7. col. verſ. ex hoc verum habes ff. de negot. geſt. & in L. incōmodato, §. ſicut ff. commod.*

mod. & in L. dispensatorem, de sol. Oldrad. *cons.* 18. & alij.

123 Probatur 7. arg. *text. in §. simul, Inst. quibus ex caus. manum.* ubi præcipit Justinianus causam semèl approbatã, sivè vera sit, sivè falsa, non retractari, ex *glos. ibi*, & Pichard. exponit in favorem libertatis: ergò potiùs legitima approbatio Regularis ad Cruciatam indulta non poterit etiam justè revocari, cùm ea indulgentia fuerit expedîta in favorem animarum, & Fidei exaltandæ, Religionisque Catholicæ propagandæ.

Solvuntur fundamenta contraria.

124 **Ad primum adversæ sententiæ fundamentum respondeo distinguendo maiorem; approbatio solùm durat usque ad revocationem, ut accipiat jurisdictionem ab Ordinario, vel ab alio privilegiato non habente clausulam unam dumtaxàt approbationem requirentem, concedo maiorem; ut accipiat jurisdictionem à Cruciata, quæ eam clausulam importat, nego maiorem.**

125 Instabis: perseverantia approbationis non dependet à Pontificis voluntate, siquidem est actus intellectûs judicantis personam idoneam: ergò mutato judicio nequit à Pontifice approbari. Respondeo disting. antecedens; non dependet à voluntate Pontificis, si ab eo apponatur pro conditione ad concessionem, nego antecedens; si Pontifex ad eam ultimò terminêtur judicandum, concedo antecedẽs: cùm enim tunc prævaleat judicium, nequit Pontifex ire contra mẽtem, nec approbare quod re ipsâ approbabile non est: at cùm in Cruciatæ concessione feratur Pontifex in commodum exaltandæ Fidei, & favorem animarum, solâ positâ pro conditione primâ illâ approbatione, & possit, ut negabile non est; non debet eam rejicere Cruciata.

126 Ad secundum respondeo, negando sequelam; nam Pontificis intentio solummodò tetendit in favorem fidelium, ut haberent in promptu Confessarios, & noluit arbitrio Ordinarij, neque illius judicio committere præter unicam approbationem; quod si per accidens contingat ignorantiæ favère, accidentia, & contingentia non possunt à lege attendi, ut suprà diximus; etsi fideles nimis vitijs innodentur, ipsorum erit, doctos quærere, ut omnes fateri tenêmur, quando approbatus ab Ordinario reipsâ ignorans est, peccaret enim, qui scientèr ei confiterêtur; neque ex hoc sequerêtur fore invalidã confessionem, si ignorantèr, & bona fide procederet pœnitens, immò, etsi ipse Confessarius malâ fide absolveret; multa enim sunt illicita, quæ tamen facta tenent, ut est in jure vulgatum.

Insu-

Insuper etiam in his supplere poterit scientia, & prudentia pœnitentis, ut probat Suarius *de pœnit. disput.* 28. *sect.* 2. *num.* 12. cum communi: ergò similiter dicendum de legitimè approbato, licèt postea justè reprobato; quòd intentio Pōtificis sola fuit, ut immunes redderet fideles ab his dissensionibus Episcoporum, & eis pro viribus occurreret, ut via facilior patêret ad exonerādas conscientias, ut sanè patet per Confessarios Regulares, cùm soli Parochi omnibus nequeant accurrere.

127 Ad tertium distinguo antecedens; in ijs, quæ dependent à voluntate disponentis, & ita exprimentis, nego antecedens; aliàs, concedo antecedens: at cùm Pontifex indulgens expresserit in Regularibus ly *semèl*, ut sæcularibus facultatem adimeret, satis significavit, se physicam approbationem indulsisse, aliàs Regulares sæcularibus pares in concessione remanerent, quod si Pontifex voluisset, non ita expressisset.

128 Ad quartum distinguo maiorem: quia requirit scientiam in Cōfessario semèl ab Ordinario judicatam, concedo maiorem; pluriès, nego maiorem. Ad consequentiæ probationem distinguo, cessante fine, seu potiùs conditione privilegij requirente tractum successivū, cessat privilegium, concedo; si conditio primò simùl existat, nego maiorem; & diversitas est, quia in secundo casu debet privilegium commēsurari durationi temporis ex *cap. Abbate*, *de verb. signif.* at verò quando cōditio est absolutè posita, nullam durationem, aut temporis successionem respicit, ut visitur in pluribus exemplis adductis à Palao *de privil. disp.* 4. *p.* 15. *n.* 7. ad medium.

129 Ad quintum nego minorem; aliter idem dicendum foret de Sacerdote injustè approbato per judicium Ordinarij: undè cùm in eo casu remittendus est pœnitens propriæ prudentiæ, & scientiæ, similiter in nostro; quod necessariò fateri debemus in legitimè approbatis respectu pœnitentis gravioribus casibus oppressi; & quando ejus scientia non suppleat defectum Confessarij, remitti solet ad doctiores.

EXPLORATIO QUINTA.

Quid discernendum de probabilitate relatarum opinionum?

DIximus esse probabiles suprà traditas resolutiones, tā ob authoritatem DD. quàm ob rationum stabilimenta; supereſt inquirendum, num earum probabilitas sit satis, ut tutò in praxim possint reduci? & an ab Episcopis quadantenus valeant inhiberi?

SUM-

SUMMARIUM.

130 *Sententia probabilis circa jurisdictionem Confessarij est practicè tuta.*

131 *Commissarius Generalis declarare valet sententiam probabilem, circa Cruciatam, ut certam.*

132 *Limita in loco suæ jurisdictionis,* & *n.* 133. & 134.

135 *Episcopus nequit interdicere in sua Diœcesi opiniones ad totum Regnum spectantes.*

136 *Ea potestas Commissarij emanat à Pontifice.*

137 *Error ubicumque, & quandocumque est corrigendus.*

138 *Episcopus compellere nō valet Regulares ad novum examen, ut Cruciatæ privilegium exerceant.*

139 *Regularis, sivè justè, sivè injustè reprobatus, est eligibilis, dūmodò semèl fuisset approbatus.*

140 *Episcopus solùm potest compellere alibi approbatum Regularem ad novum examen, ut exerceat suam jurisdictionem, non Cruciatæ.*

141 *Non refert, quòd Cruciata adversêtur aliquali Episcopi jurisdictioni.*

142 *Episcopus solùm potest corrigere in suo Episcopatu, quod Pontifex sibi non reservat corrigendùm.*

143 *Facultates ad eligendum Cōfessariū idoneum reductæ sunt ad terminos Tridētini in approbatione præstandâ ab Ordinarijs locorum, non respectu Cruciatæ.*

144 *Nova jura per antiqua limitantur, quando per hoc fuit aliquid specialitèr provisum.*

145 *Particula* semèl *in Regularibus omnes Ordinarios observat.*

146 *Unum extremùm cum alio connexum, per illud debet explicari.*

147 *Privilegium Cruciatæ est piū, & bonum commune.*
Privilegium ex certâ scientiâ latam recipit interpretationem.
Ibid.

148 *Lex odiosa nequit extendi de uno ad alium casum, etsi adsit eadem ratio.*

149 *Unum ex æquiparatis, aliud ad se trahit.*

150 *Privilegium ampliatur, & restringitur diversis titulis.*

151 *Observatur norma, quâ Episcopus corrigere valeat errores Cruciatæ,* & *n.* 152.

153 *Omnes ultius Conventûs Regulares nequeunt suspendi simùl.*

154 *Innocent. X. vetuit Regularibus confessiones excipere citrà localem approbationem.*

155 *Ratio legis non est ipsa lex.*

156 *Adducitur declaratio Cardinalium sub Innoc. X.*

157 *Non datur obligatio legis, nisi Legislator suam voluntatem manifestet.*

158 *Clem.* dudum, *correcta fuit à Clem. X.*

159 *In materia ad salutem spectante,*

Digitized by Google

ctante quomodo certa incertis debeant præponi.

Sequens opinionem probabilem, non ſequitur incertum, ſed moraliter certum. Ibid.

Error communis, & titulus coloratus confert juriſdictionem. Ibid.

160 *Ab electione Epiſcopi de conſulibus pendet plurium diſſenſionum concordia.*

161 *Increpantur Epiſcopi ad novum examen cogentes Regulares abſque ſpecialiſſima ratione.*

162 *Idem proſequitur circa Cruciatam.*

163 *Epiſcopus Palafox ſolùm arcuit Regulares, licentiâ priùs non oſtensâ, confeſſiones audientes.*

164 *Recapitulatur aſſumptum.*

130 INquires 1. An ſuprà illatæ opiniones poſſint tutò practicari? Reſpondeo affirmativè. Ratio eſt: quia omnes dictæ opiniones verſantur circa juriſdictionem Confeſſarij in adminiſtratione Sacramenti Pœnitētiæ, & ſunt practicè probabiles, habent enim pro ſe graviſſimos DD. & ſolidiſſima fundamenta, ut oſtenſum eſt cùm omnibus circunſtantijs, quæ eas ad praxim reducere poſſunt; atquî ſententia probabilis circa juriſdictionem Confeſſarij tutò ſequi poteſt, ut tenet communis ſententia, quam defendunt Palaus *tract.* 1. *diſp.* 2. *p.* 5. *n.* 5. Hozes *prop.* 1. *num.* 7. Hurt. *tract.* 12. *cap.* 10. *num.* 2055. Sanch. *lib.* 8. *de matr. d.* 22. *num.* 68. Leand. *tr.* 5. *d.* 11. *quæſt.* 79. Mend. *d.* 22. *cap.* 10. Vaſq. 1. 2. *tom.* 2. *d.* 156. *n.* 27. Salas *de leg. d.* 2. *ſect.* 6. *num.* 4. Trullench. *de Bull. lib.* 1. §. 7. *cap.* 1. *dub.* 2. *num.* 9. Ant. à Spir. Sāct. *tract.* 5. *de pœnit. d.* 11. *ſect.* 9. Peres *diſp.* 24. *ſect.* 10. Arauxo *deciſ. mor. loco ſuprà citato*, Corella *pract. tr.* 10. *prop.* 2. *num.* 19. *& in ſum. tr.* 7. *conſ.* 10. §. 2. *num.* 577. Torrecilla *conſ. tract.* 1. *prop.* 29. *concl.* 5. Lumbier *obſ.* 3. §. 2. *n.* 30. Carden. *op. poſth. diſſert.* 2. *cap.* 6. *n.* 160. & plures alij apud ipſos: ergò omnes ſupradictæ concluſiones poſſunt tutò practicari.

131 Inquires 2. Utrùm Cōmiſſarius poſſit declarare ſententiam probabilem ſpectantem ad Cruciatam, ut certam? Reſpondeo affirmativè. Ratio eſt: quia Commiſſarius Generalis habet facultatem à Pontifice declarandi dubia circa Cruciatam, ut patet ex diplomate Leonis X. & alijs apud Archivum Cruciatæ, quæ meminit Nog. *in tract. de Bullâ*: atquî inter propoſitiones utrinque probabiles verſatur dubium, ut oſtendit Carden. *Cri. Theol. p.* 1. *tr.* 1. *cap.* 5. *n.* 52. ergò Commiſſarius poteſt declarare quænam ex illis debeat obſervari: atquî factâ hâc declaratione conſtat de mente Pontificis, quâ ſuppoſitâ; nequit aliter judicari juxta *L. non dubium*, *cod. de leg.* & colligitur ex *L. ſcire* §. *aliud*

Digitized by Google

§. *aliud ff. de excuſ. tutor.* & ex *L. non alitèr ff. de legat. cap. humanæ aures 22. quæſt. 5. cap. 2. requiris, de appell.* Tiraq. *ad L. ſi unquam, Cod. de revocand. donat. verb. libertas, num.* 45. Suar. *de leg. lib.* 6. *cap.* 1. *à num.* 12. Palaus *tr.* 3. *d.* 5. *p.* 3. §. 3. *num.* 1. Bonac. *d.* 1. *q.* 1. *p.* 8. *à num.* 4. & alij apud ipſos: ergò factâ hâc declaratione à Commiſſario circa opiniones ſuprà traditas debent haberi pro certis. Immò Marchant. *tom.* 1. *tr.* 5. *tit.* 5. *quæſt.* 5. *concl.* 2. *verſ. quoad ſecundam*, aſſerit ſuperiori, cujus intereſt legem interpretari, vel declarare, ſtandum eſſe pro explicatione casûs, cujus materia ipſius poteſtatem aliquo modo reſpiciat, & ſi ea opinio aliquo modo videâtur à lege deviâre.

132 Nec dicas contrarias opiniones eſſe in toto orbe receptas ut probabiles, habéreque vim conſuetudinis probabilis, quę ubique poteſt ſervari; poteſtatem autem Commiſſarij non extendi ad orbem. Reſpondeo enim, diſtinguendo aſſumptum; ſunt in toto orbe probabiles, ſed reſpiciunt conceſſionem determinatam ad certum locum, concedo: reſpiciunt conceſſionem ſpectantem ad totum orbem, nego: undè non ſequitur, quòd licèt non poſſit ſe ingerere in opiniones ſpectantes ad orbem, non ſe ingerere poſſit in eas, quarum praxis ſpectat ad locum ſuę juriſdictionis, ſcilicèt in dominijs Luſitaniæ.

133 Neque urgêbis: Verba Bullæ Luſitanæ, circa quæ procedunt traditæ ſententiæ, coincidere cum verbis Bullæ Hiſpanæ, proindeque eorum reſolutionem ſpectare ad utraque dominia excedentia Commiſſarij facultatem. Reſpondeo enim declarationem Commiſſarij ſolummodò valituram in dominijs Luſitanis, ad quæ habet poteſtatem à Pontifice utriſque dominijs ſuperiore.

134 Nec inferas: ergò per eam declarationem poterit manêre mens Pontificis diverſimodè explicata Luſitaniæ, ac in Regnis Hiſpaniarum, ubi Cõmiſſarius aliàs poterit declarare, habet enim etiam facultatem à Põtifice. Reſpondeo enim concedẽdo illationem; nam cùm uterque habeat juriſdictionem ad mentem Pontificis in dubijs declarandam, alter ſic, & ſic alter eam expromere poteſt: nec mirum, cùm ipſe Pontifex, cujus eſt juriſdictio hæc, id paritèr efficere poſſit; ſæpè enim per verba ambigua ſemèl ſic, & rursùs aliàs ſolemus explicari.

135 Inquires 3. An Epiſcopus poſſit interdicere opinionem probabilem ad totum Regnum ſpectantem? Reſpondeo negativè. Ita Sanch. *lib.* 6. *in Decal. cap.* 3. *num.* 7. Sayr. *in Clavi Reg. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 6. Pal. *de conſc. diſp.* 2. *p.* 6. *num.* 1. & alij apud ipſos. Probatur: quia Epiſcopus nequit prohibêre in ſuo Epiſ-

Digitized by Google

Epiſcopatu uſus, & conſuetudines ſpectantes ad Regnum, nequit enim contraîre juri communi, ut Pal. *de leg. d.* 1. *p.* 23. *num.* 7. Layman. *lib.* 1. *tr.* 4. *cap.* 7. §. 2. *n.* 5. & alij cum communi ſententiâ: ergò, &c.

136 Nec obeſt Commiſſarium in his dominijs hanc habêre facultatem, eam enim habet à Pontifice ſpecialitèr concedente, Epiſcopo autem nec à jure, nec ſpecialitèr à Pontifice alicubi videtur attributa hæc poteſtas circa uſus univerſales, vel propoſitiones univerſum Regnum reſpicientes, & minùs circa uſus Cruciatæ, cujus executio privativè ſpectat ad Commiſſarium, qui ſolùm Pontificem Summum agnoſcit ſuperiorem.

137 An verò ſaltem poſſit compellere Regulares approbatos à prædeceſſore ad novum examen? Videtur quòd ſic: 1. quia Epiſcopo conceſſa eſt facultas à Pio V. Gregor. XIII. & noviſſimè à Clem. X. vocandi approbatos à prædeceſſore, immò à ſe ipſo novâ ſuperveniẽte causâ ad confeſſiones tendente. 2. quia Epiſcopus potuit errare in prima approbatione; ſed error ubicumque, & quandocũque invenîtur, eſt corrigendus, nam error excludit conſenſum, *L. ſi per errorem ff. de juriſd. omn. judic.* & *L. nam idcirco*, *Cod. de jur. ignor.* ergò ut Epiſcopus corrigat errorẽ forsàn elapſum, poterit cõpellere ad examen. 3. quia Epiſcopus poteſt compellere confraternitates habẽtes privilegium eligendi Confeſſarium idoneum, quem maluerint, ne eligant, niſi actualitèr approbatum ab Ordinario, ut patet ex Bullâ Clem. VIII. *Quæcumque*, inter Bullas hujus Põtificis apud Cherubinum, & Franchis *in controv. inter Epiſc. de erect. confraternitatum, & de approbatione Confeſſariorum quæſt.* 6. Ergò ſimilitèr licèt fideles Cruciatam obtinentes poſſint eligere Confeſſarium Regularem ſemèl approbatum, illum poterit Epiſcopus compellere ad examen, & fidelibus inhibêre electionẽ non ab eo actualitèr approbati.

138 His tamen non obſtantibus, firmitèr tenẽdum eſt, non poſſe Epiſcopum prohibêre fidelibus electionem Regularis ſemèl approbati etiam à ſuo prædeceſſore, nec ipſum Regularem compellere ad novum examen, ut conſcientias expiet virtute Cruciatæ. Ita Arauxo *deciſ. moral. tract.* 1. *quæſt.* 8. *ſect.* 3. *à n.* 12. Delbene *de immunit. tom.* 1. *cap.* 14. *dub.* 18. *num.* 125. Pellizzar. *man. Reg. tract.* 8. *cap.* 3. *num.* 20. Valer. *verb. abſolutio, diff.* 1. *num.* 18. Boſſius *de Jub. ſect.* 3. *caſu* 11. §. 7. *num.* 222. Paſchalig. *de Jub. quæſt.* 182. *num.* 7. Lezan. *tom.* 4. *conſult.* 40. *per totam*, ubi caſum in terminis proponit. Probatur 1. quia Epiſcopus nequit prohibêre, ne delegatus Summi Pontificis fungatur in ſuo Epiſcopa-

Digitized by Google

copatu munere ſuo, quando hic eſt independens à quocumque loco; ſed Confeſſor electus virtute Cruciatæ, factâ electione, fit Delegatus Summi Pontificis independentèr à determinatione loci: ergò Epiſcopus nequit eum ullatenùs vetâre, ne Confeſſarij munus exequatur ad electionem Cruciatæ; atquî vetâret, ſi ad examen vocâret: ergò, &c.

139 Probatur 2. quia, ut diximus Explorat. 3. & 4. Regularis ſivè juſtè, ſivè injuſtè reprobatus, eſt per Cruciatam eligibilis: ergò fruſtrà ad examen vocaretur ab Epiſcopo, fruſtranea enim, & inutilia ſunt vitanda.

140 Ad primum adverſum fundamentum diſtinguo: Epiſcopo conceſſa eſt facultas ad vocandum ad examen Regulares, ut ipſi vigore ſuorum privilegiorum confeſſiones audiant, cõcedo: ut eligantur à fidelibus virtute Cruciatæ, nego: nam Pontifices ne verbum quidem de electione fidelium per Cruciatam expreſſerunt; & ſi Epiſcopus hoc facere poſſet, indirectè exercitium Cruciatæ impediret, cujus Executor privativus eſt ſolus Commiſſarius cum non obſtantijs, quæ in Bulla Plũbea videri poſſunt, ad Sedes Cathedrales, & Metropolitanas ſpectantibus.

141 Inſtabis: etiam fideles utentes Cruciatâ, per hanc interpretationem indirectè adverſantur Epiſcopi juriſdictioni, & decretis Pontificijs: ergò arcêri debent. Reſpõdeo negando conſequentiam: diverſitas eſt; quia ad hanc interpretationem concurrit brachium Pontificis ſic concedentis, & ejus Delegati ſic declarantis eam indirectam juriſdictionis ordinariæ contraventionem: at verò Epiſcopo non eſt conceſſa poteſtas ambiguam Pontificis mentem declarandi, neque Pontifex eam expreſſit contra Cruciatam in ſuis decretis.

142 Ad ſecundum dico, Epiſcopum poſſe eum errorem corrigere, ſi in conceſſione non ſit clauſula appoſita reducens eam ad primam approbationẽ; non verò quando ea appoſita eſt, tunc enim in ſe ſuſcipit Pontifex eam correctionem, quatenùs electionem fidit Cruciatam comparanti, vel potiùs mavult Regularem ſubjici ſuo Prælato per Religionis Conſtitutiones corrigendum, ne error ſubrepat in animarum detrimentum.

143 Ad tertium reſpondeo negando conſequentiam: ratio eſt, quia licèt eæ Confraternitates, quales hîc ſunt Miſericordiæ nuncupatæ, D. Antonij Ulyſſiponenſis, Receptaculi Arcis hujus Civitatis, & ſi quæ ſunt aliæ, habeant eam amplam facultatem, reducta eſt à Clem. VIII. in diplomate prælegato in eligendo Confeſſario ad approbationem præſtandam à locorum

Digitized by Google

Ordinarijs, neque ibi addit Pontifex quoad Regulares ly *semèl*: at verò in Cruciatæ privilegio, neque arctat Pontifex approbationes ab Ordinarijs locorum præſtandas, neque ad Regulares eas actualitèr præſtitas expoſtulat, ſed ſemèl datæ ſibi placent, remiſſo errore, ſi quis interfuerit, ad prudentiam fidelis,& correctionem Prælati: quoad ſæculares autem Confeſſarios voluit Pontifex in hoc non extrahi ab Ordinarij juriſdictione, cujus ſunt ſubditi, & ad quem pertinet providêre, quòd Miniſtri cõgruè exerceant proprium munus, & ſi non ſint apti, adhibêre remedium opportunum, præſertim cùm ſoli ipſi Ordinario ſubjectionem agnoſcant: & reſpectu quorum error illapſus venit corrigendus, & retractandus.

144 Hujus igitùr difficultatis nodus magis implicatur; quòd nova jura per antiqua limitationem recipiunt, quando per antiqua in aliquo ſpecialitèr facta fuit proviſio, quia hæc nũquam cenſetur correcta, ex *L. ſciendum, ff. qui ſatisdare cogantur*; atquî circa approbationem, & examen Regularium ſpecialitèr proviſum eſt à Pontificibus, & noviſſimè à Clem. X. poſſe Epiſcopum ſucceſſorem ad novum examen vocare Regulares, ut conſtãtèr docent omnes DD. ergò indulgentia Cruciatę debet limitari per eam Pontificũ præſcriptionem,proindeque poſſunt Regulares per Cruciatam electi vocari ad examen, perindè ac per Pontifices decretum eſt. Reſpondeo tamen hoc benè fluiſſe, quando per Pontificem clarè aliud non exprimerêtur, ſi enim Pontifex ſolam requireret approbationem abſque addito *ſemèl*, de approbatione à jure requiſita ex hoc capite (aliud infrà) intelligi debêret; quemadmodum concedens tantùm facultatem ad ſibi reſervata non intelligitur de Epiſcopalibus, de quibus eſt ſpecialitèr proviſum: at exprimit tam ad reſervata Epiſcopis, quàm ad unam approbationem per particulam *ſemèl*: ergò nequit approbatio limitari per antiquum jus, ſicut nec limitatur facultas ad reſervata.

145 Inſtabis: Pontifex indulget indiſtinctè approbationẽ ab Ordinario obtinendam ſine addito, quæ debet declarari per priſtinum jus approbationem ab Ordinario loci requirens: ergò quando ſermo dirigitur ad Regularium unicam approbationẽ, de illa unica approbatione ab Ordinario locali petenda intelligi debet reſpectivè, & non ab omnibus Ordinarijs disjunctivè. Reſpondeo negãdo antecedens: quin è contra poſſumus arguere, Pontificem electionem Regularium limitaſſe ad unam approbationem, ideſt quamlibet, ſeu cujuslibet Ordinarij: ergò in ſæcularibus ad actualem ubique,ideſt non

Digitized by Google

non juſtè revocatam. Antecedens conſtat ; quia alitèr eſſet inutilis ea additio contra diſpoſitionem *cap. Papa, de privil. in 6.* & non poſſe, niſi ſemèl ad examen vocari ab eodem Ordinario, habent Regulares ab ipſo Clem. X. ergò particula *ſemèl* alios Ordinarios debet concernere, tam ſucceſſores ejuſdem loci, quàm alterius Ordinarios.

146 Neque inſtantia aliquid urget, disjungit enim partes ejuſdem privilegij omninò connexas, quod eſt mutilare privilegium, cùm potiùs unum extremum cum alio connexum per illud debeat explicari, ut eſt cõmunis propoſitio in utroque jure, ut benè notat Donat. *Prax. Reg. tom. 1. p. 1. tract. 8. quæſt. 1. num. 10.* ex *cap. 2. requiris, de appel.* & cùm primum extremum ſit genericum, & obſcurius, ſecundum verò ſpecificum, & clarius, primum per ſecundum debet declarari, non è contra.

147 Si verò primam partem ſeorſim ſumere placeat, etiam diximus ſatis, ſuperque ſuprà, pati ſupradictam regulam in eâ exceptionem, & limitationem, quia eſt favor piæ cauſæ, ut Palaus *de priv. d. 4. p. 10. num. 5.* tum quia eſt privilegium Cruciatæ in bonum commune, & ſubventionem belli contra infideles, ut docet Suar. *lib. 6. de voto cap. 16. num. 3.* Bonac. *de priv. d. 1. quæſt. 3. p. 7. §. 1. num. 17. & de indulg. p. 7. ad fin.* Pal. *cit. p. 11. num. 7.* tum quia favet animabus fidelium, ne in peccatis ſordeſcant, ut Bonac. *cit. num. 11.* Sal. *d. 17. ſect. 8. num. 51.* Pal. *cit. n. 8.* & alij apud ipſos, ubi lata admittitur interpretatio ad omne id, quod verba ſonant, quia bonum commune præponderat derogationi legis communis ; præſertim cùm ſit privilegium ex certâ ſcientiâ conceſſum, quod latiſſimè debet explicari, quanvis ſit contra jus commune, juxta *cap. ſi motu proprio, de præb. in 6.* quo caſu decet honorem, & liberalitatem Principis lata beneficij interpretatio, *L. 1. Cod. de pet. bon. ſubl. lib. 10.* Sanch. *lib. 8. de matr. d. 1. n. 5. & 6.* Suar. *de leg. L. 8. cap. 27. num. 8.* Bonac. *d. 1. quæſt. 3. p. 7. §. 1. num. 7.* Salas *d. 20. ſect. 10. num. 89.* & noviſſimè Donat. *tom. 1. p. 1. tr. 8. quæſt. 6. num. 3.*

148 Nec contra hoc aliquid eſt ſpecialitèr proviſum, licèt enim Regularibus ſpecialitèr ſit prohibitum, ne audiant confeſſiones ſine approbatione ab Ordinario loci obtinenda, & paritèr Confraternitatibus ne eligant non approbatum vigore ſuorum privilegiorum, de quibus ſuprà, non tamen invenitur cautum privilegium eligendi ſemèl approbatum per Cruciatam; & cùm ſit lex odioſa, & gravamen adducens fidelibus, nequid extendi de uno ad alium caſum, etiamſi ſimilitudo, vel rationis identitas in utroque con-

currat, ut benè Suar. *tom.* 3. *de Euchar. quæſt.* 67. *art.* 8. *& lib.* 6. *de leg. cap.* 3. *num.* 5. Sanch. *lib.* 10. *de matr. d.* 4. *num.* 3. ubi pluribus exornant: immò tametſi conſideratêtur favorabilis, ut docet ipſe Suar. *n.* 9. & Bonac. *quæſt.* 1. *p.* 8. *num.* 26. quia quod ex verbis non provenit, neque ex mẽte creditur provenîre, *L. Labeo, §. idem Tubero, ff. de ſupellect.*

149 Neque unum ex æquiparatis aliud ad ſe trahit, ut corrigat, niſi ob eandem rationem ſint æquiparata (ſi verè hîc æquiparatio adnotetur) quod conſtat in *L. fin. Cod. de Sacroſ. Eccleſijs*, ubi Eccleſia, & Civitas æquiparantur in præſcriptione, quæ licèt in Auth. *quas act. eod. tit.* corrigatur ad privilegium Eccleſiarum, non cenſetur correctum ad Civitatibus conceſſum, quia Eccleſiæ conceſſum fuerat favore Religionis, Civitatibus verò propter jus publicum, ut tradit ex pluribus Pal. *de leg. d.* 5. *p.* 3. §. 4. *num.* 5. Itaque privilegium conceſſum Regularibus, & Confraternitatibus, cenſêtur conceſſum Communitati in favorem animarum: at verò Cruciata tranſcendit ad bonum Fidei exaltandæ, & propagandæ. Neque hîc vera datur in jure æquiparatio, nullibi enim reperîtur, quòd diſpoſitum circa Regulares, vel Cõfraternitates intelligatur diſpoſitum in cauſis Fidei contra Turcas; neque quòd diſpoſitum in unâ cauſâ piâ cenſeatur in aliâ diſpoſitum, niſi ad favores unicuique ſpecialitèr conceſſos ampliandos: quod invenîtur in exẽplo allato, & in Falcidiâ, & Trebelianicâ ex *L. Marcellus* §. *Quod autem ff. ad Trebel.* Immò ratio diverſa datur in utriſque conceſſionibus; nam Regulares prætẽdêbant ex *Clem. Dudum*, præſentari Ordinarijs; & ſi injuſtè reprobarentur, cenſerentur approbati generaliter contra mentem Trid. Confraternitates verò ſolam idoneitatem quærebant in eligendo: at verò Cruciata, & requirit veram approbationem, & ſpecialis notæ privilegium habet per particulam ſemèl ſignificatum, quæ in memoratis privilegijs non invenîtur.

150 Nec mirùm quòd ijſdem perſonis eadem facultas diverſis titulis reſtringatur, & ampliêtur; nam etiam privilegium conceſſum filijsfamilias contra jus commune reſtringitur, *L. ult. Cod. de his, qui veniam*, itaut ſolùm pro filijs legitimis intelligatur, cùm tamen ad legitimatos ampliêtur, ſi intuitu piæ cauſæ concedatur, quale conceſſum militibus, Religioſis, & ſimilibus, ut Bart. *in L. ſi conſtantèr, ff. ſoluto matrim. num.* 44. & vidêri poteſt Tiraq. *tract. de pia cauſa, num.* 160. ergò etiam licèt ijſdem fidelibus, & Regularibus reſtringatur privilegium conceſſum intuitu Communitatis, & certæ piæ cauſæ, ampliabitur conceſſum intuitu alterius, nempè ſubſidij

fidij adverſus infideles, præſertim notâ affectum ſpecialiſſimâ, & quotannis tot non obſtantijs promulgatum: ergò ad illius uſum novum ad examen Regulares cogere Epiſcopo non licet, inferior enim nullatenùs privilegium à ſuperiore conceſſum impedire valet.

151 Dices: Sequitur ex hoc, quòd Epiſcopus videns labantem ovem, & à lupo raptam, ejusque unguibus dilaniandam, balanti non poſſit occurrere, nec ſuccurrere, cùm ſit ex grege ſibi à Deo commiſſo, proindeque ſit ſibi dolor irremediabilis ſuper ejus interitu, quod eſt juri naturæ, & Divino, ac menti Pontificis oppoſitum: ergò ne imperitia Confeſſarij ei ſit tantæ calamitati, dicendum eſt, poſſe Cõfeſſarium, licèt aliàs à prædeceſſore approbatum, ad novum examen revocari, ut imperîtus reprobêtur ab Epiſcopo ſucceſſore remedium opportunũ ſuis ovibus ſuppeditare jure Divino adſtricto.

152 Reſpondeo tamen vel eam notitiam ab Epiſcopo habitam fundari in reali dubitandi causâ, vel ſolùm in vagâ Regularium detractione: ſi ſecundum, deponat Epiſcopus ſcrupulos, non enim tam urgêtur conſcientiâ, quàm ſuperfluo timore, nam tenêtur benè opinari de diligentiâ, & vigilantiâ prædeceſſorum, ac idoneitate perſonarum, quandiu ſibi aliud non conſtat. Si primum, ideſt, reales fiant coram Epiſcopo querimoniæ, aut occurrat legitima ratio dubitandi de alicujus approbati idoneitate, agat cum ejus ſuperiore, ut prudentèr ab illo idoneitas perſonæ tentêtur, & inquiratur, ac de competenti remedio provideatur: deficiente autem notoriè ſuperiore in munere ſuo quoad hujuſmodi privationem, hoc eſt, ſi perfunctoriùs, & incuriùs notoriè deprehendatur, tunc procedat Epiſcopus tanquàm Delegatus Sedis Apoſtolicæ ex Trid. *ſeſſ. ultim. de regul. cap.* 14. Vide March. *tom.* 1. *tract.* 2. *tit.* 7. *q.* 2. *& tom.* 3. *in reſolutionibus Regulares concernentibus caſ.* 10. *in reſp. ad ſecundum, & tertium dubium, & in ad notat. ad fin. adnot.* 3. *ad hunc caſum in reſp. ad* 3. qui licèt ſcripſerit ante Clementini diplomatis expeditionem, cùm tamen per Cruciatæ particulam *ſemèl* reducatur privilegium unicæ approbationis ad terminos juris communis, aptabilis eſt illius ſolutio eodem noſtro tunc occurrenti caſu ab eo conſulto exhibita.

153 Verùm attendat Epiſcopus Clement. X. inhibitionẽ, ne inconſultâ Sede Apoſtolicâ omnes unius Conventûs Regulares ſuſpendat, ſed perſonis in ſingulari tantùm prudentèr provideat, & de qualibet juſtum judicium ferat, ne doctus cum indocto, & innocens cum Reo involvatur, ut benè advertit

idem Marchant. *cit.*

154 Instabis pro P. Ramon, qui novissimè negativam sentẽtiam defendit *tr. inscripto, Cartilla de la Theolog. moral. tract. 2. cap. 4. sect. 4. num. 77. vers. la primera opinion*: in contentione (inquit) inter Episcopum Angelopolitanum D. Joannem Palafox, & PP. Societatis Jesu, Innocentio X. significatâ (non memorat hic A. Bullam Clem. X. licèt post ejus emanationem pepigerit) rescripsit Pontifex, non posse eos PP. audire confessiones sine approbatione Diœcesani, non obstantibus eorum privilegijs ad eligendum Confessarium facultatem concedentibus: ergò etiam non poterunt eligi virtute Cruciatæ absque Diœcesani approbatione. Probatur cõsequentia: quia in ratione privilegij ad eligendum Confessarium æquiparantur privilegia Regularium, & Cruciatæ privilegia: ergò Episcopus in utroque casu pariter poterit Regulares ad examen compellere.

155 Respondeo tamen negando consequentiam, & ejus probationem: nam lex non extenditur propter solam identitatem rationis, ut tradit Suar *de leg. lib. 6. cap. 3. à num. 4.* Pal. *tr. 3. d. 5. p. 3. § 4. num. 2.* & alij ex *Clem. 1. de elect.* ubi ratio prohibendi, ne Religiosus in Episcopum Cathedralis, vel Regularis Ecclesiæ eligerẽtur, procedebat pariter ac ne eligerẽtur in Abbatem Monasterij adversæ professionis, & nihilominus electio Episcopatûs permittitur, non tamen Prælatura Regularis. Deinde etiam ratio prohibendi electionem Religiosi diversi habitûs, & professionis in Prælatum procedit in quolibet Religioso diversæ professionis, si velit vivere in Conventu alieno, & tamen hoc non prohibẽtur, ut constat ex *glos. in suprà dict. cap.* non ob aliam causam, nisi quia ratio legis non est ipsa lex, ut possit comprehendere casum in ejus verbis non comprehensum.

156 Neque declaratio Card. coram Innoc. X. de electione fidelium aliquid decernit, sed de privilegijs Regularium, cujus tenorem affert Palafox in memoriali *pag. mihi* 32. ibi: *Sacra Congregatio à S. D. N. deputata super controversijs vertentibus inter Episcopũ Angelopolitan. in Indijs Occidentalibus, & Religiosos Societatis Jesu, sæpiùs auditis procuratoribus ab eodem Episcopo ad Urbem ablegatis, necnon ipsius Societatis Procuratore Generali, negotioque maturè discusso, censuit præfatos Religiosos nequaquam posse in Civitate, ac Diœcesi Angelopolitana personarum sæcularium confessiones audire sine approbatione Episcopi Diœcesani; nec verbum Dei prædicare in Ecclesijs sui Ordinis, non petitâ ipsius benedictione, nec in alijs Ecclesijs sine ejus licentiâ, nec in Ecclesijs etiam sui Ordinis, ipso contradicente, &*

con-

Digitized by Google

contrà venientes ab Episcopo, tanquam Sedis Apostolicæ Delegato, coercêri, & puniri posse, etiam censuris Ecclesiasticis, in vim constitutionis sanctæ memoriæ Gregor. XV. quæ incipit. Inscrutabili Dei providentiâ, *ac proinde memoratis Religiosis, qui hujusmodi approbationẽ, ac licentiâ se obtinuisse nõ docuerũt, potuisse Episcopũ, seu ejus generalẽ Vicariũ præcipere sub pœna excõmunicationis latæ sentẽtiæ, ut à cõfessionibus audiendis, & verbi Dei prædicatione abstinerent, nec ob eam causam licuisse dictis Religiosis, quasi à manifestis injurijs, & violentijs eligere Conservatores, eosque, ut præfertur, electos in Episcopum, ejusque Vicarium Generalem indebitè, ac nullitèr excommunicationem fulminasse; cæterum Sancta Congregatio feriò in Domino hortatur, ac monet Episcopum, ut Christianæ mansuetudinis memor erga Societatem Jesu, quæ laudabili suo instituto in Ecclesiâ Dei tam fructuosè laboravit, ac sine intermissione laborat, paterno se gerat affectu, eamque in Regimine Ecclesiæ suæ perutilem adjutricẽ agnoscens, benignè foveat, ac pristinæ suæ benevolentiæ restituat, quemadmodum Sacra Cõgregatio ipsum facturum confidit, sibique certò pollicetur, cùm ejus zelum, pietatem, ac Pastoralem solicitudinem compertam habeat. Datum Romæ die decimâ-sextâ Aprilis, anno M.DC.XLVIII.* Et infrà, ibi: *Nono: Utrùm Regularis quicumque, etiam Societatis Jesu, possit administrare Sacramentum Pœnitentiæ sæcularibus, absque licentiâ Episcopi Diœcesani, etiamsi in alienâ Diœcesi approbatus sit? Respondit, Regulares etiam Societatis Jesu, in unâ Diœcesi, ab Episcopo approbatos ad confessiones personarum sæcularium audiendas, nequaquam posse in aliâ Diœcesi hujusmodi confessiones audire, sine approbatione Episcopi Diœcesani.* Quam Bullam transcribit Lezana *tom. 4. conf.* 40. & Fagnan. *infrà cit.*

157 Confirmatur: quia non datur obligatio legis, nisi legislator manifestet voluntatem obligandi; sed eam non manifestat, quando non comprehendit casum sublatâ verborum formâ; ergò circa illum nulla est obligatio.

158 Deinde Clementina *Dudum*, in quâ de semèl approbatis, seu præsentatis sermo erat, correcta fuit per Trid. ut patet ex pluribus Cõstitutionibus Põtificijs, inter quas numeratur ea Innocentij X. & novissima Clem. X. at verò semèl approbatus quoad Regulares in Cruciatæ privilegio adhuc quotannis proclamatur, & quoad sæculares non prohibêtur, sed sub generali concessione comprehenditur.

159 Replicabis cum eodem: In materiâ ad salutem animę spectante incertis certa debent præponi ex D. August. 1. *de Bapt.* contra Donat. *cap.* 3. Atquî se-

u-

curius, & tutius eſt aſſerere requiri approbationem Diœceſanam, ſuppoſitis tot Conſtitutionibus, etſi quæſtionem in terminis non decidant: ergò, &c. Reſpondeo cum Palao *diſp.2.p.5.n.* 10. ſequentem opinionem probabilem non ſequi incertum, ſed id, quod moraliter eſt certum; probabilitas enim generat certitudinem moralem, & ſic certum certo præponitur, non autem incertum: & licèt in ijs, quæ ſpectant ad materiam, & formam Sacramentorum, debeat tutius, & ſecurius amplecti, quia pendent ab inſtitutione Divinâ; in ijs tamen, quæ attinent ad juriſdictionem, cùm pendeant à diſpoſitione Eccleſiæ, non eſt attẽdenda phyſica certitudo, ſed ſola moralis placêre debet, nam etſi erroribus ſit expoſita, cùm poſſint ab Eccleſiâ ſuppleri, & aliàs non detur prohibitio, uti de titulo colorato, & errore cõmuni cõmunitèr traditur à DD. non eſt cur error plebis præponatur DD. & ſapientum opinioni, & æſtimationi. Vide Corella *conſ. mor. tr.7. conſ.* 10. §. 2. *num.577. & pract.* 1. *p.tr.*10.*n.*19. & alios.

160 Et ſanè totum hoc negotium, re benè inſpectâ, pendet ab Ordinarij diſpoſitione, & vergit in pacis conſervationem: primùm, quia Cruciata ſemper ſupponit legitimam Epiſcopi approbationem, cujus judicio fidit Conc. Trid. undè attendant accuratiùs Epiſcopi primò Regularium examini, providentes ſibi de Conſulibus, & Examinatoribus idoneis, & peritis, à quorum ſcientiâ, & prudẽtiâ pendet totus hujus rei cardo, & cautè procedant ad corrigenda à ſuis prædeceſſoribus facta, unde proveniunt diſſenſiones, & diſcordiæ non paucæ. Secundùm, quia ex hac privilegiorum contravẽtione quotidie experîmur mille perturbationes, & incommoda, quæ ceſſant in bonum pacis per à nobis proximè adnotata.

161 Et notãdum valdè eſt, Arauxo Epiſcopum Segobienſem *in ſuis deciſionibus moralibus, de ſtatu Eccleſiaſtico tr.* 1.*quæſt.* 8. *num.*10. 16. & 19. (Epiſcopus, cùm eſſet) Epiſcopos increpaſſe, præcipuè Angelopolitanum D. Joannem de Palafox (& memorat Bullam Innocentij X.) ad novum examen cogentes Regulares, etiam præciſo Cruciatæ privilegio: quòd ſi Clemens X. aliud de à prædeceſſore approbatis decernere videatur (non de omnibus collectivè, ſed de aliquibus disjunctim) hoc ſolùm procedit caſu, quo de aliquo in particulari dubitetur, & circa illum Epiſcopus ſcrupulis vexetur, pro ſuæ conſcientiæ quiete, ut decreverat Pius V. cujus Bullam unà cum alijs Clem.X.in ſua *Superna* Conſtitutione in unum collegit.

162 Dixi (præciſo Cruciatæ privilegio) de hoc enim ſic

ait

ait idem Arauxo *num.* 12. & 22. *Cum privilegio Bullæ Cruciatæ poſſunt Regulares tam intra, quàm extra ſuam Diœceſim, pro qua fuerunt approbati ab Ordinario, confeſſiones quorumcũque ſæcularium excipere, quandiù oppoſitum non fuerit declaratum, aut privilegiũ Bullæ non fuerit à Sede Apoſtolicâ reſtrictum pro tali Diœceſi.* Et ſuprà *num.* 16. loquens de ijſdem Regularibus ſic ait : *Verumtamen non licet ex eis deducere, quòd illis non ſufficiat unica licentia, & approbatio ſemèl obtenta ab Ordinario loci, aut quòd hæc poſſit per ſucceſſorem in eâdem Diœceſi ſuſpendi, aut revocari.* Et *num.* 10. prædixerat Regulares eſſe eligibiles, dummodò tantùm Ordinario loci præſentẽtur ex Clem. *Dudum*, & per Trid. ſolùm unicam approbationem prærequiri, adducens privilegium Cruciatæ, ibi : *Cui reſolutioni favet Bulla Cruciatæ plumbea, quæ in clauſula de eligendo Confeſſore inquit, quòd habens Bullam poſſit eligere in Confeſſarium quemcumque ex approbatis ab Ordinario, & ex Regularibus eum, qui ſemèl fuerit approbatus.*

163 Accedit, quòd Fagnanus *in* 2. *p.* 1. *Decret. cap. Sanè* 2. *de off. & poteſt. jud. delegat. à n.* 27. (ubi etiam tranſcribit Bullam Innoc. X.) exculpat Epiſcõpum Palafox ſolùm prohibuiſſe Regularibus audire confeſſiones, quin priùs oſtenderent approbationes ſibi datas, quod eſt valdè diverſum ab eo, maximè, quòd admodum prudens, & ſapiens Antiſtes prohibuerit cõfeſſiones excipi vigore Cruciatæ intra latitudinem conceſſionis Apoſtolicæ à DD. probabiliter traditam, & ab uno primę Sedis Delegato menſurandam, cujus refert privativè Executorem agere omnium privilegiorum fidelibus per Bullam indultorum, & quidquid adverſum occurrerit, cenſuris repellere.

164 Ex quibus omnibus, ſummariè collectis, liquet Clementem X. ſolùm vulneraſſe, ſeu potiùs declaraſſe privilegia Regularium, ſuperſtite Cruciatæ privilegio, quod nunquam Pontifices infregiſſe ſuis in Conſtitutionibus ſatis exprõpſit Urban. VIII. ſuprà *n.* 38. *p.* 451. adnotatus, & omninò conſulendus: neque Ordinarium in ejus uſum ullatenùs ſe ingerere poſſe, ut ſuſpendat, vel ad novum examen compellat ſemèl approbatos Regulares, remiſsâ quæſtionis dubiæ declaratione Illuſtriſſimo Commiſſario, quem Pontifices indulgentiſſimum creârunt pro authenticâ hujuſce rei interpretatione : quòd ſi utramlibet ſententiam propalabit, libentiſſimè ſuſcipiam. Intereà ad peritiores cõfugio veritate imbuendus, rudis utique Minervæ veniam obtenturus. Prodeant omnia in maiorem Dei gloriam. Ulyſſipone decimo Kalendas Aprilis à Servatoris humani generis

Digitized by Google

ris Nativitate ſexcenteſimas nonageſimas ſextas ultra milleſimas. *Jacobus Tinocus Sylvius.*

Cenſura RR. PP. MM. Ordinis Prædicatorum.

IN hoc literario Certamine, equidem forti, ut contra nonnullos Illuſtriſſimos Præſules, & à Domino dato, cùm pro Cruciatæ privilegio Bullæ, doctiſſimus D. Jacobus Tinocus Sylvius, ut egregius veritatis Athleta, exivit his ſuis Explorationibus, mirâ facundiâ, & veritate integrâ, in proponēdis opinionibus ſcrupulosè doctos vincens, ut in quæſtionibus ſolvendis morali certitudine, & certâ probabilitate indoctè ſcrupuloſos vinceret. Sapientiſſimo ergò Exploratori, victorioſoque Oppugnatori danda eſt æterna à Domino, pro inito Certamine, veritatis Corona, & ſuis reſolutionibus in Morali certò probabilibus, & in praxi tutò ſequendis juſta à doctis pro victrici doctrinâ approbationis ſententia; ut eſt pro Prædicatoribus, & Minoribus diffinitiva allegata Clement. *Dudum, de ſepult.* lexque in corpore juris inſerta: ſic Nobis, duce veritate, viſum in Conventu Sancti Dominici Ulyſſiponenſi, die 15. Junij 1696.

Fr. Manoel Leytaõ. *Fr. Auguſtinus à Sancto Thoma.*
Fr. Emmanuel ab Incarnatione. *Fr. Antonius Pacheco.*
Fr. Emmanuel à Sancto Auguſtino. *Fr. Dominicus ab Incarnatione.*

EXPENDITUR RENITENTIA Ordinariorum.

SUMMARIUM.

1 *Tranſcribuntur literæ paſtorales Epiſcopi Lerienſis.*
2 *Adducitur Trullench pro parte Epiſcopi.*
3 *Decorum eſt ab errore deviare. Plura de laude retractationis.* Ibid.
4 *Reſolvitur quæſtio apud Tribunal Cruciatæ.*
5 *Refertur Epiſtola Regia Epiſcopo miſſa.*
6 *Obtulit Epiſcopus nonnullas oppoſitiones.*
7 *Ratio in lucem edendi quæſtionis reſolutionem.*
8 *Aſſignatur diſparitas inter Archiepiſcopum Ulyſſiponenſem, & Epiſcopum Lerienſem in promulgandis ſuis Paſtoralibus. Tranſcribuntur Epiſcopi epiſtolæ.* Ibid.
Dictiones omnis, & qualiſcũque, *ſunt univerſales.* Ibid.
9 *Privilegijs Regularium opitulatur Author.*

10 *Sa-*

10 *Sacra Congregatio ſtatuit non poſſe revocari omnes licentias.*
11 *Invalida eſt illa revocatio.*
12 *Scandaloſa cenſetur à Sacra Congregatione.*
13 *Affertur decretum Clem. X. & DD. Regularibus faventes. Sententiæ contra Eborenſem Archiepiſcopam.* Ibid.
14 *Revertitur calamus ad Cruciatam, & DD. ei adſtipulãtes recenſentur.*
15 *Conſtitutio Pij V. non loquitur de ſimultaneitate ſuſpenſionis. Adducitur declaratio Card. pro Regularibus.* Ibid.
16 *Regulares etiam particulares in hoc non ſubjiciuntur Epiſcopi voluntati, ſed rationi ad conſcientiæ quietem. Producitur conſilium Marchantij, & Boſci.* Ibid.
17 *Expenditur declaratio data Epiſcopo Patavino.*
18 *Epiſcopi non eſt interpretari privilegia Regularium, ſed Põtificis.*
19 *Ad ſolum Commiſſarium privativè ſpectat declarare privilegia Cruciatæ.*
20 *Nequit Authoris doctrina reprobari.*
21 *Prælato præcipienti ſecundum opinionẽ probabilem poteſt ſubditus contra propriam obedîre. non tamen tenetur.*
22 *Epiſcopus nil valet in reſervatis à Pontifice judici privativo.*
23 *Epiſcopus nil poteſt circa leges, & conſuetudines univerſales.*
24 *Pœna, & culpa correlativa ſũt.*
25 *Ea quæ attinent ad Cruciatã, non ſpectant ad Epiſcopum.*
26 *Expenditur Bulla Pauli V.*
27 *Privilegium Cruciatæ non eſt Confeſſarij, ſed fidelium.*
28 *Bulla Urbani VIII. declaratur. Privilegium perſonale extinguitur cum perſona.* Ibid. *Neque extẽditur de perſona in perſonam.* Ibid.
29 *Diverſitas privilegij diſpẽſandi, & diſpenſaturi.*
30 *Ut privilegium Cruciatæ revocetur, debet Regi intimari revocatio.*
31 *Bulla Urbani aliò tendebat.*
32 *Alia Urbani Bulla expenditur.*
33 *Particula* nullatenùs *omnem rejicit viam revocandi.*
34 *Expenduntur nonnullæ aliæ Bullæ.*
35 *Bulla Innoc. X. premèbat tantùm Regulares, ut licentias oſtẽderent.*
36 *Expurgata fuit à Sacra Congregatione.*
37 *Bullæ Clement. X. reſpondẽtur remiſſivè. Relatio ſumit intelligentiam à ſuo relato.* Ibid.
38 *Præjudicium tertij ſemper à jure præcavẽtur.*
39 *Declarationes Cardinalium nõ ligant, niſi publicentur, & n.* 40.
41 *Referuntur conditiones, ut authenticè habeantur.*
42 *Declaratio cum ipſa lege à principio ineſt.*
43 *Declarationes Cardinaliũ ſunt maximi ponderis.*

44 Re-

Digitized by Google

44 *Revocatio legis debet promulgari.*

45 *Deciſiones Rotæ, Cancellariæ, & Senatûs Regij non faciunt legem.*
Non tamen recedendum ab illis ſine magna ratione. Ibid.

46 *Stylus Curialis obligat.*

47 *Sed requiritur frequentia decemij.*

48 *Declaratio Hiſpalenſis fallit in obſervantiâ, & citatione partis.*

49 *Ante, & poſt Clem. X. fallit ea obſervantia.*

50 *Rex, & fideles ſunt partes intereſſantes Cruciatæ.*

51 *Rex declaravit ſe reſtiturum cuicumque adverſæ declarationi.*

52 *Abolita jam eſt allata declaratio Hiſpalenſis.*

53 *Declaratio præjudicialis reſtringi debet ad vim verborum.*

54 *Privilegium eligendi Confeſſarium non eſt præjudiciale.*

55 *Conſtat hoc ex viſceribus Bullæ.*

56 *Privilegium Cruciatæ prævalet cuicumque alij etiam pijſſimo.*

57 *Nequit obtineri privilegium ad abſolvendum ab bæreſi inſcito Rege.*

58 *Bulla Cruciatæ nullis ſubjâcet revocationibus.*

59 *Datur conſuetudo pro ſentẽtia Authoris.*

60 *Rex poteſt ſe huic contentioni immiſcêre, remiſſivè.*

61 *Quid de approbatione Miſſionariorum.*

62 *Miſſionarij ſunt verè Parochi.*

63 *Objicitur Conſtitutio Synodalis Lerienſis.*

64 *Privilegium contra ſtatutum particulare eſt reſtringendum.*
Excipe, quando cedit in favorẽ piæ cauſæ.

65 *Privilegium boni communis cõpatitur cum vulneratione cujuſcumque juris.*

66 *Maximè cùm appendantur clauſulæ derogatoriæ.*

67 *Conſtitutiones fermè omnes non lædunt Cruciatam.*

68 *Aſſignatur diverſitas inter approbationem, & juriſdictionem.*

69 *Eximi à nova approbatione nõ neceſſariò infert humilitatis defectum.*

70 *Refertur indultum conceſſum S. Philippo Nerio eximens ſubditos à nova approbatione.*

71 *Clem. X. nõ concedit ad examen revocare Regulares ſine cauſa.*

72 *Margines affixæ à Tribunali Fidei libro Soar. Luſit. probant reſolutionem Authoris, & n.* 73.

74 *Nomine Ordinarij non ſemper venit Ordinarius loci.*

75 *Concilium in multis alijs exprimit qualitatem proprij. Ordinarij, non verò in approbatione.*

76 *Epiſcopus cõfirmatus etiam non conſecratus, & extra Diœceſim, verè dat approbationem ad ſuas oves, & commenſales.*
Idem de Archiepiſcopo in ſua Diœceſi in prima inſtantia; in ſuffraganeis verò ſolùm per appellationem, & in viſitatione. Ibid.

Ca-

Digitized by Google

Capitulum Sede vacante, & Vicarij Generales verè etiam approbant. Ibid.

77 *Item Nuntius in totâ Provincia, & Legatus à latere. Legatus natus in ſolis ſuffraganeis.* Ibid. *Limita, niſi fiat cauſa cõtentioſa, nam tunc ſolum poſſunt in appellatione.* Ibid.

78 *Habentes juriſdictionem quaſi Epiſcopalem in ſæculares veram dant approbationem. Miſſionarij electi à Rege ſunt verè approbati.* Ibid.

79 *Capellanus Major etiam dat approbationem in Domo Regiâ.*

80 *Item Cardinalis in Eccleſia ſui tituli, & reſpectu ſuorum familiarium.*

81 *Omnes concedentes ex officio approbationem, eam dant ad eligibilitatem Cruciatæ.*

82 *Reſpectu Regularium concurrit cumulativè approbatio Prælati Regularis, & Ordinarij localis.*

83 *Tranſcribuntur verba Bonacinæ.*

84 *Ponitur conſilium Anſelmi Gomes ad quietem Epiſcoporum.*

85 *Tranſcribitur ſchedula Secretarij pro reſolutione caſus.*

86 *Regularis approbatus à ſuo locali Prælato, finitâ ejus Prælaturâ, poteſt ab alijs Regularibus ejuſdem Conventus eligi in Cõfeſſarium virtute Cruciatæ.*

1 QUamprimùm Illuſtriſſimus pariter ac doctiſſimus, & zeloſiſſimus D. Alvarus de Abranches, digniſſimus Lerienſis Epiſcopus ſe ſe infulatùm ſenſit, ſedulitate magnâ invigilans gregi à Deo ſibi commiſſo edidit ad valvas ſuæ Diœceſeos ſequentes literas Paſtorales, ut zeli ardor reſpiraret. Eas ſubdimus:

DOm *Alvaro, &c. Fazemos ſaber, que ſendo Nós obrigados pelo encargo de noſſo officio Epiſcopal a attender pelo que for mais ſerviço de Deos, & bem das almas de noſſos ſubditos, procurandolhes todos os remedios para a ſua ſalvaçaõ, & Confeſſores idoneos para lhes adminiſtrarem os Sacramentos, principalmente o da Penitencia, como mais neceſſario, & util para os peccadores; & porque da ſufficiencia, capacidade, & mais qualidades dos ditos Miniſtros naõ podemos ter cabal noticia, & certeza; ſem preceder exame; uſando Nós da faculdade, que nos concede o ſagrado Concilio Tridentino, pela preſente derogamos todas, & quaeſquer licenças, que os Confeſſores aſsim Regulares, como ſeculares tem para ouvirem de Confiſſaõ neſte noſſo Biſpado, deſdo dia, em que eſta*

Digitized by Google

noſſa Paſtoral lhe vier a noticia ; & lhe aſsinamos quinze dias, que principiarám da publicaçaõ deſta, para que dentro delles poſsaõ recorrer a Nós, para ſerem examinados, & aprovados conforme a ſua ſufficiencia. Dada em Leyria ſob noſſo ſinal, & ſello de noſſas Armas, aos 25. de Novembro de 1695.

2 Illas vidēmus approbatas priſco in tēpore ab Joan. Ægid. Trullench. Doctore Valentino *in expoſitione Bullæ S. Cruciatæ, lib. 1. §. 7. cap. 1. dub. 7.* ibi : *Aliquando conſtat plures indignos, vel negligentiâ, vel malitiâ, vel caſu inter dignos eſſe approbatos, ob idque* ad vitandam infamiam , *vel malitiam expedit omnes iterùm ad examen vocare : quare* prudentiſſimè *novi Epiſcopi generali edictò, & mandato ſolent compellere omnes Confeſſarios , ut coram ipſis compareant iterùm examinādi, &c.*

3 Verùm licèt is dicendi modus ſuas patiâtur reſtrictiones juxta prudētiæ normas non ignotas , & decurſu hujus quæſtionis ſatis, ſuperque ventilatas; nihilotamen minùs (proh dolor !) doctiſſimus Epiſcopus perſtitit in illius rigida obſervatione, forſan immemor illius generalis Clem. X. inhibitionis, & Sacræ Congregationis ſub Innocent. X. & alibi ſæpiùs recantatæ declarationis. Ne me ergò pigeat hîc inſerere verba illius magni Doctoris Complutenſis Truxellenſis Antiſtitis Didaci del Caſtillo, & Artiga *in ſuis Cōmentarijs de ornatu, & veſtibus Aaronij verſ. 16. illat. 112. num. 49.* ibi : *Humanum judicium faciſe fallitur : quarè ſemper timendum eſt, an veritatis metam attingat. Hinc indecorum non debet reputari, ſi aliquem etiam doctiſſimum videamus retractare ſentētiam, dum ſibi conſtiterit à veritatis tramite deviaſſe. Contrarium enim potius tenacitati, & protervitati, quàm conſtantiæ tribuendum exiſtimo. Difficile putant homines animum retractare, ſi ſemèl verbum ſuum pignoravêrunt, vel ſi rem aliquam incepêrunt. Ita ego ſentirem, dum ratio efficacior contrarium non ſuadêret : at ſi manifeſtè error detegitur, mentis potiùs erit durities, quàm honoris ambitio. Pudeat viam errantem ſequi : ab abſtruſo, & erroris pleno tramite deviare, ſemper decorum eſt.* Hoc idem jam dudùm à D. Auguſtino incongruum viſum non fuit ; librū namque edidit de Retractationibus ; jus namque Canonicū ait, magnæ ſapientiæ eſſe revocare homīnem , quod malè locutus eſt , per *text. expreſſum in cap. Magnæ ſapientiæ 22. quæſt. 4. cap. Qualitèr, & quandò, primus, ubi gloſ. de accuſat. cap. cùm ceſſante, de appellat.* non improbat jus Civile *in Auth. de nuptijs, circa princ.*

famo-

famoſus etiam ille Origenes tres emendavit libros de Motu ſtellarum; Julius Polus, *lib. 10. ſui Monaſtici*, omnia à ſe compoſita reformavit; Dionyſius Rhetoricus ſcripſit ſuper Euclides secũdum Commentarium, ad emendandum, quod antea dixerat; Ord. noſtr. *lib. 3. tit. 66. §. 6.* & alibi ſententias reformare determinat. Sanctiſſimum denique eſt ab errore reverti, ex *text. in cap. apud 10. 32. quæſt. 1.* neque levitatis, immò potiùs ſapientiæ commendandus eſt, qui in meliùs propoſitum corrigit, ne ab alio corrigatur, ut cum multis Surd. *tom. 2. conſ. 167. num. 9. & conſ. 288. ſub num. 12.* Salgad. *de Reg. protect. p. 1. cap. 3. n. 63.*

4 Nihiloſeciùs, inquam, emeritiſſimus Epiſcopus inſtitit ſuis cœptis conatibus favêre, ita-ut privilegia Cruciatæ infringere audêret; re tamen ad nos devolutâ, & in Tribunali noſtro conſultâ, juſſimus hanc contentionem diſcuſſo, & pleno calamo ventilare, idque commiſimus P. Jacobo Tinoco, quondam Anteſignano ſcientiarum, quæ hodie in Oratorij Sacrâ Congregatione feliciter florent: quâ diſcuſſione factâ (ut huic quæſtioni appendimus) reſolutum à nobis fuit pro Tribunali edictum indicendum caſum declarans.

5 Sed ut maturiùs res procederet, nobis non abs re viſum fuit priùs certiorare Regem: qui congregato privato DD. Concilio dignatus eſt 9. Julij 1696. epiſtolam Epiſcopo ſcribere, ut à tali novitate Cruciatam infringente deſiſteret; cui obtemperare debêret Epiſcopus, ſi conſilium Anſelmi Gom. relatum *in Matritenſ. exam. fol. 6.* eſſet ſequutus, ad calcem hujus ventilationis apponendum. Epiſtolæ Regiæ tenor ſic eſt:

REverendo Biſpo amigo: Eu ElRey vos envio muito ſaudar. Fuy informado, que por huma Paſtoral havieis mandado declarar, que os Confeſſores huma vez aprovados, que pelo privilegio da Bulla podem confeſſar, ſe devia entender daquelles que foſſem aprovados no voſſo Biſpado, & nam fóra delle: & mandãdo conſiderar por Religioſos doctos, & timoratos, & por Miniſtros de letras de toda a ſuppoſiçaõ os fundamentos, que podia ter eſta voſſa reſoluçaõ; pelo prejuizo que della reſulta ao rendimento da Bulla, que com tam juſtas cauſas me tem Sua Santidade applicado para as deſpezas dos lugares de Afri-

ca, às quaes vós, pelo que se deve esperar de vossa pessoa, & dignidade, deveis ajudar; me disseraõ todos uniformemente, que naõ havia justa causa para esta novidade, & que era contra a intençaõ de Sua Santidade na dita Bulla, de que tambem se podiaõ seguir perturbaçoens, & enleyos espirituaes aos fieis, que vaõ buscar os Indultos della, como remedio mais facil para suas consciencias, de que me pareceo avisarvos, para que suspendais nesta novidade, de que nenhum outro Prelado no Reyno tem usado, & mandeis, que naõ tenha effeito a Pastoral, para que assim cessem os ditos inconvenientes; & de que assim o façais recebe-rey grande contentamento, & me avisareis de como o tendes executado. Escrita em Lisboa a 9. de Julho de 1696.

6 Festinantèr tamen Episcopus ad Regiam remeans, nonnullas oppositiones Regi obtulit, quibus non semèl visis, noluit Rex ullatenùs annuere (& emanavit resolutio 22. Febr. prox.) quarum nobis notitia denegata fuit, sed cùm Episcopus eas in populum deduceret, ut omnibus patefierent, nobis ad manus venêrunt; idcirco eas ad seriem redactas, & eâ, quâ potuimus, sedulitate recapitulatas hîc subjicere non incongruum duximus.

Oppositiones oblatæ ab Illustrissimo Episcopo Lerienſe.

7 Prodîre in lucem hanc resolutionem decrevimus; tum ut veritas magis eluceſcat, tũ quia nobis ad aures pervenit adhuc P. Franciscum Pedroso sectatorem contrariæ sententiæ ei non acquiescere; immò contra rigidissimè pugnare, forsan quòd inspexisset Episcopi rationes; quare nostras solutiones ut videat, æquum est: Igitur,

8 Opposuit 1. Episcopus se nullatenùs Cruciatam in sua Pastorali charta infregisse, sed tantùm revocasse licẽtias à suis prædecessoribus præstitas, & prohibuisse suis ovibus Pœnitentiæ administrationem quærere ab approbatis per illos, si priùs novum non subeant coram se sciẽtiæ examen; & ad hoc laudavit Constitutionem Pij V. aliasque Urbani VIII. & Clem. X. plures; AA. id probantes suo videri.

Fa-

Digitized by Google

Fatemur ſanè verba Paſtoralis nullatenùs infringere Cruciatam, ſicut in ſimili diximus ad Paſtoralem Illuſtriſſimi Archiepiſcopi Ulyſſiponenſis 2. *p. hujus quæſtionis num.* 86. *pag.* 293. Attamen diverſimodè ſe habuêre hi Prælati: nam Illuſtriſſimus Archiepiſcopus nobis aſſeruit non impedire Cruciatæ privilegium. At verò Epiſcopus Lerienſis obſtitit uſui Cruciatæ, ut conſtat ex rationibus ab eo oblatis, & Epiſtolis nobis ſcriptis, quæ ſequuntur.

SEnhor Lourenço Pires Carvalho: com grande goſto recebi eſta carta de V. Senhoria, por colher della lograva V. S. perfeita ſaude: ſinto muito que V. Senhoria entẽda de mim que quero offender a ſua juriſdicçaõ, reſpeitando eu todas, & com mayor veneraçaõ as que reſidem na peſſoa de V. S. Quando vim para eſte Biſpado, pareceo-me que ſeria conveniente examinar todos os Confeſſores delle, em ordem a dar melhor paſto às minhas ovelhas; & para eſſe fim mandey fixar huma Paſtoral, na qual revogava as licenças, & os chamava a exame: naõ appareceo dentro do termo aſſinado mais, que hũ Religioſo. Depois conſtoume, que alguns confeſſavaõ; & podendo eu logo mandar com pena de excõmunhaõ, que naõ prégaſſem, & que nenhum ſubdito meu ſe confeſſaſſe com elles, nam quiz fazer eſtrondos, ainda que tam juſtificados, & ſó eſcrevi hũa carta ao Prelado do tal Çonvento, advertindolhe, que ſe confeſſaſſem, que havia de uſar com elles de todos os poderes que me déſſe a minha juriſdicçaõ; porque della naõ havia de perder hum ponto. Veyo buſcarme, & diſſeme, que ſó confeſſavaõ algumas peſſoas, que tinhaõ Bulla: reſpondilhe, que me nam conſtava iſſo, & quando me conſtaſſe, que o tal privilegio os naõ patrocinava, por mais que o quizeſſem eſtender, que viſſem o que faziaõ, porque de nenhũa ſorte os havia de tolerar, & que lhe trazia vigias: *eſte he o caſo. O que agora poſſo dizer a V. S.* (*agradecendolhe muito o favor, que me faz*) *he, que tenho eſtudado o ponto, ainda que com viſta muy curta, & que entendo, que nam tenho procedido mal; enganarmehey, principalmente ſendo as licenças ad tempus, & to-*

das, ou quaſi todas ſem preceder exame, & nam havẽdo ſido nenhũ delles aprovado por mim, circunſtancias tam relevantes, que merecem a ponderaçam dos DD. como V. S. verá na explicaçam da Bulla de Pio V. & de Clem. X. quando nenhũa deſtas razoens ſubſiſtiſſe, fio tam pouco da ſciencia dos Confeſſores deſte Biſpado, & doe-me tanto a conta que hey de dar a Deos dõ máo páſto que tiverem as minhas ovelhas, que nam ſey o que fizera, quando a opiniaõ de que elles ſe querem valer, os favoreceſſe mais. Veja V. S. ſe preſto para ſervillo, porque ſempre lhe hey de obedecer como ſeu obrigado. Deos guarde a V. S. como deſejo : Leyria 22. de Ianeyro de 1696.

A. & C, D. Alvaro, Biſpo de Leyria.

Alia ejuſdem Epiſtola.

PArticular eſtimaçam faço deſte favor de V. S. & em todo o tempo lhe ſaberey merecer. Sinto que V. S. me nam ache razaõ, & muito mais nam ſe accõmodar a minha conſciencia com o goſto de V. S. O que podia dizer neſta materia de novo, nam tenho mais que parecerme (enganarmehey) que a mente dos Põtifices na cõceſsaõ da Bulla, *nam foy querer patrocinar ignorancias, nem eu diſputo eſta queſtaõ, porque me nam he neceſſario*, tendo o remedio de prohibir aos meus ſubditos, que ſe naõ confeſsem com peſsoas que naõ forẽ aprovadas por mim, ainda que o foſsem por meus anteceſsores, *os quaes obrariaõ como lhes dictaſſe a ſua conſciencia, & eu pelos imitar faço o meſmo. Veja V. S. ſe preſto para ſervillo, porque nam quero faltar a obrigaçaõ tam preciſa. Deos guarde a V. S. muitos annos : Leyria 13. de Fevereyro de 1696.*

A. & C. D. Alvaro, Biſpo de Leyria.

Ex quibus epiſtolis conſtat Epiſcopum contẽdere enervare Cruciatę privilegia, immò hoc ſatis colligitur ex Paſtorali, ubi expreſsè revocãtur omnes facultates per illa verba, *todas, & quaeſquer licençàs*, dictio namque *omnis* univerſalis eſt, nihil excludens

dens, omniaque comprehendēs, ex Barb. *dict.* 241. similitèr dictio *qualecumque* etiam universalis est, omniaque comprehendit, ex eod. Barb. *dict.* 299. Ergò cùm hæ duæ dictiones contineātur in Pastorali, omnes licentiæ in ea comprehenduntur, etiam Pontificiæ; ac per consequens Cruciatæ privilegia comprehēduntur; alitèr enim si in edicto non comprehendatur Bullę Cruciatæ privilegium, nulla est quęstio, sed indiget declaratione Pastoralis.

9 Quia tamen Episcopus Regularium privilegia conatur supplantare, ea confundens cū Cruciata, illûc oportet paululū declinare, labantiq; jurisdictioni opitulari, donec huc festinantèr revertamur: seorsim igitur de privilegijs Regularium sermocinādo, frustrà Episcopus per suam Pastoralem schedulam conatus suos intendit constituere.

10 Verum quidem est, quōdam increbuisse morem nonnullis Episcopis similes papyros affigendi, vel passione motis, vel suis rationibus ductis, ut accidit pridèm Archiepiscopo Ulyssiponensi Anton. de Mendonça anno 1673. & ante illum Archiepiscopo Eborensi D. Joseph à Mello anno 1630. alibiq; alijs, de quibus narrant historiæ, nihilosecius omnibus nequiequā res contigit; decreverat enim Sacra Congregatio 20. Novēbr. 1615. hoc minimè Episcopis licuisse, ibi: *Statutum insuper eosdem Archiepiscopos, Episcopos, ac locorum Ordinarios, confessiones audiendi facultatem omnibus simùl unius Conventûs Regularibus Confessarijs, eâdem Sacrâ Congregatione inconsultâ, nullo pacto adimere posse.*

11 Ubi notat Tambur. *lib.* 5. *de pœnit. cap.* 5. §. 4. *num.* 52. illa verba: *Minimè licère*; & illa, *Nullo pacto posse*, habêre vim invalidandi revocationem contra hoc decretum ab Episcopis intentatam. Audi prætereā Castr. Pal. *tr.* 23. *disp. unic. p.* 28. *n.* 14. ad medium: *Ex quo decreto videtur inferri, non posse jam locorum Ordinarios generali suo edicto Religiosis omnibus approbationem suspendere, nisi denuò examinentur; quia ex hoc generali decreto omnibus Confessarijs Conventûs simul licentia adempta esset.* Ideo Archiepiscopus Ulyssiponēsis non difficultèr acquievit: Eborensis verò à Sacra Congregatione fuit increpatus, ut diximus *num.* 169. 3. *p. hujus quintæ quæstionis pag.* 345. similitèrque accidit alijs in eventibus, de quibus ibidem mentionem fecimus.

12 Et licèt Sacra Congregatio declaraverit id decretum non comprehendisse regiones longè dissitas, ut in causa Angelopolitana cum Episcopo D. Joan. de Palafox; ibidem tamen valdè cavit hanc generalem suspensionem, ibi: *Ab hac generali suspensione, quæ vix sine scandalo,*

&

& animarum pernicie contingere poteſt, abſtinendum eſſe Epiſcopis, &c.

13. Eapropter SS. Clem. X. in ſuâ Conſtitutione *Superna* ſæpiùs laudata §. 6. omnem abſtulit dubitationem per ſequentia verba: *Attamèn confeſſiones audiendi facultatem omnibus ſimùl uniûs Conventûs Regularibus Confeſſoribus adimi ab Epiſcopo, inconſultâ Sede Apoſtolicâ*, nullatenùs poſſe. Videatur Conſtitutio hæc apud Cherub. *tom. 5. conſt. 7. §. 5. pag.* 495. & alia Innoc. X. apud Paſſerin. *tom. 2. de ſtat. hom. quæſt.* 178. *art. 1. num.* 179. & 299. aliaque Urban. VIII. apud Soar. Luſit. *de pœnit. tr. 6. q. 2. ſect. 4. diffic. 1. §. 4. num.* 242. & 250. & declaratio Conſtitutionis Pij V. apud Sylveyr. *opuſc. 2. reſ. 23. q. 5. num.* 25. eſtque concors DD. ſententia, ut vidêre eſt apud Fraſſo *tom. 2. cap. 71. à num.* 19. Barb. *de jur. Eccl. lib. 1. cap. 43. num. 207. & in ſum. dec. Ap. col. 204. num. 14. & de poteſt. Epiſc. alleg. 25. num.* 50. Nog. *d. 14. ſect. 18. num.* 185. Salgad. *de ſuppl. 1. p. cap. 4. num.* 42. Lezan. *tom. 1. p. 1. cap. 19. num.* 9. Peyrin. *Conſtit. 2. Siſt. IV. num.* 45. Ceſped. *de exempt. Reg. dub.* 110. Bauni *1. p. tr. 4. quæſt.* 19. Palafox *in defenſ. contra PP. Jeſuit. 3. p. num.* 56. Frances *paſt. Reg. p. 9. q.* 18. *num.* 2. Lugo *reſponſ. mor. lib. 1. dub.* 18. Aſcan. Tambur. *de iur. Abb. tom. 2. diſq. 6. quæſt.* 12. Thom. Tambur. & Pal. ſuprà cit. Gavant. *man. Epiſc. verb. Cõfeſſio, num.* 24. Alphonſ. de Leon, *de Jubil. in fin. 2. p.* Boſſ. *de 3. Jubil. ſect. 3. caſ. 2. num.* 45. *& in Cõp. §. 1. num. 7. verſ. à ſucceſſore autem*, Peregr. *verb. Abſolutio quoad ſæculares, §. 2. in Scb.* Caſpenſ. *tom. 2. tract. 24. diſp. 5. ſect. 9.* Bordon. *tom. 1. reſol. 36. num.* 15. Pellizz. *tom. 2. tract. 8. cap. 3. num.* 46. Thom. Hurt. *de Congr. ſuſt. Eccl. lib. 1. cap. 43. num.* 795. Joan. Mar. Nov. *pract. concl. novi juris Pont. tit. de Conf. ſacr. abſque ordin. appr. concluſ.* 69. & alios plures.

Immò licèt idem Clemens in eâdem Conſtitutione §. 5. ſolùm prohibeat Epiſcopis revocare licentias ſemèl conceſſas, niſi novâ ſuperveniente causâ; unde colligi poteſt, illâ adſtante, eas poſſe revocare: attamen propter illam generalem prohibitionem §. 6. irrogatam, nullatenùs eis licet, etiam cum cauſa, per edictum generale eas ſimùl omnes generalitèr adimere, ut conſtat ex verbis proximè relatis, & judicatum fuit ab Auditore Nuntij Apoſtolici anno 1676. in causâ inter Archiepiſcopum Eborenſem D. Jacobum de Souſa, & PP. Dominicanos, ut viſitur in Actis, Scribâ Joanne Baptiſtâ Pereyra, à fol. 72. verſ. ibi:

Chriſti

Digitized by Google

Christi nomine invocato.

MEnos bẽ julgado foy pelo Illuſtriſſimo Senhor Arcebiſpo, em mandar por ſua Paſtoral, que os Religioſos appellantes nam pudeſſem prégar, & confeſſar; & por elles foy bem appellado, revogando ſua ſentença, & Paſtoral, viſtos os autos, & como delles conſta que os appellantes, que prégaõ, & confeſſaõ, alcançáraõ licença do dito Senhor Arcebiſpo, eſſa licença naõ podia revogar o Senhor Arcebiſpo, ſem nova cauſa, & *nem com cauſa* podia ſuſpender a todos os Religioſos de hum Convento todo ſem ſe conſultar à Sagrada Congregaçaõ do Concilio Tridentino, nem as cauſas da Paſtoral ſaõ pertencentes às confiſſoens, & prégaçoens; & quanto ao Interdicto corria letigio: ao que nam obſta ſer a tal licença dada *ſem preceder exame*; porque quanto ao confeſſar, ainda que nam baſte a aprovaçaõ dos Superiores, mas ſeja neceſſaria a do Ordinario, comtudo para ſer aprovado, naõ he o exame preciſamente neceſſario, mas baſta que os que eſtaõ aprovados pelo Ordinario, os julgaſſe conforme a elle por idoneos. Quanto ao prégar, menos he neceſſario, ſejaõ examinados pelo Ordinario; ſó lhes baſta hajaõ licença delle para prégarem nas Igrejas que naõ ſaõ da ſua Ordem, & para as de ſua Ordẽ baſta que ſe apreſentem peſſoalmente ao Ordinario, & lhe peçaõ a bençaõ; & ſuppoſta a tal aprovaçaõ, nam podem os Ordinarios ordenar a ſuas ovelhas ſe naõ confeſſem, nem ouçaõ Sermoens dos Religioſos. Pelo que, & o mais que dos autos conſta: mando que os Appellantes que tem a dita licença para confeſſar, & prégar, poſsaõ confeſsar, & prégar como dantes, & paguem as cuſtas. Lisboa 6. de Junho de 1676.

Ioannes Franciſcus Capellus, Auditor.

Quod

Quod in alia inſtantia fuit confirmatum à DD. Antonio Ferraz de Azevedo, Priore B. Mariæ Magdalenæ, & Joanne de Paços Magalhaens, Priore S. Juliani, Senatore hujus Diœceſis, & Matrimoniorum Judice, tunc Legatiæ Judicibus, ut patet ex eiſdem Actis folio 117. ibi:

Chriſti nomine invocato.

BEm julgado foy pelo Reverendo Auditor Juiz à quo, em revogar a ſentença, & Paſtoral do Illuſtriſſimo Senhor Arcebiſpo de Evora, em quanto por ella manda abſoluta, & geralmente, que os Religioſos appellantes nam pudeſsem prégar, nem confeſsar; por quanto o dito Senhor nam podia revogar geralmente todas as licenças que tinha concedido a todos os Religioſos do dito Convento; confirmamos neſta parte a ſentença appellada. Viſto porèm como para os Regulares poderem prégar nas Igrejas da ſua Ordem, alèm da licença do ſeu Prelado, haõ de pedir a bençaõ ao Ordinario, & nas que nam forem da ſua Ordem, alèm da licença do ſeu Prelado, a devem pedir ao Ordinario, como diſpoem o Sagr. Conc. *ſeſſ.* 5. *de reform. cap.* 2. *verſ. Si quæ verò*; nem tambem pódem os Regulares confeſsar ſeculares ſem aprovaçam do Ordinario, quando lhe pareça neceſsaria, & concedida a tal licença *ſimpliciter, & abſolutè*, com exame, *ou ſem elle*, a nam póde o Ordinario revogar ſem nova cauſa, mas póde revogar as licenças concedidas ad tempus, ou ad beneplacitum, ainda ſem nova cauſa. O que tudo viſto, & como pelos autos ſe prova, que as licenças concedidas pelo Illuſtriſſimo Senhor Arcebiſpo aos PP. Fr. Theodoro, Fr. Franciſco Velloſo, Fr. Bartholomeu Ferreyra, Fr. Gregorio da Fonſeca, & Fr. Antonio da Maya, para poderem prégar, & confeſsar ſeculares, lhes foraõ dadas *ſimpliciter, & abſolutè*, nos quaes termos

Digitized by Google

mos nam podia o dito Senhor revogallas ſem nóva cauſa; nem a cauſa declarada na Paſtoral o podia ſer a reſpeito das prégaçoens, & confiſſoẽs, & a culpa de ſe nam guardar o Interdicto, ſó podia militar contra o Prior do dito Convento, julgamos, que os ſobreditos Religioſos pódem uſar das ditas licenças, prégando, & confeſſando ſeculares, & que naõ poderám uſar das ditas licenças os PP. Fr. Antonio Galraõ Prior do dito Convento, & Fr. Joſeph Galraõ, & Fr. Joaõ do Roſario, Fr. Manoel Evangeliſta, por lhe ſerem concedidas as ditas licenças por tempo limitado, & ad beneplacitum do Illuſtriſſimo Senhor Arcebiſpo. E neſta fórma havemos por reformada a ſentença appellada, & paguem as partes as cuſtas de permeyò. Liboa 5. de Março de 1677.

Antonio Ferraz de Azevedo. Joaõ de Paços Magalhaens.

14 Reverſique ad intentum potiori jure debêmus autumare ſic privatos Confeſſarios manſiſſe eligibiles per Bullam Cruciatæ, quæ juriſdictionem præſtat, & ſolam requirit approbationem. Nam in terminis hoc docent P. Nog. *ſuprà num.* 188. Joan. Sanch. *diſput.* 48. *num.* 18. *verſ. notanter*, Lugo *de pœnit. diſp.* 21. *ſect.* 3. §. 2. *num.* 61. Sylveyr. *opuſc.* 2. *reſ.* 23. *q.* 14. *n.* 75. Delbene *tom.* 1. *cap.* 14. *dub.* 8. *ſect.* 3. *num.* 2. Eſcob. *Theol. mor. lib.* 7. *ſect.* 2. *probl.* 26. Tambur. *de pœnit. ſupr. num.* 49. Dian. coord. *tom.* 7. *tract.* 1. *reſ.* 26. & 77. Leand. *tract.* 5. *de pœnit. diſp.* 11. *quæſt.* 72. Coſta *q.* 40. Bard. *de Bull. p.* 2. *tract.* 5. *cap.* 1. *ſect.* 6. *num.* 100. Pal. *de Bull. p.* 8 §. 1. *n.* 4. Ram. *de Bull. cap.* 9. *n.* 7. Bened. Per. *tom.* 2. *tract.* 41. *ſect.* 3. *q.* 1. *dub.* 4. *verſ. illud.* Undè ſatis patet incongruè ab Epiſcopo laudari conſtitutiones, & AA. ſupradictos, ex quibus infrà eruit ſpeciales oppoſitiones, ut videbimus: & licèt aliqui, ut Trullench. Fagund. Franc. & alij videãtur concedere ſucceſſoribus Epiſcopis hanc facultatem, de ſimultaneitate actûs non loquuntur, & non niſi per tranſenam valdè.

15. Oppoſuit 2. Conſtit. Pij V. quam refert Eſcob. *tom.* 1. *ſect.* 2. *probl.* 29. cujus pro Religioſis verba ſunt hujuſmodi: *Qui ſemèl ab Epiſcopo in Civitate, & Diœce-*

Digitized by Google

Diœceſibus ſuis, prævio examine approbati fuerint, ab eodem Epiſcopo iterùm non poſſunt examinari; ab Epiſcopo autem ſucceſſore pro maiori conſcientiæ quiete examinari de novo poterunt. Reſpõdetur tamen nos jam adnotaſſe 3. *p. hujus quæſt. num.* 169. *p.*345. cum Salgad. *de ſupp. p.* 1. *cap.* 4. *num.*40. de hac Conſtitutione ſupplicatum fuiſſe à Philippo Prudente, & reformatam fuiſſe à Gregor. XIII. ut vidêre eſt apud Cherub. reductamque eſſe ad terminos Concil. Trid. & quanvis admittamus quandam declarationem, quæ à nonnullis circumfertur, ſaltèm ſupradictæ diſpoſitioni Pij V. non derogari per eam reductionem; cùm hæc Piana conſtitutio non loquâtur de ſimultaneitate licentiarum, & aliundè adſit expreſſa contraria declaratio, cujus ſuprà meminimus; immò poſtèa Pontifices Innoc. X. Urb. VIII. & ſupremò Clem. ſic expreſſerint, non eſt cùr de tali ſimultaneitate revocationis cura ſit: immò expreſſam aliam declarationem adducit Zerola *p.* 1. *verb. Confeſſores num.*2. ibi: *Fratres Mendicantes ſemèl examinati, & idonei reperti pro Confeſſionibus audiendis, non debent iterùm ab eodem Ordinario, nec etiam per ſucceſſorem examinari, &c.* ubi licèt excipiat abſque examine admiſſum, multipliciter tamèn ait hoc fallere; 1. quando ſcientia eſt notoria, 2. in edicto generali, de quo eſt quæſtio; hanc declarationem adducit etiam Hieron. Rodr. *reſol.*32. *num.*6. Bruno, & alij apud ipſos: contrariam autem non eſſe authenticam tradit Boſco *num.*159.

16 Quin etiam, ſi de particularium Regularium licentijs ſermo ſit, notat Tambur. *cit. n.* 60. illud *pro maiori conſcientiæ quiete*, non debêre intelligi ad libitum Epiſcopi; & multò minus ob malam paſſionem, aut zelum imprudentem, de multis enim non prudentèr inquietudinem patietur Epiſcopi conſcientia, ſi forſan perturbêtur, nempè de Doctoribus, Magiſtris, & notoriè doctis, immò de alijs ſemper debet benè opinari, dùm aliud non appáreat; undè ſi fortaſsè pravi paſſionis motus Epiſcopo excitentur, vel zeli, vel odij, vel amoris, cohibêri illos tenêtur, fragiles enim ſumus, & lutea vaſa portantes; neque enim eum Regulares ad hoc ſuſtinêre coguntur: ſin autem juſta ſit Epiſcopi præſumptio, accipiat Marchantij conſilium; illud habet *tom.*3. *reſ. reg. caſ.*3. *reſponſ. ad* 3. *Ubi non eſt querimonia, vel realis cauſa dubitandi, debet deponere dubium, non enim tam urgêtur conſcientia, quàm ſuperfluo, & parum charitativo timore, tenêtur enim benè opinari de diligentiâ, & vigilantiâ prædeceſſorum, ac idoneitate perſonarũ, quando ei aliter non conſtet: ſi verò querimoniæ reales fiant, aut occurrat legitima*

Digitized by Google

ratio dubitandi de alicujus approbati idoneitate, potest cum ejus superiore agere, ut prudenter ab illo, vel ab alijs ejus commissione idoneitas personæ tentetur, & inquiratur, ac de competenti remedio provideâtur. Vide Bosco *tom.* 4. *disp.* 8. *sect.* 3. *concluſ.* 6. *num.* 169. 173. & 188.

17 Affert Epiſcopus quandam declarationem Epiſcopo Patavino datam, ut compelleret Regulares ſine examine approbatos ad novum examen, quam tradit Paſſer. *cit. num.* 311. editam anno 1654. Hæc tamen declaratio eſt valdè cõformis Bullæ Clem. X. undè cùm non urgeat omnes Regulares, ſed ſolùm abſque examine approbatos, nil nobis obeſt: & dato quòd omnes Confeſſarij ſic in Lerienſi Epiſcopatu invenirentur approbati, ut ipſe Epiſcopus clamat, nullatenùs à tali declaratione comprehenderentur: tum quia ſic in ea haudquaquàm exprimuntur; tum etiam quia aderat alia ſupra citata ſatis expreſſa, & ipſa Clementis Bulla: reſpectu autem particularium Regularium, nil mirum in Epiſcopi favorem intelligatur, & quia ſic præcepit Clemens, & quòd juſtum eſt, quòd imprudenter actum cautè emendetur: de Bulla tamen Cruciata etiam reſpectu illius particularis, de quo alias non dubitatur, nequit intelligi declaratio, jam quippè non prodijt ad territorium ubi Bulla indulgetur, jam quia hæc laudat unicam approbationem ſecundùm normas Tridentini, ſivè per examen, ſivè aliàs per Epiſcopos judicatam, ut eſt concors DD. placitum, ex Barb. *in dict. Conc.* & expreſſa Tridentini verba ſatiùs exprimunt. Et ipſemet Paſſerin. ab Epiſcopo citatus ſatis illius enarrat intentum, & quia ibi admonet Epiſcopos de non deſtituendis Eccleſijs omnibus ſimùl Confeſſarijs, & quia de Bulla nequaquàm facit mentionem.

18 Explicat Epiſcopus hanc unam Bullæ approbationem de habita ab eodem Epiſcopo, non autem à prædeceſſoribus: ſcio equidèm hoc non declarare Bullam, inſuperque etiam ſcio Clementem X. in fine ſuæ Conſtitutionis *Superna* ab ipſo Epiſcopo ſæpènumerò laudatâ prohibêre Epiſcopis interpretari, ſeu declarare Regularium privilegia, inconſultâ Sede Apoſtolicâ, ibi: *Quoties exhibitis aliquibus Regularium Apoſtolicis privilegijs corã Epiſcopo, ab eo judicetur ipſa non ſuffragari caſui, de quo agitur: ſi dictorum privilegiorum verba obſcura ſint, & ambigua, non eſſe ad Metropolitanum provocandum, ſed cùm ejus ſit interpretari, cujus eſt condere: dictorum privilegiorũ interpretationem Sedis Apoſtolicæ judicio, prout aliàs Conſtitutione prædeceſſoris noſtri felicis recordationis Clem. IV. ſtatutum fuit, eſſe requirendum.*

19 Prætereà etiam eſt notiſſimum, Epiſcopum carêre juriſdictione declarandi privilegia Cruciatæ, ſed hoc tantùm Commiſſario privativè concedi, ut patet ex Bullâ Leon. X. ſuprà tranſcriptâ *quæſt. 2. num. 5. pag.* 131. & ex pluribus tenent Nog. *diſp. 1. ſect. 12. à num.* 81. *& diſp.* 23. *ſect. 25. num.* 264. Mend. *diſp. 1. cap. 6. num.* 36. *&* 43. Eſcob. *tom. 1. lib. 7. ſect. 1. cap.* 24. *num.* 389. & alij, & doctiſſimus P. Moya in prima ſui operis excuſſione ſecutus aliam opinionem circa Oratoria, mutavit ſententiam in ſecunda præcisè propter Commiſſarij declarationem, ut apud ipſum videre eſt *tr. 2. diſp. 3. num. 16. prop. fin.* ibi: *Quod cùm hactenùs inconcuſſum permaneat, ut conſtat ex noviſſima ipſiuſmet Illuſtriſſimi Commiſſarij aſſertione, quæ ex opuſculo Domini D. Ludovici de Aegea nobis nuper innotuit: cùm, inquàm, res iſta ſe habeat, nihil jam contra opinionem ipſi faventem convincens occurrit.* Idem exprimit P. Sylva *de Bulla diſp. 1. art. 2. à n. 7. & diſp. 3. art.* 14. *n.* 20. & de Indulgentijs *diſ. 2. art. 6. n. 4.* ubi ſic ait:

Nam in explicatione Bullæ, & privilegiorum illius, habet ſe Commiſſarius tanquàm ſpecialis Delegatus Papæ, & ſicut credere tenêmur, ita Pontifex tenêtur ex æquitate ſtare pro illius explicatione.

Similitèr Peres de Lara *de trib. grat. lib. 1. tit. de facult. Commiſſ. General. verſ. Si cerca*, ibi:

Si cerca de la execucion de lo contenido en la Bula de la Santa Cruzada, y ſobre las clauſulas, y palabras della naciere alguna duda, tiene facultad el Comiſſario General de interpretarla, y declararla ſiempre que convenga, y ſe ha de eſtar a ſu interpretacion, y declaracion por qualeſquier Juezes, y Auditores de la Camera Apoſtolica, y Cardenales de la Santa Igleſia Romana, a todos los quales ſe les quita la facultad de interpretarla, y declararla, con clauſula irritante, & non obſtantibus.

Idem habet P. Benedict. Per. *tr. 41. ſect. 1. quæſt. 2. §. Dico* 1. ibi:

Juridica, & authentica interpretatio Cruciatæ, ipſorumque privilegiorum, & gratiarum, jure ordinario, ſpectat ad ſolum Pontifi-

tificem : ex commissione verò ad illum, cui Pontifex suas vices demandaverit : ita Trullench *in præmio Cruciatæ dub.* 3. *n.* 4. ratio est : quia illa interpretatio cùm legem augeat, vel minuat, ad illum spectat, cujus est legem augere, vel minuere : legislator autem, aut ejus *Commissarius*, utrumque potest.

Ideo nulla alia authoritas prævalêre potest Commissarij interpretationi, ut expressè habet P. Moya *supr. cit.* ibi :

Ejus assertio in omnibus, & per omnia sufficere debet, ac si literæ Pontificiæ id continentes adhiberētur, nec ullius Doctoris authoritas cōtra ejusdem declarationem prævalêre potest, Commissarij enim assertionibus omnimodā fidem præstare debēmus, captivātes intellectum in obsequium authoritatis tanti viri.

20 Et cùm hæc doctrina à nobis tradita sit inter Catholicos adeò ventilata, mirum est, quòd Episcopus non attendat novissimam Innoc. XI. præcautionem in decreto propos. damnat. 2. *Martij* 1679. ubi Doctorum opiniones ibidèm non expressas vult illæsas permansisse, nedùm Commissarij suas vices gerentis, ut vidêre est ex verbis illius Bullæ, ibi :

Ut caveant ab omni censurâ, & notâ, nec non quibuscumque cōvitijs cōtra eas propositiones, quæ adhuc inter Catholicos hinc inde controvertuntur, donec à Sede recognitæ super eisdem judicium proferatur.

21 Nec dicas, Prælatò cōpetere declarari, quænam opinio inter probabiles admittenda sit in suo Episcopatu, eique præcipienti, vel statuenti secundùm opinionem probabilem tenêri subditos obedîre ; sicque statui in pluribus Constitutionibus, Episcopatuum hujus Regni, Algarbiensi nempè, Portuensi, & alijs contra nostram sententiam, & modò præcipi in Pastorali schedula de quâ loquitur. Respōdetur enim distinguendo casus de jurisdictione Episcopi, & de jurisdictione Delegati Pontificis : nam si loquâmur de materia spectāte pleno jure ad Episcopum, licèt possit subditus obedîre Prælato præcipienti se-

eundùm opinionem probabilē etiam contra propriam probabiliorem, ex *cap. quid culpatur* 23. *quæſt.* 1. & arg. *cap. ſi virgo* 34. *quæſt.* 2. & ſecundùm Suar. & alios teneâtur ; attamen ſecundùm Sanch. *lib.*6. *in Decal. cap.*3. *num.*3. Palaum *tract.* 1. *d.* 2. *p.* 6. *num.* 1. & alios, non tenêtur, jura enim ſupradicta non loquuntur de obligatione, ſed de facultate, neque Prælatus punîre, vel obligâre poteſt ſubditum operātem prudentèr, ut operatur, quando ſecundùm opinionem probabilem operatur, ut expendunt uterque Sanch. Pal. *cit. p.* 1. Vaſq. *p.*2. *d.*62. *cap.*4. *n.*8. Bardi *de conc. d.*4. *cap.*10. Tambur. *in Decal. lib.* 1. *cap.*3. §. 3. *n.*3. ideo Innoç. XI. ad calcem propoſitionum, quas damnavit, prohibuit cenſuras opinionibus inter DD. ventilatis irrogari, donec à Sede Apoſtolicâ reprobentur, ut proximè diximus.

22 Sin autèm loquamur de materiâ ad Epiſcopum non ſpectante, ſeu quodammodò exemptâ ab ejus juriſdictione, potius id dicendum venit ; nam licèt antea de juriſdictione Epiſcopi foret, in cauſa non eſt, ut in illam ſe poſſit intromittere, poſt qualemqualem reſervationem Delegato Pontificis, utpotè jam extra propriam juriſdictionem : ſicut viſitur in materiâ ſpectāte, ſeu reſervatâ ad Tribunal Fidei, quæ ab Ordinariis per Pontifices exēpta eſt ; & quotidiè in reſcriptis Apoſtolicis ſpeciales Delegatos advocantibus ; non enim poteſt Epiſcopus impedîre Delegatum Pontificis, ne officio ſuo fungâtur : & hoc pacto ſe habet materia ſpectans ad privilegium Cruciatæ, in quâ Judex eſt privativus Commiſſarius Generalis, cujus ſolîus refert declarare & interpretari, neque ab eo datur recurſus, niſi ad primam Sedem.

23 Immò ſumus in opinione per conſuetudinem univerſalitèr practicatâ, ut dicêtur infrà ; Epiſcopus autèm nequit contra univerſales conſuetudines aliquid ſtatuere, ut ex Abb. *cap. ult. de conſu. num.*9. Anton. de Butr. *cap.* 1. *num.* 3. *de transl. Epiſc.* docet Layman. *lib.* 1. *tract.*4. *cap.* 7. §. 2. *num.* 5. ſicuti nil poteſt circa leges univerſales, illas enim declarare ſolùm attinet ad earum conditorem, ut conſtat ex *L. fin. Cod. de leg. cap. ſicut* 11. *quæſt.* 1. *& cap. inter alia de ſent. exc.* ut expendunt DD. apud Suar. *de leg. lib.*6. *cap.* 1. *num.* 2. Judices autem, & Prælati inferiores in judicando debent ſequi opinionem probabiliorem Doctorum, ut declaravit Innoc. XI. declarare autem eis non licet, talitèr, quòd eorum declaratio liget, quia nullibi in jure eis data eſt poteſtas. Vide Laym. *L.* 1. *tr.* 4. *cap.*18. *num.* 1. Pal. *tr.* 3. *d.*5. *p.* 3. §. 1. *num.* 7. & alios communitèr.

24 Ideo ad ſolùm Pontificem

cem ſpectat reprobare opiniones, quæ univerſalem reſpiciunt praxim, ut ſuprà adnotavimus: in hoc ergò caſu Epiſcopus ſtatuens; vel præcipiens ſolummodò inducit conſilium, non tamen rigoroſum præceptum; quia cùm operans ſecundùm opinionem probabilem non ſit in culpâ, nequit punîri. Quòd non ſit in culpâ conſtat; quia operatur prudentèr, ut eſt communis doctrina, ut *num.* 21. *pag.* 508. adnotavimus. Quòd non punîri poſſit, patet; quia pœna ſolùm debet inflîgi ad vindicãdam culpam, ex D. Thom. 2. 2. *q.* 46. *art.* 6. *ad* 2. & D. Aug. *lib.* 2. *retract. cap.* 9. ubi ſic: *Omnis pœna, ſi juſta eſt, peccati pœna eſt, & ſupplicium nominatur.* Unde dicitur pœnam, & culpam correlativa eſſe. Vide Becan. *de peccat. cap.* 8. *q.* 2. *num.* 4.

25 Neque ulteriùs dicas, privilegium Cruciatæ eſſe pœnitentium privilegium, qui ſunt ſubditi Epiſcoporum, nosque dixiſſe in *Enucl. Milit.* 3. *compr.* 6. *num.* 356. *pag.* 725. Prælatũ poſſe reſtringere ſubdito privilegia Pontificia. Reſpondetur enim, ſolùm hoc intelligi in materiâ, quæ pleno jure ſubditur Prælato Regulari, cui ex voto obedientiæ ſubjacent ſubditi, ut ijs reſtringat Pontificis privilegium, cenſetur enim à Pontifice conceſſum, niſi aliud exprimâtur, cum ſubjectione ſuo Prælato, ex vi Religionis, quam ſunt profeſſi, ut ibidem diximus num. 358. *pag.* 726. At verò in Cruciata mediat prejudicium Regis, & ſubſidij ad bellum contra Fidei hoſtes, quæ ſunt extra juriſdictionem Prælati. Immò & ipſi Religioſi non tenentur obedîre Prælatis, etſi voto obedientiæ ligati, niſi tãtùm juxta Regulam, & Conſtitutiones Religionis: de quo vide Suar. *tom.* 3. *de Relig. lib.* 10. *cap.* 8. *n.* 6. Sanch. *in ſum. lib.* 6. *cap.* 2. *num.* 15. & alios communitèr: unde ſi alia præcipiant etiam honeſtiſſima, non ex præcepto obedîre tenêntur ſubditi, ſed ad plurimum ex conſilio.

26 Oppoſuit 3. Bullam Pauli V. & declarationem Sacræ Cõgregationis, quas nos tranſcripſimus 2. *p. hujus q. n.* 10. & 11. *p.* 261. & 263. Attamen ultra rationes, quas ibidem *à num.* 71. *pag.* 286. appoſuimus, ut ſatis hęc oppoſitio dilûta cenſeretur, notari debet fuiſſe quondam opinionem inter DD. per Bullam Cruciatæ poſſe Confeſſarium approbatum à ſuo Prælato, qui ejus Ordinarius eſt, excipere cõfeſſiones ſæcularium eum eligẽtium, quia ſcilicèt Cruciata ſolummodò expoſcit approbationem in Confeſſario ab Ordinario præſtitam, non ab Epiſcopo tantùm; ſic olim intelligebant Regulares Cruciatam: mota eſt lis ab Archiepiſcopo Hiſpalenſi, & deducta ad Paulum V. & Sacram Congregationem, propterea Congregatio declaravit, &

Paulus confirmavit, Cruciatam nihil in hoc indulsisse Regularibus, ideſt, quòd, ut ſecularium confeſſiones exciperent, neceſſariò ab Epiſcopo, juxta Trid. expoſcenda eſſet approbatio: ſic teſtatur P. Thom. Hurt. Examinator Synodalis Archiepiſcopatûs Hiſpalenſis, & ibidem Theologiæ Lector Primarius *tract.* 12. *cap.* 1. *num.* 2058. prætendebant igitùr Regulares nullibi approbari extra ſuos Regulares Prælatos, & ſic virtute Cruciatę eximi ab Epiſcoporum approbatione; occurrit tamen Pontifex Cruciatam definiens hoc illis minimè indulſiſſe: verba ſunt P. Hurt. *cit.* ibi: *Ad Breve Pauli V. reſpondêtur, quòd in illo Summus Pontifex ſolùm vult tollere abuſus quorundam Regularium, qui ſe intromittebant, & exponebant ſe in Eccleſijs ad audiendas confeſſiones, putantes* (*quia exempti erant*) *virtute Bullæ poſſe id facere, habereque juriſdictionem ſine examine, & approbatione Epiſcopi, hoc enim deſtruxit Summus Pontifex dicens, Bullam Cruciatæ* in hac re minimè quidquam novi juris induxiſſe; *& hoc etiam determinavit Urb. VIII. in Bulla ſuprà adducta.* Vide ſimile reſponſum ad aliam declarationem datum à Boſco *concl.* 5. *num.* 113. & Dicaſtill. *diſp.* 10. *num.* 251. & vide infrà *num.* 60.

27 Undè concludit idem Hurtad. *cit. num.* 2041. privilegium Cruciatæ eſſe fidelium pœnitentium privilegium, non autem Confeſſariorum, ut etiam aſſerit Joan. Sanch. *in ſelect. diſp.* 48. *num.* 30. *fine*, Tambur. *lib.* 5. *de pœnit. cap.* 5. §. 4. *num.* 18. & ſic Vincent. Candid. Pœnitentiarius Papæ Urban. VIII. *tom.* 2. *diſp.* 25. *art.* 63. *dub.* 3. *& art.* 64. *concl.* 1. ſcribens Romæ, noſtram doctrinam ut probabiliorem amplectitur; & ſimilitèr Filiucius, Pœnitentiarius quoque ejuſdem Pontificis eândem ſequitur ſententiam *tom.* 1. *tract.* 7. *cap.* 9. *n.* 261. & poſt illos Gallego *de conſcient. probabili circa confeſſiones dub.* 2. *num.* 10. *verſ. videtur*; qui omnes de ea Paul. V. Conſtitutione meminêrunt, & Magnus Sylveyr. hanc ſententiam vocat veram *opuſc.* 2. *ref.* 23. *quæſt.* 12. & plures alij à nobis *ſupr. cit.* 2. *&* 3. *p. hujus quæſt.* Nec omittendum, quod adducit Nald. *verb. indulgentia num.* 9. conſultos ſcilicèt PP. in ſacrâ Pœnitentiariâ juxta epiſtolam ſibi miſſam à D. Gypſio Epiſcopo Ariminenſi Urbis Gubernatore, reſpondiſſe ſufficere approbationem Ordinarij ipſius Confeſſarij, & ſic electo Papam conferre juriſdictionem.

28 Oppoſuit 4. Bullam Urbani VIII. datam Cardinali Epiſcopo Giennenſi, quam memorat Barb. *de jur. Eccleſ. cap.* 43. *num.* 210. & Fraſſo *de jur. patr. tom.* 2. *cap.* 72. *num.* 14. Reſpondêtur tamen illud Urbani privilegium eſſe perſonale, ut patet ex verbis ab Epiſcopo tranſcriptis, ibi: *Tibi*

Re-

Religiosis prædictis, &c. constat autē privilegium personale cum persona finiri, *cap. privilegium de regul. jur. in 6.* privilegium personale personam sequitur, & cū ea extinguitur, *& L. unica §. ne autem Cod. de caduc. tollend. L. cum quis, L. fin. ff. de verbor. oblig. §. finitur, inst. de usufruct.* ut notant Laym. *lib. 1. tr. 4. cap. 23. n. 4.* Pal. *tract. 3. disp. 4. p. 2. §. 1. num. 1.* & alij communitèr : deindè notum etiam est privilegium etiam favorabile non extēdi de persona ad personas non expressas, etiam ob similitudinem, vel maiorem rationem, de quo Salas *disp. 20. deleg. sect. 11. num. 110.* Suar. *lib. 8. cap. 28. num. 11.* Bonacin. *disp. 1. quæst. 3. p. 7. §. 1. num. 15. & §. 2. num. 11. & 12.* Pal. *cit. p. 13. num. 1.* & alij plures : undè nequicquàm hanc Bullam extendere conatur Episcopus ad suam Diœcesim. Vide explicationem hujus Bullæ apud Chassaing. *de privil. Reg. tr. 5. cap. 2. propos. 1.*

29 Insuper quoque ipsi Giennensi Episcopo non suffragabatur, ne pœnitentes eligere possent Confessarios semèl approbatos ; nam licèt Urban. revocasset illa in Bulla privilegia Religiosis quomodolibèt competentia in vim Sanctæ Cruciatæ, ut constat ex ejus verbis, ibi : *Eis competentibus ;* jam suprà tradidimus, privilegia Cruciatæ non esse Regularium privilegia, sicutî in simili hanc distinctionē faciunt de gratia dispensandi in favorem dispensaturi, aut ejus, cui est facienda dispensatio, Sāch. *lib. 8. disp. 2. num. 6.* Salas *cit.* Bonac. *d. 1. quæst. 3. §. 1. vers. Quarta num. 19. ex cap. sicut nulla, de præbend. in 6.*

30 Deindè, si per particulam *quomodolibèt* velis intelligere eam indirectam facultatē Regularium communicatam per fidelium Cruciatam habentium electionem, adverte eam Constitutionem non innotuisse Hispaniarum Regi, nec ejus Commissario, quorum intererat ; certè enim ei restitissent, utî fecit Tribunal Hispaniæ supremum simili concessioni Episcopo Cordubensi indultæ, quam meminimus *supr. n. 170. p. 356.* est enim utique necessaria notitia revocationis privilegij, seu ejus declarationis in privilegiato, ut si velit, se opponat, aut supplicationem Pontifici porrigat, de quo plura infrà *quæst. 11.* & præsertim *q. 12. per totam :* immò vide infrà *num. 60.*

31 Tandem neque id privilegium Giennæ Episcopo cōcessum omnes simul Regulares comprehendebat, ut prætendit noster Episcopus ; constat hoc ex illius tenore, qui si utique benè inspiciatur, solùm tetendit ad diluendam resistentiam Regularium, ut non possent ab Episcopo excōmunicatione ligari prætextu privilegij cujusdam Clem. VIII. quod Urbanus revocavit, seu declaravit non obstasse. Et

quòd

quòd de hac Bulla ſupplicatum fuerit, & quòd fuerit ſuſpenſa, vide *infr. n.* 60.

32 Oppoſuit 5 Bullam ejuſdem Urbani conceſſam Archiepiſcopo Eborenſi D. Joſeph à Mello in lite mota cum PP. Societatis Jeſu, quam refert Soar. Luſit. *de pœnit. tract.* 6. *d.* 2. *ſect.* 4. *diffic.* 1. §. 4. ibi: *Tibi licentias, & approbationes, &c.* ubi licèt licentias ſimpliciter, & ſine præfinitione temporis datas Pontifex reſervaverit, etſi per anteceſſores fuiſſent expeditæ; attamen licentias ad tempus, & ad placitum conceſſit poſſe revocari tam ab ipſomet Archiepiſcopo, quàm à prædeceſſoribus datas. Omnes autem Epiſcopatûs Lerienſis licentias aſſerebat Epiſcopus noſter fuiſſe ad tempus tantùm cõceſſas.

33 Reſpondetur tamen, eam ſimiliter Bullam fuiſſe perſonalem, ſicque expiraſſe cũ perſona Archiepiſcopi, nec ullatenùs ad Lerienſem Epiſcopum extendi potuiſſe, ut ſuprà de alia Urbani Bulla aſſerûimus; neque de omnibus licentijs ſimùl ſumptis intelligi potuerat, immò increpatus fuit Archiepiſcopus à Sacra Congregatione, ut narravimus 3. *p. num.* 169. *pag.* 345. & ſi omnes eſſent ad beneplacitum, & ad tempus, ut ſatis expreſſit Clem. X. ſuprà adnotatus per particulam *nullatenùs*, , quòd omnem rejicit viam omnes ſimùl licentias revocandi, ut in ſimili etiam ſuperiùs diximus de particula *minimè*, & *nullo pacto*, ex Tambur. *ſupr. cit.*

34 Poterat etiam Epiſcopus opponere aliam Bullam Urban. VIII. *Cùm ſicut accepimus*; quæ invenîtur in Cherub. *conſt.* 92. hujus Pontificis, & adducitur à Boſco *ſect.* 3. *concl.* 2. *num.* 34. ubi ab eo confunditur cum ſuprà allata Cardinali Epiſcopo Giennenſi conceſſa; hæc tamen generalior eſt, ut ex ejus contextu apparet; attamen ſufficiẽtèr expenditur, & diluitur ab eodem Boſco *concl.* 3. *à num.* 123. ſolùm enim decernit neceſſariam eſſe approbationẽ Epiſcoporũ Diœceſanorum; non tamen determinat, & ſic reducit approbationem ad terminos Tridentini; ibi igitur refutat Boſco rationes Cardinalis de Lugo, ut loco citato videri poteſt; neque ibi de privilegio Cruciatæ ullum verbum inſeritur. Idem etiam poteſt dici ad aliam Bullam Alexand. VII. conceſſam Epiſcopo Andegavẽſi, quam adducit idem Boſco *n.* 142. dato quòd decreta ab eâ Bullâ memoratâ authentica ſint, de quo dubitavit quidam Doctor apud eundem Boſco *n.* 143. & de ſuſpẽſione hujus Bullæ vide infrà *num.* 60. Idem etiam dici poteſt ad aliam Bullam Gregor. XV. relatam à Cherub. & ab Hurtad. *tom.* 2. *de congru. ſuſt. in* 1. *appẽd. num.* 328. & licèt inſerta appareat Bullario Romano, attamen pro Hiſpaniarum Regnis non

non viget, nam Urban. VIII. supersedere jussit ad illius executionem, & quòd hæc suspensio extendatur ad Regnum Lusitaniæ, vide eumdem Hurt. *cit. tom. 1. de congr. just. lib. 5. num.* 703. ubi *num.* 698. adducit de verbo ad verbum id diploma suspensivum, & de ea suspensione testātur etiam Joan. Sanch. in selectis, Bravus, & alij : vide Dian. *in summ. verbo Regulares num.* 73. *exp.* 11. *tract.* 2. *ref.* 28. coord. verò *tom.* 7. *tr.* 1. *ref.* 346.

35 Opposuit 6. Bullam Innoc. X. ad instantiam Episcopi Angelopolitani D. Joan. de Palafox expeditam, quam adducit Passerin. *tom.* 2. *de stat. hom. quæst.* 127. *art.* 1. attamen de hac Bulla passim meminimus hac *in* 5. *quæstion.* & latè ventilata fuit in Judicio P. Jacobi Tinocco de hac contentione facto *Explor.* 5. *à n.* 154. *pag.* 486. & ipsemet Episcopus Angelopolitanus, quocum contentio tunc mota fuit, *in defens.* 3. *p. num.* 56. defendit non posse omnes licentias simùl revocari : neque ea lis sita fuit, nisi cum privilegijs Regularium, ut ex illius Bullæ contextu videri potest : immò excitata non fuit, ut Episcopus intenderet revocare licentias, sed ut illas ei PP. Societatis ostenderent, ut testatur Fagnan. *in* 2. *p.* 1. *decret. cap. sanè de offic. & pot. jud. deleg. à n.* 27. & manifestè colligitur ex verbis declarationis factæ à Sacr. Cōgr. ipsi Bullæ insertæ, ibi : *Ac proinde memoratis Religiosis, qui hujusmodi approbationem, ac licentiam se obtinuisse non docuêrunt, potuisse Episcopum, &c.*

36 Neque de Bulla Cruciatæ hic ulla mentio facta fuit, nec dubium excitatum : immò eam Bullam de Bullario Cherubini delêri jussam fuisse à Sacr. Cōgr. anno 1658. & aliam Urb. VIII. concessam Episcopo Giennensi vide apud Bosco *tom.* 4. *disput.* 8. *sect.* 3. *concl.* 5. *num.* 141. Prætera contentio Episcopi Palafox tendebat tantùm, ne PP. Societatis Jesu eximerentur ab Ordinarij approbatione prætextu privilegiorum Regularium ad missiones in terris infidelium, quæ declaravit Sacra Congregatio sub Innoc. X. non valêre, nisi in locis, ubi est defectus Parochorum. Vide Verricelli *de apost. miss. tit.* 4 *quæst.* 91. *fine:* qui *tit.* 9. *quæst.* 161. *num.* 2. nostram sententiam vocat communem ; & licèt aliàs de approbatis in alia Diœcesi decideret Sacr. Congr. de solis privilegijs Regularium non ostensâ, & à Diœcesano non verificatâ approbatione fermo fuit, ut diximus ex Fagnano ; quam licentiam necessariam esse, semper Pontifices intendêrunt, ut infrà dicêtur de facultate concessa S. Philippo Nerio ; vel etiam intellige decisionem de approbatione in actu 2. expeditâ ad excipiendas confessiones, ut in simili respondet Pal. *tract.* 23. *p.* 18. §. 4. *num.* 4. ad aliam declarationem

nem factam Archiepiſcopo Valentino. Vide plura de hac contentione apud Hurtad. *de congr. ſuſt. tom.* 1. *lib.* 5. *n.*667. *& tom.*2. *in* 1. *append.* ubi totus proceſſus ad literā refertur : & in *cit.tom.* 1. *lib.* 5. *à num.*803. ſcitè ſermonem ad Cruciatam invertit , multa pro nobis expendens:eum omninò conſule.

37 Oppoſuit 7. celebrem Conſtitutionem Clem.X. *Superna* , & declarationem Sacræ Cōgregationis à nobis tranſcriptā 2. *p. num.* 11. *pag.*264. Huic tamen oppoſitioni ſatis occurritur ibid. *à num.*77. *pag.*289. & in reſponſis ad cenſuram P. Franciſci Pedroſo *à num.* 44. *& à num.*97. *pag.*403. *&* 425. & in judicio P. Jacobi Tinoco *Explorat.* 1.*n.* 37. *pag.*450. & patet etiam ex reſpōſione ad 3. *oppoſ. à num.*21.*pag.* 507. in quâ actum fuit de Bullâ Pauli V. ad quam refertur ea noviſſima Sacr. Congreg. declaratio , cùm notum ſit in jure relationem intelligentiam à ſuo relato ſumere , *L. à ſe toto ff. de hæred. inſtit. L. ſi ita ſcripſero, ff. de cond.& dem. L. ait Prætor.* §. 1. *ff. de re judic.* Barb. *ax.* 201. *num.* 1. Rota *dec.*405. *num.* 1. *p.* 1. *in poſt.* Tuſch. *tom.* 6. *concl.* 129. *num.* 1. Decian. *conſ.*63. *ſub num.*6.§.*Nec obſtat*: Seſſe *dec.* 125. *num.*41. *& dec.* 137. *num.* 110. & in Philoſophia certum relationem à relato ſpecificari. Soar. Luſit. *in Meth. tr.* 5. *diſp.*2. *ſect.* 1.§.4. Suar.Granat. *in Meth.diſp.*47. *ſect.*17. Telles *diſp.*62. *ſect.* 6. *à num.* 28. ex D. Thom. 3.*p. q.*35. *art.*5. *&* 1.*p. q.*32. *à num.*2. *& in* 1.*diſt.* 8. *q.* 1. *art.*5.

38 Undè cùm in declaratione Pauli V. ſermo non ſit de facultate fidelium ad eligendum Confeſſarium , nequit extendi ad illam ea prohibitio. Neque arguas cum P. Pedroſo in ſua cēſura *n.* 13. *pag.*385. ex à nobis dictis 2.*p. n.* 35.*pag.* 273. hoc ſcilicèt non habêre locum , quando ex conceſſione neceſſariò devenîtur ad rem prohibitam ; id enim non habet verum in præſentiarùm , ubi intervenit præjudicium Regis , & fidelium, de quo infrà *num.* 50. quo in caſu debet conceſſio, ſeu declaratio omninò reſtringi , quantum patitur verborum ſenſus. Et ideo licèt in narrativa Archiepiſcopi Hiſpalenſis fiat mētio de opinione noſtrâ , & de fidelibus univerſâ in Hiſpaniâ Bullam ſumentibus, & ut alibi diximus , per ſupplicationem intelligâtur,ſeu interpretetur conceſſio , dato quòd hoc demus in ſupplicatione explicari, nam diverſa hæc fuit à narrativa. Cùm tamen verba declarationis non id ſonent , & debeant reſtringi , utpotè in materia prejudiciali, ut dictum eſt , non habet hîc locum ea intelligentia , quanvis multotiès alibi à nobis admiſſa fuerit. Præterquamquòd neque ea declaratio Congregat. neque Pauli V. Bulla fuit executioni mādata, ſed ſuſpēſa àRege ,

&

& de ea ſupplicatum Sãctiſſimo. Vide infrà *num.* 60.

39 Inſupèr bona ſententia eſt, & valdè recepta, eas Cõgregationis declarationes non promulgatas, ut lex requirit, non ligare in foro conſcientiæ, ut docet noviſſimè Corell. *Conſ. mor. p.* 1. *tract.* 3. *conſer.* 3. §. 2. *num.* 18. & fuit ſententia Magni Suar. *de leg. lib.* 6. *cap.* 1. *n.* 3. Lorcæ 1. 2. *d.* 18. *append. circa fin.* Salas *diſp.* 2. *ſect.* 9. *fin. diſp.* 10. *ſect.* 9. *num.* 68. *diſp.* 12. *ſect.* 1. *num.* 8. *& diſp.* 21. *ſect.* 12. *corol.* 5. *fine*, Bonac. *diſp.* 1. *quæſt.* 1. *p.* 8. *num.* 4. *verſ. Secunda pars.*

40 Unde licèt *à num.* 19. ſecundæ partis hujus quæſt. *p.* 267. ſolutioni P. Sylvæ non acquievimus diſputandi gratiâ, re verâ tamen ad vigorem declarationis aliqua publicatio, & notitia publica neceſſaria eſt, ut induat naturam ipſius legis, cujus eſt declaratio, eadem enim ratio datur in utrâque; nam ſicut ad legem requiritur ea manifeſtatio, ut omnes à prohibitis arceantur, ut traditur *in L. leges ſacratiſſimæ, Cod. de leg.* ubi Juſtin. ſic ait: *Leges ſacratiſſimæ intelligi ab omnibus debent, ut univerſi præſcripto eorum manifeſtius intellecto prohibita decliuent, & faciant præcepta, & in auth. ut factæ novæ Cõſtitutiones coll.* 5. *& in cap.* 3. *diſt.* 4. ubi Gratian. ait: *Leges inſtitui, cùm promulgantur*. ita etiam ut omnes accipiant illius declarationem, & à contraria devient, debet hæc illis fieri manifeſta, eo modo, quo ſufficiẽter certiorentur de illius obligatione.

41 Ideo probabilior, & ſecurior ſententia defendit ſimiles declarationes vim legis habêre, & adſtringere in judicio, & extra illud, cùm authenticè de illis conſtat, juxta normam ab Urban. VIII. datam, nempè per Breve Pontificis, vel per monitorium Auditoris Cameræ, vel per epiſtolam alicujus Cardinalis ſuo ſigillo munitam, vel per tranſumptum authenticum ex regiſtro Congregationis, parte citatâ: & hæc publicatio cenſêtur ſatis in legis declaratione ex uſu, & conſuetudine; quia licet ſic non ſtatim multis innoteſcat, paulatim tamen in multorum notitiam devênit, & de ſe apta eſt devenîre, quod videtur ſufficiens ad obligationem inducendam, ut docent Rodrig. *tom.* 1. *q.* 11. *art.* 2. Salas alios referens *diſp.* 21. *ſect.* 12. *fin.* Garc. *in præfat. de benef.* Pal. *tr.* 3. *diſp.* 5. *p.* 3. §. 1. *num.* 6. & alij plures.

42 Nam licèt declaratio cũ ipſa lege à principio inſit, & ideo non indigeat eâ ſolemni publicatione, quâ ipſa lex, *L. ita fidei ff. de jur. fiſc.* attamen hoc verum tantùm habere poteſt omninò, cùm declaratio eſt clara, & evidens; non autem quando datur in re dubiâ, & ambiguâ, & pro quâ ſunt variæ DD. opiniones, nam tùnc non infertur neceſſariò ex promulgatione legis; ſtare enim

enim optimè poteſt lex cum cõtraria opinione.

43 Neque obſtat Romanam Rotam ſequi omninò declarationes Cardinalium, etiamſi promulgatæ ſolemnitèr non ſint, ut conſtat ex pluribus deciſionibus Rotæ, quas referunt Salas, Rodr. & Bonac. citat. nam hoc ideo fit, quia judicant maximi ponderis, & authoritatis eſſe, ut verè ſunt, non quia obligent, vel vim legis habeant.

44 Nam in eâ parte, quâ opinionem adverſam exterminant, quomodolibèt infringunt, ſeu revocant ipſam legem, vel privilegium, cujus ſunt declarationes; revocatio autem legis, vel privilegij, debet promulgari eo modo, quo ipſa lex; nam res per cauſas quas naſcitur, per eas diſſolvi debet, ut eſt in jure tritum, & traditur ab Azor. *tom.* 1. *lib.* 5. *cap.* 3. *quæſt.* 7. Vaſq. *diſput.* 136. *cap.* 4. *num.* 25. Bonac. *diſp.* 1. *quæſt.* 1. *p.* 4. *num.* 13. Pal. *diſp.* 1. *p.* 10. *num.* 5. Nald. *verb. Diſpoſitio num.* 3.

45 Ideo ex ſe deciſiones Rotæ, & ſententiæ Cancellariæ, & Regij Senatûs, non ſunt neceſſariò habendæ pro lege, ex Vaſq. 1. 2. *diſp.* 177. *c. ult. num.* 75. Suar. *lib.* 7. *cap.* 11. *circa fin.* Sanch. *lib.* 8. *diſp.* 2. *num.* 10. Salas *diſp.* 19. *ſect.* 19. *ſub num.* 109. Pal. *diſp.* 3. *p.* 2. §. 3. *num.* 7. & alijs, tametſi maximam authoritatem habeant, quapropter ab illis recedẽdum non eſt, niſi in contrarium obſtet urgentiſſima ratio.

46 In hoc autem caſu, ut omnes ligent, debent ſortiri rationem ſtyli curialis; ille enim ſtylus, & uſus ex conſenſu Principis eſt illorum publicatio: quocirca non obligant, antequam tempus currat præſcriptionis, vel conſuetudinis inducendæ neceſſarium, ut notat Bonac. *cit. num.* 14. Pal. *diſp.* 1. *p.* 10. *n.* 6.

47 Eapropter ſaltèm tum in judicio; tum extra illud requiritur decennio frequentia actuum, ut inducatur ſtylus neceſſariò obſervandus, qui ad ſui vigorem non indiget maiori diuturnitate, ut notat Suar. *cit. num.* 12. & Pal. *diſp.* 3. *p.* 2. §. 3. *n.* 6.

48 Unde fatemur traditam declarationem habêre ex adnotatis ſuprà requiſitis fuiſſe à Cardinali Urſino nuntiatam Hiſpalenſi Archiepiſcopo: fallit tamen, tum in debitâ actuum obſervantiâ, tum in citatione partis.

49 Fallere in obſervantiâ ante, & poſt promulgationem Bull. Clem. X. tradit ipſe P. Carden. nobis adverſus, *op. poſth. diſſ.* 2. *cap.* 6. *art.* 7. *quæſt.* 3. §. 4. *prop.* 1. *num.* 291. uſque ad annum 1675. quo prodijt ea declaratio, & poſt hinc P. Fuente *in Theol. reform. diſſ.* 2. §. 74. *cap.* 8. & Sylva *de Bull. diſp.* 3. *art.* 6. *num.* 35. ibi: *Et cùm in noſtra Luſitania hæc decreta non ſint executioni mandata, immò ſcientibus, & tolerantibus Epiſcopis,*

Digitized by Google

pis, & in examinibus per ſuos examinatores annuentibus, tolerata ſit contraria reſolutio, nullius ſunt roboris.

50 Deficere in non citata parte conſtat, namque inauditus fuit Rex Hiſpaniarum, nec ei ab Hiſpalenſi Archiepiſcopo intimata fuit ea declaratio, nulla enim de hoc fit mentio à P. Carden. eſſe autem Regem partem intereſſentem patet; quia in noſtra Luſitania datur cum Pontifice pactum mittendi ad fabricam Baſilicæ D. Petri duodeviginti millè centuſſes quotannis, & adamuſſim à Rege noſtro mittuntur: deindè ſunt etiam partes fideles largientes ſuas eleemoſynas, ut teſtantur Henriq. *lib.7.de indulg. cap.21. num.7.* Rodrig. *in expoſ.Cruc. §.12. num.* 13. Bonac. *diſp.1. q.3. p.8. §.3. num.*13. Salas *diſp.20. ſect.*18. *§. Hinc colligitur*, Sanch. *diſp.*33. *num.* 10. Pal. *tr.*3. *diſp.*4. *p.*21. *§.*2. *num.*3. ideo Pōtifices ſæpius declararunt nunquam intendiſſe infringere Cruciatam, ut conſtat ex multis diplomatibus apud Regimen Cruciatæ, præſertim *pag.*134. *&* 157. de quibus nos *in* 2. *quæſt. p.* 169. & idem in Hiſpaniâ teſtātur Pal. cit. cum Baſil. de Leon *lib.* 8. *de diſpenſ. cap.*18 *num.*13. & Sanch. *d.*33. *num.*10.

51 Conſtat etiam non fuiſſe notam eam declarationem Regibus noſtris, quòd erat opportuniſſimum, & neceſſarium, ut reclamarent, & ſupplicarent Pōtifici, ſicut modò proponit reclamaturus Rex noſter cuicumque declarationi contrarię in noviſſimâ reſolutione infrà *num.*85. indigitatâ.

52 Nec dicas ſatis modò per hanc contentionem ad hoc Epiſcopo Regi talem declarationem intimari, ut ſi vellet, Pontifici ſupplicaret: ne hoc dicas, quia nunc jam nō eſt opus ea reclamatio, ut potè de declaratione jam abolitâ per contrariam conſuetudinem, nam pluſquam 20. annorum circulus circumvolvitur, quod ſufficit, ut lex ipſa per diſſuetudinem aboleatur, ut tradit Suar. *lib.7. de leg. cap.* 8. *n.* 7. *cap.*15. *num.*5. *& cap.*18. *num.*12. Bonac. *diſp.*1. *q.*1. *p. ult.* §.3. *n.*31. Maſcard. *de probat. concl.* 424. *à num.*24. Donel. *lib.*1. *cap.* 10. & ibi Oſuald. *in notat. lit. E*, Pal. *tr.* 3. *d.*3. *p.*2. §.2. *n.* 5. & alij plures.

53 Neque Pontifex ſolet per verba generalia juri alterius præjudicare, immò eo in caſu reſtringendum eſt diploma, quantum patitur vis verborum; quia non præſumitur ei derogare, niſi expreſſerit; ex *L.* 2. §. 1. *verbo merito, ff. ne quid in loco publico, L. nec avus, Cod. de emancip. lib. cap. licèt in corrigendo, de offic. Ordin. cap. ex tuarum, de author. & uſu pallij*: & tradit Panorm. *in cap.* 1. *de judic. cap. certificari, de reſcript. n.*9. Sanch. *lib.*8. *diſp.*7. *num.*6. Suar. *lib.*8. *de leg. cap.*27. *num.*9. *& cap.* 28. *num.*10. Salas *diſp.* 17. *ſect.* 8. *ad fin.* Bonac. *diſp.*1. *quæſt.*3. *p.*7.

§. 1. *num.* 33. Pal. *tr.* 3. *d.* 4. *p.* 10. *num.* 8. & alij plures apud ipſos.

54 Non indè benè infertur, quòd Cruciata non revocet per verba generalia diplomata, & Conſtitutiones circa non abſolvendos Regulares à reſervatis per extraneos Confeſſarios, de quo latè diſcutimus per totam *q.* 11. nàm privilegium eligendi Confeſſarium conceſſum in Cruciata, nulli affert præjudicium, vel gravamen, neque derogat poteſtatem ordinariam Prælatorum Regularium, quæ integra manet; immò ex alia parte levat eorum onus, & animarum ſaluti maximè prodeſt, ut conſideravit Suar. *lib.* 8. *cap.* 34. *num.* 15. Bonac. *p.* 8. §. 5. *num.* 5. Baſil. *lib.* 8. *cap.* 18. §. 3. *n.* 22. Pal. *p.* 18. *n.* 3.

55 Immò hoc ſatis explicavit Pontifex Gregor. XIV. cùm Cruciatam expedivit, ad quam aliæ ſubſequentes referuntur, dùm concedens facultatem ad eligendum Confeſſarium ad reſervata exponit finem hujus cõceſſionis eſſe maiorem conſcientiæ puritatem, ibi:

Et ut puriùs preces Deo fundere, & eo efficaciùs Divinũ auxilium implorare poſſint, quò magis peccatorum vinculis abſoluti in his literis cõtenta adimpleverint, ut ijdẽ omnes dicto triennio durante quemcumque Preſbyterum ſæcularem, vel cujusvis etiam Mendicantium Ordinũ Regularem ex his, qui ab Ordinario, & quoad Regulares ſemèl tantùm, approbati fuerint, Confeſſorem eligere poſſint, qui eorum confeſſione auditâ ipſos à quorumcumque Eccleſiæ mandatorum, nec non votorũ tranſgreſsionibus, jejuniorum, & Horarum Canonicarum omiſsionibus, cæterisque omnibus peccatis, criminibus, exceſsibus, & delictis quantumcumque gravibus, & enormibus, etiam talibus, propter quæ ſedes Apoſtolicâ meritò conſulenda foret, ac etiam in caſibus, qui literis in Cœna Domini publicari ſolitis cõtinentur, exceptis hæreſis, conſpirationis in perſonam, & ſtatũ Romani Põtificis, falſificationis literarum Apoſtolicarum, & ſupplicationum, cæteriſq; omnibus alijs caſibus, qui undecimo, duodecimo, decimo-tertio, & quartodecimo capitulis, ſivè articu-

ticulis dictarum literarū Cœnæ Domini ſcripti ſunt, ſemel in vita, & in mortis articulo; alijs verò eidem Sedi non reſervatis caſibus, quotiès confitebuntur, abſolvere, ac pro modo culpæ pœnitētiam ſalutarem injungere, plenamque omnium peccatorum ſuorum remiſsionem impéndere, ac vota quæcūque, Ultramarino, caſtitatis, & Religionis votis dumtaxàt exceptis, in ſubventionem prædictā cōmutare licitè poſsit: in caſibus tamē in quibus ſatisfactio neceſſaria fuerit, ea per ſe ipſos, vel eis impeditis, per hęredes, aut aliàs fieri debeat.

56 Et dato, quòd aliquod præjudicium conſiderarētur, ſaltèm in Religionibus reformatis, nempè nonnulla labefactatio diſciplinæ Regularis; datò hoc, ſed non conceſſo, multùm prævalêret præjudicium, quod ſequerētur ex imminutione privilegiorum Cruciatæ, quæ ad Fidem propagandam, & conſervādam diriguntur, adeò ut quantum fuerit illorum decrementum, tantum tribuatur incremētum armis infidelium adverſus Eccleſiæ defenſionem, ut latiſſimè expendit D. Ant. Freyre de Andrade Doctor Complutenſis libro ſuo inſcripto, *Defenſ. Cruciat.* §. 13. *num.* 6. Plura habes de hoc præjudicio Cruciatæ allata per contrariam declarationem, & quòd neceſſarium ſit Regis, vel Commiſſarij exequatur per totam quæſtionem 12.

57 Ideò licèt Jubilæus anni centeſimi expediatur per verba generalia, non tamen comprehendit facultatem ad abſolvendum ab hæreſi, quod nobis objectum fuerat à P. Pe[illegible] *num.* 16 *pag.* 385. in locis nempe ubi erectum eſt Tribunal Fidei; quia Reges habent diploma Pontificium, ne aliquà generalis, quin & ſpecialis conceſſio ad hæreſim abſolvendam obtineâtur, nec exequâtur ſine ſuo conſenſu ob perturbationem illius Sācti Tribunalis, quod ad illorum inſtantiam fuit inſtitutum: undè neceſſariò venîret exprimendum, ut ejus juriſdictio, vel in parte abrogarêtur, etiam per verba ſpecialia hæreſim exprimentia, de quo ſatis dicendum infrà *q.* 11. & 12. & ſuprà pluribus in locis dictum eſt. Et quòd dè hâc Bullâ Clem. X. ſupplicatum fuiſſet Sanctiſſimo, tradit Lumbier, Torrecilla, & alij cum Fr. Emman. à Concept. *de pœnit. d.* 6. *q.* 13. *n.* 927.

58 Igitur tota vis argumenti ex parte contrariâ ſtabilita Pōtificijs Conſtitutionibus Pauli V.

edita anno 1611. Urban. VIII. anno 1627. Innoc. X. anno 1648. Clem. X. anno 1670. facilè diluitur perlectâ Bullâ ejuſdē Urban. VIII. datâ die 15. Februarij anno 1625. à nobis tranſcriptâ *quæſt. 2. num. 89. pag.* 168. & aliâ ejuſdem Clem. X. editâ die 10. Octobr. anno 1674. quam etiam tranſcripſimus eâdem 2. *quæſt. n.* 91. *pag.* 171. in quibus dicti Pontifices expreſsè declarant alienū à ſua mente eſſe in ſuis Conſtitutionibus Bullam Cruciatæ revocâre, & cùm Clementina Bulla ſit poſterior anno 1674. poſterioraque de jure derogent anteriora, ut eſt omnibus notum; declaretque Pontifex in ſuis Conſtitutionibus non revocare Bullę Cruciatę privilegia per illa verba: *Quique eo animo, eâque voluntate* nunquam fuimus, *ut indulgentias, facultates, conceſſiones, & indulta quæcumque intuitu expeditionis in Turcas, & alios infideles, aut* Cruciatę *impedirêntur, aut revocarêntur*; benè ſequitur non habere locum Bullam *Supernam* in privilegijs Bullę Cruciatæ; nota dictionem illam *nunquàm*, quę omnia antecedētia cōprehendit, eſt namque univerſalis negativa cōprehēdēs omnē caſum, & omne tēpus, equipolletque dictionibus univerſalibus negativis, nullamque recipit reſtrictionem, cùm ſit indefinita ex notatis à Barb. *dict.* 231.

59 Oppoſuit 8. conſuetudinem, quâ Regulares mutato domicilio ſolēt Epiſcopos Diœceſanos illicò adîre, ut ab eis approbêntur ad confeſſiones excipiendas; non tamen hoc negatur, ut Regulares utantur ſuis privilegijs. Ad privilegium verò Cruciatæ jam ſatis dictum eſt ſuprà *num.* 42. *pag.* 513. eſſe contrariam conſuetudinem, & de hâc teſtantur omnes DD. traditæ à nobis doctrinæ ſubſcribentes, & pro ea reſolutum fuit coram Rege in privato concilio ejus præceptis nuperrimè ad hāc deciſionem iterùm, atque iterùm congregato ex miniſtris notæ graviſſimæ, & Religioſis doctis, & timoratis conflato, quæ prodìvit 22. Febr. proximè prēteriti. Undè audiendus non eſt D. Laſtras, qui tom. 1. prop. 1. Innoc. XI. noſtram improbat ſententiam, ut comprehenſam ſub damnat. 1. prop. Innoc. XI utpotè minùs ſecuram in praxi, & lædentem valorem Sacramenti; audiendus, inquam, non eſt, tum quia juriſdictio Miniſtri non attinet ad valorem Sacramenti, illamque confert ſatis opinio probabilis, & conſuetudo, ut affatìm dictum eſt quæſtione 5. in reſponſione ad cenſuram P. Pedroſo, quam conſule, & Prado *in dict. Innocentij XI. propoſit.* tum quia in eo decreto reſervantur opiniones à DD. Catholicis ventilatæ, ibique expreſsè non improbatæ. Vide ſuprà *n.* 20. *p.* 507.

60 Oppoſuit 9. Regem non poſſe ſe immiſcêre huic reſolutioni,

tioni, utpotè ſupra ejus juriſdictionem. Reſpondêtur tamen de hoc inſtitui ſpecialem quæſtionem, quæ hoc opus coronat, infrà videndam, quæſtione 12. ubi dicêmus plura diplomata Pontificia detẽta à Regibus fuiſſe: interim conſule Thom. Hurtad. qui *de congr. ſuſt. tom. 1. lib. 5 num. 671.* ſic ait: *Hinc eſt, quòd cùm Pius V. Breve edidiſſet, quòd Epiſcopus ſucceſſor poſſet, ad ſuæ conſcientiæ ſecuritatem, Religioſos ab anteceſſore examinatos, iterùm examinare: ex quâ novitate maxima orta eſt diſſenſio, & magna ſcandala timerentur, ad petitionem Philippi Secundi Gregor. XIII. anno 1572. Breve Pianum reformavit. E noſtris temporibus, cùm ſapientiſſimus Doctor Villegas, Archiepiſcopatûs Toletani Gubernator Generalis pro Sereniſſimo Infante voluit, ne Religioſos, aut prædicârent, aut confeſſiones audirent, ſine ejus approbatione: & tamen Rex noſter ex conſilio ſapientium ſuorum decrevit, ne fieret novitas; ſicut decrevit, quando Epiſcopus Cordubenſis ſimilè indultum impetravit à Sede Apoſtolicâ, ad iterum examinandos Religioſos in ſua Diœceſi, quod ad executionem non eſt reductum. Epiſcopum Cordubenſem imitati ſunt Archiepiſcopus Hiſpalenſis, & Giennenſis, ſimilia indulta impetrantes, ut poſſint iterùm examinare Regulares: vidi indulta, ſed non audivi examina: quia ſupplicatum eſt à Sanctiſſimo, & Concilium executionem detinuit: ſic, quanvis non fuerit derogatum Breve Pianum, de quo eſt controverſia, poſſunt Regulares de tali derogatione ſupplicare, & illam non exequi uſque ad aliam juſſionem Pontificiam, quia novitas iſta magnam valdè inducit turbationem in Regularibus novi Orbis, qui habent conſuetudinem in contrarium. Et quanvis Congregationis decreta, & approbatio Innoc. X. receptæ fuerint in conſilio ſupremo Indiarum, quod decrevit, ut ad executionẽ uſq; mandaretur; tamen hoc decretum, ſicut, & multa alia, receptum inibi non eſt: ſicut, & multæ leges à populis non acceptantur ex prævisione ſcãdalorum, & inconvenientium, quæ ex illarum obſervatione ſequi poſſunt.*

61 Oppoſuit 10. abſurdam ſequelam approbati ad regionem S. Thomæ v. g. qui manêret ad hoc Regnum approbatus, judicans minorem ad illam opus eſſe ſufficientiam, quàm ad hoc. Igitùr cùm hoc inficiemur judiciũ, nil mirum, ſequelam nobis abſurdam non cenſeri; immò inter Italos hac civitate Religioſos reformatos ad Angolenſem miſſionem profectos invenimus hanc ſententiam ad praxim ſine ulla formidine deductam; & ei hîc ſubſcripſit eorũ Procurator Generalis, doctiſſimus paritèr, ac probus, & timoratus Fr. Paulus à Voragine, & eorum Superior Fr. Bernardinus à Liguillia vir merito præcellẽs; & ratio æqua-

Digitized by Google

lis eſt, quia ad illas miſſiones approbat ipſe Pontifex mediante decreto Sacræ Congregationis de propaganda Fide determinatos Religioſos à Præfecto Miſſionum inibi deputandos juxta privilegia ei conceſſa, modificanda ſecundùm illius judicium, ut munus exerceant confitendi, & prędicandi, diſpenſandique ad illius commiſſionem; qui cùm ſemèl à Pontifice maneant approbati, habent quidquid à Cruciata requiritur, etiam extra tempus, & regiones Miſſionum, ad quæ à Pontifice fuerant deputati, & quibus ab eo terminus præfixus erat. Habet enim hęc Congregatio authoritatem à Summo Pōtifice ad conſtituendos Miſſionarios, ut probat Verricelli *de apoſt. Miſſ. tit.* 15. *quæſt.* 224. *num.* 20. & formam approbationis adducit *quæſt.* 271. & cùm ex officio approbet, eſt hæc vera approbatio Ordinarij à Cruciatâ requiſita. Ad inſtar paritèr approbatus ab uno Ordinario manet approbatus á Pontifice per Cruciatam, ut ubicumque ea á fidelibus cōparêtur ſecūdùm præſcripti Pōtificij menſuram, poſſit eligi in Confeſſarium, ut omnia Cruciatæ privilegia ſibi competentia poſſit exercêre.

62 Ulteriùs communis eſt ſententia, quòd Parochus actualis poteſt eligi in toto mundo, quia Concilium ſolùm requirit beneficium Parochiale; atquî Parochus in regione Sāct. Thomæ etiam in ea eſt approbatus, & ut talis eſt ubique eligibilis, quin ei obſtet approbatio in ea regione: ergò etiam non obſtabit in ea approbato, ut detur conſideratum inconveniens: inſuper ij Miſſionarij ſunt propriè, & verè Parochi, ut ex pluribus probat Verricelli *cit. tit.* 4. *q.* 98. *num.* 255. ac proindè ubique eligibiles ex eâdem ratione, quâ alij Parochi.

63 Oppoſuit 11. Conſtitutiones Synodales omnium Epiſcopatuum huſus Regni, & ſpecialitèr ſuæ Diœceſis, cujus verba ſic tranſcribit:

E aſsim ſe poderám confeſsar aos Frades Mendicantes, ou a outros, que por direito, & privilegio podem ouvir de confiſſaõ, ſendo primeiro por ſeus mayores apreſentados por Confeſſores examinados, ou havidos por idoneos por Nós, ou noſſo Proviſor, a quem haõ de pedir humildemẽte licença para adminiſtrar eſte Sacramento, ſem a qual licença, ou aprovaçaõ nam confeſſarám, ainda que os penitentes tenham Bulla para ſe confeſsarem a elles, porque a dita Bulla ſe entende ſendo idoneos, & aprovados pelo Ordinario.

64 Scio nonnullos DD. reſtringere privilegia derogantia ſta-

ſtatuto particulari, præſertim quando eſt conforme juri communi; undè diſpenſatum genericè, ab oneribus genericè ſumptis, non intelligunt de ordinarijs, ſed de extraordinarijs. Verùm communiter hæc doctrina ab ipſismet DD. limitatur, ut non intelligatur quando privilegium cedit in favorem piæ cauſæ, quia ſummum jus eſt, quod pro Religione facit, *L. ſunt perſonæ, ff. de Relig. & ſumpt. fun.* adeò ut licèt privilegium conceſſum filijsfamilijs, utpotè contra jus commune ſit ſtrictè explicādum, ita ut ſolùm pro filijs legitimis intelligatur, juxta *L. ult. Cod. de his qui veniam ætatis*, & Bart. *in L. omnes populi ff. de juſt. & jur. num.* 60. & 62. attamen ſi cedat in favorem piæ cauſæ, ad legitimatos extenditur, ut tradit Suar. *lib.* 8. *cap.* 27. *num.* 7. Salas *diſp.* 17. *ſect.* 6. *num.* 43. cum Bart. *in L. ſi conſtātèr ff. ſoluto matrim. num.* 44. de quo videri poteſt Tiraq. *tract. de pia cauſa n.* 160.

65 Tale cenſetur privilegium conceſſum militibus, Religioſis, & ſimilibus, quibus adjūgi debet urgentiori fundamento privilegium Cruciatæ, ut potè communi bono Fidei, Religionis, & Reipublicæ favens valdè, quo bono ſatis compenſatur vulneratio juris communis, & cujusque particularis. Ita Suar. *cit.* Salas *ſect.* 8. *num.* 52. & *diſput.* 20. *num.* 90. *verſ. ſexto*, Bonac. *diſp.* 2. *quæſt.* 3. *p.* 9. §. 1. *n.* 5. Sanch. *lib.* 8. *de matr. diſput.* 1. *num.* 33. Rodr. *tom.* 1. *quæſt.* 11. *art.* 6. *verſ. Decima*; undè nil mirum approbatio in privilegio Cruciatę extendatur ad quamcūque approbationem, & non reſtringatur ad localem, tametſi localis conſtitutio reſiſtat.

66 Quod procedit quando privilegium fertur per ſolam ſimplicem conceſſionem; nedum quando ei appenduntur clauſulæ derogatoriæ, ut in præſentiarùm, appenſæ videntur Cruciatæ, ut patet ex Bulla Plumbea, ibi: *Non obſtantibus, &c. quorūcumq; juramento, cōfirmatione Apoſtolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis Statutis, &c. quibusvis Eccleſijs etiam Cathedralibus, & Metropolitanis, &c.* tunc enim habetur quidquid requiritur ad revocanda ſtatuta ſpecialia ex *cap.* 1. *de conſt. in* 6. ut rectè Suar. *lib.* 8. *cap.* 14. *num.* 8. & *cap.* 22. *fin.* & *cap.* 28. *num.* 8. & 10. Sà *verbo Gratia num.* 74. Pal. *tr.* 3. *diſp.* 4. *p.* 10. *num.* 11. undè conceſſio generalis ſatis innuit derogationē ſpecialem, quando ei adjungitur non obſtantia alicujus legis generalis, vel ſpecialis, ut notat Bart. *in L. ſciendum ff. qui ſatiſd. cog. verb. non obſtantibus*, ubi Alex. & Decius *in Reg. L. in toto ff. de reg. jur. num.* 8. quam Cruciata nedum habet, ſed & ipſiſſimæ Conſtitutionis Synodalis expreſſionem.

67 Quod dictum intellige ad Conſtitutiones exprimentes con-

contrariũ noſtræ reſolutionis, ut exprimere videtur Conſtitutio Ulyſſiponenſis, Portuenſis, & Algarbienſis: nam de Lerienſi minor eſt dubitatio, ibi enim ſolùm prohibêtur admitti in Confeſſarios, qui ab Ordinarijs loci non fuerint approbati, ut rejiciantur approbati per Prælatos Religionum, etiam ex vi Cruciatæ, ut declaratum erat à Paulo V. & nos ſuprà diximus *n.* 21. *pag.* 507.

68 Nec dicas Conſtitutiones Ulyſſiponenſes *pag.* 80. §. 1. approbationem datam abſque præfinitione temporis reſtringere ad annum, & ideo poſt illum expirare, proindeque ſic approbatum non cenſeri poſteà eligibilem. Reſpondêtur enim magnum intervenire diſcrimen inter approbationem, & juriſdictionem, quia juriſdictio eſt actus voluntatis, approbatio autem intellectûs, quam obrem hæc abſolutè data, nequit ſine cauſa revocari, quia utpotè ſententia, ſeu teſtificatio ſemèl abſolutè data, ſemper remanet in approbato, niſi nova ſententia, ſeu nova juſta reprobatio accêdat, de quo vide Tambur. *de pœnit. lib.* 5. *cap.* 5. *num.* 52. Card. Lugo *diſp.* 21. *num.* 64. & alios communitèr: propterea Conſtitutio allegata non reſtringit approbationem, ſed juriſdictionem, ſeu licentiam abſolutè datam, nam benè poteſt obtineri decretum approbationis, quin per illud licentia, ſeu juriſdictio communicêtur, ut patet ex praxi: ergò ſimilitèr licèt expiret juriſdictio, ſeu licentia, non cenſetur expiraſſe approbatio: juriſdictionem igitùr abſolutè datam reſtringit conſtitutio, non autem approbationem, quia non poteſt ſine nova cognitione.

Præterea quidquid in privatis Conſtitutionibus Synodalibus cenſeatur adverſum, viſitur ab ipſo corpore Cruciatæ abrogatũ in non obſtantijs ad ejus calcem à Pontifice adjectis, ut adnotavimus in noſtro Epitome *tit. de Derogationibus num.* 1. *& num.* 6. Ideo à ſupremo Senatu in fronte Conſtitutionum Synodalium hujus Regni juſſum fuit affigi Procuratoris Coronæ proteſtationem, ne obſtarent opinionibus controverſis à DD. circa leges, & Ordinationes, nec præjudicium juriſdictioni Regiæ afferre poſſent, & hâc lege, & conditione excuſſæ fuerunt Conſtitutiones Bracharenſes, Portuẽſes, Viſenſes, Lamecenſes, & Portalegrenſes cum decreto, ut nullæ aliæ poſſint abſque eâ proteſtatione excudi; & hoc pacto fuit ab Epiſcopis hæc reſolutio acceptata, ideonequeunt excedere ejus terminos; proindè nullatenùs obeſſe poſſunt Conſtitutiones Synodales privilegijs Bullæ Cruciatæ, quæ ſunt privilegio Regis. Fuit proteſtatio facta in Conſtitutione Portalegrenſi 22. Febr. 1633. & in Lamecenſi 17. Novembr. 1682. & in Viſenſi

1.

Digitized by Google

1. Feb. 1683. & in Bracharensi 23. Martij 1689. & in Portuensi 9. Jul. 1689.

69 Oppoſuit 12. indecencentiam, & humilitatis defectū in Regularibus nolentibus ſubjici Ordinarij diſpoſitionibus; cùm tamèn Religiòſi prudentes, & timorati eos non dubitent actus exercêre, cùm potiùs in honorem, quàm in contemptum Religionis cedant: & allegavit exemplum S. Franciſci Xaverij, qui licèt gratijs Pontificijs locupletatus, ſemper alumnis ſuis injungebat veniam ab Epiſcopis petere, etiam genibus flexis. Reſpondêtur tamen negando eam indecentiam, & defectum humilitatis; nil enim communius, quàm convenientiſſimum judicari eſſe in multis Regulares exemptos, aliter ea exemptio à Sūmis Pontificibus non concederêtur; & tamen poſſent ab aliquibus, licèt injuſtè, Regulares argui eorundem defectuum: ergò licèt impræſentiarum per diſpoſitionem Clem. X. de nullitate revocationis licentiarum Confeſſariorum omnium unius Cōventûs loquentem, vel per privilegium Cruciatæ conſideretur Regularibus aliqua exemptio ab Ordinariorum decretis, injuſtè arguuntur de ijſdem defectibus.

70 Immò ſanctiſſimus, & humillimus Philippus Nerius eā exemptionem enixè poſtulavit à Sixto V. ut ſui ſemèl examinati non iterùm examinarêntur in alijs Diœceſibus, ut conſtat ex Bulla ejuſdem Pontificis incip. *Decet Romanum*, apud Nald. *verbo Confeſſarius*, *n.* 39. ibi: *Et qui ex eis prævio examine ad confeſſiones audiendas in ipſa urbe approbati fuerint, extra eādē abſque alio examine, de licentia tamen Ordinariorum locorum indulto, & facultate hujuſmodi uti, ac potiri licitè, & liberè valeant, &c.* Ubi nota obitèr diverſum eſſe examinari, ac petere licentiam; examinari iterùm prohibuit Sixtus, licentiam peti præcepit, quod fit per oſtenſionem approbationis in propria Diœceſi datæ: ſic ſolet ad celebrādum peti veniam ab Ordinarijs, oſtenſis dimiſſorijs, licèt ad novum examen non ſit cogendus celebraturus; ſed ſolùm localis Ordinarij eſt illarum veritatem indagâre; undè licèt Urban. VIII. conſt. *Sicut accepimus* 92. apud Cherub. revocaſſet privilegia ad excipiendas confeſſiones ſine examine Ordinarij, ibidem declaratur fuiſſe expeditam, quia Regulares audebant confeſſiones audire ſine approbatione Ordinarij, forsàn ſpecialibus privilegijs ſuffulti. Vide Soar. Luſit. *de pœnit. tr.* 6. *diſp.* 2. *n.* 152. ex Quaranta *verbò Confeſſor*.

71 Undè adverte (non eſt animus Clem. X. obnubilare diſpoſitionem, ſed claram facere), quòd etiam in locis ubi datur obſervantia Bullæ *Superna*, ſi ejus verba ad novum examen com-

compellentia ritè contemplentur, attendi debet, quòd quando abſolutè prohibet Clemens Regularibus excipere confeſſiones in nova Diœceſi ſine approbatione Ordinarij, non requirit in ijs verbis examen (quod neque Concilium Tridentinum) poteſt enim approbari oſtensâ, & verificatâ à Diœceſano approbatione proprij territorij: & quantumvis idem Clem. lineis inferioribus ad examen concedat Epiſcopis, Regulares à prædeceſſore, vel Vicario approbatos revocare, non id ad libitũ exprimit eſſe faciendum, ſed ad plurimum, cùm urgeat conſcientia, ut diximus ad Bullam Pij V. quod etſi vetet Pontifex id fieri, niſi juſtâ de causâ, approbatis ab eodem Ordinario, non infertur id concedere in alijs juſtâ non intercedente causâ, ſed ſolùm cùm angat ſcrupulus, qui nequit rationabiliter cruciare reſpectu Doctorum, Magiſtrorum, notoriè ſapientum, & benè opinatorum; ideò prudentiſſimè cavit Pontifex nullatenùs poſſe indiſcriminatim ea revocatio fieri; tum ne comprehenderentur, de quibus non eſt rationabilis dubitatio; tum ne fideles defraudarentur Confeſſarijs: ex quo ſequitur novitas, & ſcandalum non modicum in populo: quam novitatem prohibuit Sãct. Mater Tereſia, & in ſuis conſtitutionibus, & è cælo præcipiẽs, ne Confeſſarij ſuis fratribus, & monialibus reſtrigerentur.

72 Oppoſuit 13. Academiam Eborenſem tractatui de pœnitentia Soarij Luſit. noſtram opinionem ſectantis varijs in locis affigi juſſiſſe adnotationes eam improbantes ex vi Conſtitutionis Clem. X. eò quòd tractatus ille excuſſus fuerat ante dictam Conſtitutionem, & poſt illam correctione hâc indigebat; undè aſſerebat Epiſcopus jam defendi non poſſe Soarij ſententiam. Immò poterat urgêre, quòd tales adnotationes videntur affixæ à Tribunali Fidei, ut patet ex facultate in libri proſtibulo deſcriptâ. Verumtamen, cùm nos in hac quinta quæſtione *num.* 69. *à verſ. pro coronide*, *pag.* 285. ſolidum noſtræ ſententiæ fundamentum ex ijs marginibus eruerimus, debent ibi dicta relêgi, ut appareat non ſentẽtiæ Soarij, ſed ejus probationi fuiſſe adnotatas. Vide Soar. *tr.* 6. *d.* 3. *ſect.* 2. *num.* 290. ubi quæſtio ventilata petit, an Sacerdos ſemèl abſolutè approbatus in una Diœceſi, ſi transferat ſeſe in aliam, ſit ibi, & ubique eligibilis virtute Bullæ, vel Jubilæi. Et reſolvit Soar. ſic: *Nihilominùs probabilior videtur reſolutio affirmativa.* Et probat ſic: *Quia mutans Diœceſim, vel domicilium non amittit approbationem. Idque oſtenditur* 1. *quia adhuc exiſtens in aliena Diœceſi poteſt abſolvere ſubditos ſuos, &c.* notatio autem ad marginem poſita probationem

nem remittit ad Clem. Conſtitutionem, non autem reſolutionem, ibi: *Circa id quod A. n.* 290. *in probatione ſuæ reſolutionis docet, vide, &c.* Quid clarius? Quod etiam patet; quia *numerus* 291. omninò immarginatus vidêtur, cùm tamen expreſsè reſpondeat contrariæ ſententiæ privilegia Bullę ſegregans ab alijs quibuſcumque, qui §. ſic texitur: *Ad primum reſpondêtur, Sacerdotem approbatum in ſua Diœceſi, & exiſtentem in aliena etiam ergà ſubditos non ſuos cenſeri approbatum, prout approbatio eſt quoddam teſtimonium publicum ſufficientiæ, non prout dat juriſdictionem: ut autem quis ſit eligibilis per Bullam, Jubilæum, &c. ſolùm requiritur approbatio* 1. *modo, nam ipſa Bulla, & Jubilæum cõcedunt juriſdictionem. Ad ſecundũ eadem applicanda eſt ſolutio, dicendumque exiſtentem in aliena Diœceſi, etiam ibi eſſe approbatũ, prout approbatio eſt teſtimonium publicum, licèt ibi non conferat juriſdictionem.*

73 Et ut fiat ſatis, ſuperque noſtro Epiſcopo, quæſtionem ipſiſſimam omnis notæ immunẽ ei offerimus in eodem Soar. *à n.* 178. uſque ad 184. ad quam inſtituit ſpecialem titulum, cui inſcribit noſtram reſolutionem §. 3. ſic: *Sufficit approbatio cujuslibet Epiſcopi, ut Sacerdos ſit eligibilis per Bullam, privilegium, aut Jubilæum.* Et per totum dictum §. expendit rationes, pluresque citat AA. & diluit objecta contraria, quin in marginibus appareat aliquid adverſum adnotatum, ſignum herclè evidens, quòd margines alibi appoſitæ non hanc reſolutionem, ſed illius probationem, ut ſuprà diximus, afficiant.

Perlegat igitur doctiſſimus Epiſcopus Soarium lentè, & ibi addiſcet à quo, & propter quid marginatus fuit; noſtramque reſolutionem ab ipſo Tribunali Fidei fuiſſe qualificatam eâ ipsâ deciſione, quâ eam reputat improbatam, clarè perſpiciet.

74 Oppoſuit 14. Nomine Ordinarij in toto jure ſempèr venit loci Ordinarius: ergò etiam in Pontificio diplomate Cruciatæ. Huic argumento jam reſponſum eſt in contẽtionis Epiſcoporum *Explor.* 2. *num.* 42. *pag.* 453. Sed adhuc dicendum occurrit antecedens non habere omninò verum, nam licèt Trid. *ſeſſ.* 3. *de reform. cap.* 8. prohibeat ordinari ab alio, quàm à proprio Epiſcopo; tamen is cõmunitèr judicatur ſufficiens Epiſcopus originis, & beneficij, licèt etiam ſufficiat domicilij, *ex cap. cùm nullus, de temp. ordin. in* 6. & tamen tum Epiſcopus originis, tum beneficij poteſt eſſe diverſus ab Epiſcopo loci, & domicilij: immò etiam licèt Trident. de Epiſcopi approbatione loquâtur, diviſi ſunt AA. cujuſnam Epiſcopi approbatio requiratur, an loci, an domicilij, ſeu Confeſſarij,

ſarij, an pœnitentis, an cujuſcũque ex ijs ; & hanc opinionem ultimam vocat Sanch. probabilem *lib.* 8. *de matr. d.* 34. *num.* 16. & ſequitur Henriq. *de pœnit. cap.* 6. *num.* 8. *& de indulg.* §. 4. primam defendit Barb. *de pot. Epiſc. alleg.* 25. *num.* 14. ſecundam Lugo *de pœnit. diſp.* 21. *num.* 29. & tertiam Suar. *de pœnit. d.* 28. *ſect.* 6. *num.* 6. *& ſect.* 3. *num.* 3. *&* 8. Bonac. *d.* 5. *quæſt.* 7. *p.* 4. §. 1. *n.* 15. Pal. *tr.* 23. *d. unic. p.* 15. §. 3. *n.* 4. & alij, & eam explicant de domicilio, vel quaſi, vel ratione obſequij, alteriusve miniſterij, cùm approbatio Concilij dirigatur ſaltem in ſæcularibus ad accipiendam juriſdictionem muneris Confeſſarij. Cur ergò nomine Ordinarij in Bulla non veniẽt ijdem, ut ab ea accipiatur juriſdictiò Pontificia, cùm ſolùm requirat approbationem, ut conditionem, non autem, ut per eam Confeſſarius in actu 2. conſtituatur, quod tantùm ad Cruciatæ electionem conceditur? Et licèt ad Regulares pro ſuis privilegijs detur reſtrictio à Clem. X. ut requiratur approbatio ab Epiſcopo Diœceſano, de quo plures tradunt ſupplicatum fuiſſe, intèr quos Lumbier, Torrecilla, & alij ; non comprehendit ea prohibitio ſæculares, neque in utriſque Cruciatam, ut ſæpè dictum eſt.

75 Deindè quotiès Concilium requirit in Ordinarijs, quòd intelligatur de Ordinario loci, totiès exprimit talem particulam, ut patet *ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 1. agendo de Sacramento Matrimonij, ibi: *A proprio cõtrahentium Parocho*: idemque repetitur circa benedictiones, ibi: *A proprio Parocho; in ſeſſ. verò* 6. *de reform. cap.* 5. quoad ordines ſuſcipiendos ita ait: *Niſi de Ordinarij loci expreſsâ licentiâ*: & *ſeſſ.* 7. *cap.* 11. ibi: *Ob quam à proprijs Epiſcopis ordinari non poſſint*: *cap. autem* 13. *de collationibus beneficiorum*, ita ait: *Niſi fuerint priùs à locorum Ordinarijs examinati, & idonei reperti*: idem habetur *ſect.* 23. *de reform. cap.* 8. & paſſim alibi. Itaque cùm Concilium exprimat qualitatem *loci* in omnibus caſibus, in quibus ea requiritur, at non exprimat, quando agit de Confeſſariorum examine, loquaturque per verbum *Epiſcopis* ; benè ſequitur in hoc caſu non eſſe intelligendum de Epiſcopo loci, ſufficereque à quocumque, cùm diverſitas locutionis, diverſitatem in diſpoſitione inducat, ut ſæpènumerò notavimus.

76 Quicumque ergò habuerit juriſdictionem ordinariam, Epiſcopalem, vel quaſi, in ſæculares, poterit illis approbare Cõfeſſarios ſecundùm legitimam menſuram ad propriam juriſdictionem acquirendam, quâ approbatione ſuppoſitâ, manent eligibiles per Cruciatam ; ſic in ſua Diœceſi concedit Epiſcopus Diœceſanus confirmatum, etiam non-

Digitized by Google

nondū conſecratus ex *c.* 1. *de off. Ord.* Pal. *tr.* 23. *p.* 17. §. 3. *n.* 7. Cōpt. *tom.* 2. *d.* 94. *ſect.* 2. *num.* 1. Sanch. *lib.* 3. *de matr. diſp.* 29. Coninch. *diſp.* 8. *dub.* 4. *num.* 23. Tambur. *de pœnit. lib.* 5. *cap.* 4. §. 2. *à n.* 3. Boſco *tom.* 4. *diſp.* 8. *ſect.* 1. *concl.* 6. *num.* 149. etiam exiſtens extra ſuam Diœceſim reſpectu ſuarum ovium, & cōmenſalium, Tābur. *cap.* 5. §. 2. *num.* 10. Compt. *citat.* Layman. *lib.* 1. *tr.* 4. *cap.* 5. *num.* 4. Sanch. *d.* 19. *num.* 3. Suar. 3. *p. tom.* 4. *d.* 25. *ſect.* 1. Covar. 3. *reſ. cap.* 20. *num.* 8. & docent DD. *in L.* 2. *ff. de off. Proconſ.* Archiepiſcopus in ſua Diœceſi in 1. inſtantia, in ſuffraganeis verò per appellationem, & in viſitatione Suar. *num.* 13. & 14. Capitulum Sede vacante ex *cap. cùm olim, de maior. & obed.* Tambur. *num.* 10. Boſco *ſect.* 3. *concluſ.* 5. *num.* 108. eorumque Proviſores, & Vicarij, Tambur. & Boſc. *cit.*

77 Nuntius, ſeu Legatus miſſus in tota Provincia ſuæ Legationis, non ſolùm per appellationem, ſed etiam extra illam, ex *cap. omnis utriuſque ſex. de pœn. & rem.* Nald. *v. Legatus num.* 8. citans plures Tambur. *num.* 6. Boſco *tom.* 4. *d.* 8. *ſect.* 1. *concl.* 4. *num.* 130. Sanch. *de matrim. lib.* 3. *d.* 28. *num.* 8. Pontius *de matrim. lib.* 5. *cap.* 10. *num.* 7. Gut. & alij relati à Peg. *de compet. p.* 2. *c.* 72. *num.* 5. Bened. Per. *de pœnit. tr.* 38. *quæſt.* 3. *num.* 1190. Item Legatus natus etiam extra appellationem in ſuffraganeis ex *cap.* 1. *de off. leg.* & maximè Legatus à latere in tota provincia ab Urbis diſceſſu uſque ad reditum, Henriq. *de pœnit. lib.* 3. *cap.* 7. §. 3. ex *cap.* 2. *de off. leg. in* 6. Abb. *cap. noſtro, num.* 4. *de pœnit. & remiſſ.* Naldus citatus; non tamen ſpreta 1. inſtantiâ (loquimur de omnibus Legatis) quando cauſa fiat contentioſa ex Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 20. vel quando Epiſcopus prævenerit, vel Legatus judicialitèr proceſſerit, tunc enim causâ repudij ſubire debet appellationem ex eodem Concil. ut accidit in cauſa Baptiſmatis Comitis Ericerienſis inter Archiepiſcopum Ulyſſiponenſem negantem licentiam, & Nuntium Raviza concedētem, de qua Pegas inſtituit ſuum tomum de competentijs: ſic multis text. & DD. cit. explanat Gōçal. Tellez *tom.* 1. *in lib.* 1. *decretal. tit.* 30. *cap.* 10. Vide ſupr. *diſſ.* 1. *p.* 351. *cum ſeqq.*

78 Sic etiam habentes juriſdictionem quaſi Epiſcopalem in ſæculares, ut Abbates, & Priores nonnulli, qualis Prior Generalis Canonicorum Regularium in Parochia S. Crucis Colimbrienſis, & ſimiles: item Præſules Ordinum Militarium, ut Prælatus Tomarenſis, Proviſor Cratenſis, & ſi qui ſunt alij, Suar. *d.* 23. *ſect.* 5. Sanch. *num.* 14. Barb. *alleg.* 25. *num.* 3. Pal. *cit.* Boſco *num.* 110. item Magnus Magiſter dùm eligere poteſt ſecundùm facultates Pontificias

Digitized by Google

Confeſſarios ad miſſiones ſuarũ ditionum, ut referunt Conſtitutiones Ordinis Chriſti *tit.* 12. §. 4. *pag.* 207. ibi:

Por Breve de Nicolao V. do anno de 454. he concedido aos Reys deſte Reyno (como tambem era ao Infante Dom Henrique) que poſſaõ mandar ás Cõquiſtas Religioſos de qualquer Ordem (com licença de ſeus Prelados) para poderem ouvir de confiſſaõ aos moradores daquellas partes, & os que a ellas forem, abſolvellos de todos os caſos reſervados, & miniſtrandolhes os Sacramentos, independentes dos Ordinarios, livre, & licitamẽte. Eſte privilegio naõ eſtá derogado, nem ſe derogou pela creaçaõ das Prelaſias; & neſta poſſe eſtá a Ordẽ até hoje. Pelo que diffinimos, & declaramos, q̃ neſte modo ſe ha de proceder, & conſervar eſta juriſdiçaõ.

Vide Verricelli *de apoſt. miſſ. tit.* 4 *q.* 98. *n.* 241. *&* 345.

79 Item Capellanus Maior reſpectu Domûs Regiæ, Cab. *de jur. Patron. Reg. Cor. cap.* 43. ubi tranſcribit Leon. X. Bullam, quæ continet verba ſequentia:

Nullam penitus ſuperioritatem, dominium, poteſtatem, & juriſdictionẽ valeant exercere; ſed ſint ab illis prorſus exempti.

Extatque dicta Bulla *in lib. privileg. facultat. & juriſdict.* facto à D. Georg. de Atayde Capellano Maiori Regis Sacelli an. 1609. *pag.* 6. *cum ſeqq.*

80 Item Cardinalis in Eccleſia ſui tituli, ſi quam habeat. Tamb[illegible]r. *num.* 5. Layman. *cap.* 7. §. 7. Nald. *v. Cardinalis num.* 8. ex *cap. his quæ, de maior. & obed.* vel ſaltem reſpectu ſuorum familiarium, Cæſar *de Eccleſ. Hierarch. p.* 1. *d.* 3. *num.* 1. Compt. *ſect.* 1. *n.* 14. Azor. *tom.* 2. *fol.* 254. *lit. E*, Boſco *ſect.* 1. *concluſ.* 6. *num.* 147. Suar. *diſp.* 25. *ſect.* 2. *n.* 12. Laym. & Nald. *cit.*

81 Omnes, inquàm, in ſuis uniquique territorijs, ſeu limitibus approbantes, dant veram, & ſufficientem approbationem ſuis Confeſſarijs approbatis, ut ubique terrarum maneant per Cruciatam eligibiles.

82 Sic etiam reſpectu Regularium approbatus à Prælato Religionis cujusque, qui eorum Ordinarius eſt, cumulativè paritèr, ac approbatus à ſupra indi-

dicatis Diœcesanis Ordinarijs censetur ubique eligibilis per Cruciatam cuicumque etiam extranco Regulari. Sayr. *diſp.* 49. *num.* 11. Baſl. *tom.* 1. *verb. Confeſſor* 3. *num.* 17. Polyanth. *mor. diſp.* 71. *quæſt.* 4. *num.* 2. Bonac. *de pœnit. diſp.* 5. *quæſt.* 7. *p.* 4. *num.* 25. Filiuc. *tom.* 1. *tr.* 8. *cap.* 10. *n.* 375. Ludovic. à Cruce *diſp.* 1. *cap.* 2. *dub.* 24. Dian. *in addit. reſ.* 4. *p.* 1. *tr.* 3. *miſcell. reſol.* 37. *p.* 5. *tr.* 12. coord. verò *tom.* 4. *tract.* 4 *reſol.* 9. & alij apud ipſos, quos ſequitur Boſco *tom.* 4. *diſp.* 8. *ſect.* 3. *concl.* 2. *n.* 22. & 26. ubi citat Boſſ. *de Jubil. ſect.* 3. *caſ.* 3. *num.* 10. Dian. & plures alios, Hurtad. *de exam. tr.* 12. *cap.* 1. *num.* 2067. ubi plures citat.

83 Et pro ratione tranſumimus hîc verba Bonac. de Jubil. agentis loco ſuprà citato, ibi: *Mihi verò oppoſitum valdè probabiliter ſuſtinendum videtur. Ratio eſt: tum quia illa verba, quæ in Bulla Jubilæi exprimuntur, videlicet,* & poſſit eligere Confeſſarium approbatum ab Ordinario, *non apponuntur privativè, quaſi ſuperior velit privare pœnitentem jure ſuo, quo poteſt confiteri Sacerdoti approbato à ſuo Prælato, ſed potiùs apponi videntur accumulativè, & ampliativè in favorem ipſius pœnitentis, itaut pœnitens non ſolùm poſſit confiteri ſuo Parocho, aut alteri Sacerdoti, ſicut poterat ante Jubilæum, verùm etiam poſſit alium quemlibet Sacerdotem approbatum ab Ordinario eligere, quanvis aliàs ante Jubilæi conceſſionem non poſſit illi confiteri: tum quia ſequeretur multos Religioſos defraudari fructu Jubilæi, cùm multa extent Religioſa Monaſteria, in quibus nullus Confeſſarius ab Epiſcopo loci approbatus reperitur, aut ſaltèm ſequeretur cogi Religioſum è clauſtris exire ad emendicandum Confeſſarium, quod non videtur juxta benignam Summi Pontificis intentionem, &c.*

84 Ex quibus omnibus conſtat ſatis, quantum perturbationis adduxerat hæc Illuſtriſſimi Epiſcopi novitas pacem inter ſubditos pervertens, quod ſacræ, & profanæ improbant ſcripturæ, de quo Epiſcopos monet Fr. Anſelmus Gomes in ſuo tractatu inſcripto: *Perfectum examen Cõfeſſariorum, fol.* 6. ita aiens:

Deben los Prelados ſer muy pacificos, y nó amigos de pleytos, como explican los Santos Padres ſobre el lugar de S. Pablo: Non litigioſum: ſi quis videtur contentioſus eſſe, nos talem cõſuetudinem non habemus; nec Eccleſia Dei: Servum enim Domini non oportet litigare, ſed mãſuetum ad omnes. *Digolo por los grandes inconvenientes, y eſcandalos que hemos viſto, por nó ſaber portarſe los Prelados con los Cabildos, y Religio-*

ligiones : y quan agenos ſon los pleytos de ſu profeſsion : porque arguye gran preſumpcion, ò ignorancia , querer un Prelado ſer ſingular entre todos los demás , que ſon doctos, y exemplares , y por la experiencia ſe ſabe , que jamás govierne bien el ; que es amigo de introduzir novedades: porque en lo que nó es contra la Ley de Dios, nó hará poco el que imitare a ſus anteceſſores ſantos, y doctos.

85 Poſtremò, pro reſolutione hujus contentionis hîc tranſcribimus decretum ab invictiſſimo Rege noſtro (non ſemèl in privato Concilio recogitatis, unà cum noſtris , Epiſcopi rationibus) in ſequētibus Regij Statûs Secretarij literis ad Epiſcopum miſſis contentam in hunc modum :

SUa Mageſtade, que Deos guarde , foy ſervido mandar ver o papel que V. S. lhe offereceo , como tambem o que ſe lhe deo por parte do Commiſſario Geral da Cruzada , por Miniſtros de toda a ſuppoſiçaõ, & Religioſos doutos, & timoratos ; & vendo Sua Mageſtade o que lhes pareceo , foy ſervido ordenarme, diſſeſſe a V. S. que ſe deve recolher à ſua Igreja, como he obrigado , & principalmente no tempo da Quareſma ; & que Sua Mageſtade tem opiniaõ provavel praticada, & de cujo uſo eſtá de poſſe para naõ ceder do privilegio, què a Bulla lhe concede a favor do Reyno, & de ſeus vaſſallos, & que pela conſervaçam delle deve pugnar ; & que certamente o fará a qualquer declaraçaõ contraria. Deos guarde a peſſoa de V. S. muitos annos. Do Paço a 22. de Fevereyro de 1697. *Mendo de Foyos Pereyra.*

Quod verò attinet ad Regulares ſemèl approbatos à locali Prælato, quòd ſint per Bullam eligibiles ab alijs ejuſdem Religionis, non incongruum viſum fuit inſerere judicium ſapient. Magiſtr. ſequentis tenoris.

Per-

Pergunta-ſe, ſe ſendo hum Religioſo aprovado para Confeſſor pelo Prelado do ſeu Convento, depois de o Prelado que o aprovou acabar o ſeu triennio, ſe fica o tal Religioſo aſſim aprovado eligivel pelos outros Religioſos do dito Convento qu etiverem Bulla da Cruzada?

86 SOu de parecer, que o tal Religioſo he ſeguramente eligivel pela Bulla: para prova do que, devemos ſuppor 1. que ainda depois das diſpoſiçoens do Trident. *ſeſſ.* 23. *cap.* 15. *de reform.* nam neceſſitaõ os Regulares de mais aprovaçam para ouvirẽ as Confiſſoens dos ſeus Religioſos, que o conſentimẽto do ſeu Prelado. Ita Pal. *tr.* 23. *diſp. unic. p.* 17. §. 2. *num.* 12. Bonac. *diſ.* 5. *de pœnit. quæſt.* 7. *p.* 4. §. 1. *n.* 26. & cum Suar. Coninch. Layman, Fagund. & alijs Curſ. mor. Salmant. *tr.* 6. *de Sacram. Pœnit. cap.* 17. *p.* 7. *n.* 87.

Devemos ſuppor 2. que na mãteria de eleger Confeſſor (abſtrahendo ab abſolutione reſervatorum) os Regulares gozam do privilegio da Bulla igualmente que os ſeculares. Ita idem Pal. *loc. cit.* & cum innumeris Mend. *d.* 24. *num.* 185. Herm. Buſemb. *lib.* 8. *de Bulla Cruciata cap.* 1, *art.* 3. *reſp.* 2.

Iſto ſuppoſto, prova-ſe a reſoluçaõ; porque a Bulla ſó pede Confeſſor aprovado; o tal Confeſſor he actualmente aprovado: ergò, &c. Prova-ſe a menor; em que eſtá toda a duvida) porque a aprovaçaõ perſevera, & continúa etiam mortuo Prælato approbante, vel finitâ ejus juriſdictione. Sic docent expreſsè Sanches *lib.* 8. *de matr. diſp.* 28. *n.* 72. Nicolaus Garcia 6. *p. de benef. cap.* 2. *num.* 321. Suar. Coninch. & alij, quos refert, & ſequitur Pal. *tr.* 3. *diſp.* 4. *p.* 16. §. 4. *num.* 13. cum alijs multis. Dicaſtill. *diſp.* 10 *num.* 136. Averſa *quæſt.* 160. *ſect.* 4. Granadoſ. *tr.* 10. *diſp.* 4. *ſect.* 3. *num.* 17. & cum alijs Leander *diſp.* 11. *q.* 41. Anton. à Spir. Sãct. *num.* 83. *& ſeqq.* & cum Barboſ. Boſſius *de Jubil. ſect.* 3. *caſ.* 2. §. 2. *num.* 9. qui omnes probant hanc reſolutionem efficaciſſimis rationibus.

Podera-ſe tambem provar a preſente reſoluçaõ com aquella communiſſima, & probabiliſſima doutrina de que nos Regulares ad electionẽ per Bullam ſufficit unica approbatio; ſed in noſtro caſu jam ille Confeſſarius fuit legitimè approbatus, ut patet ex 1. ſupponendo: ergò ſic ſentio, ſalvo, &c. S. Domingos de Lisboa.

Fr. Manoel Guilherme.

SOu do meſmo parecer pelas razoens doctiſſimamente apontadas: S. Domingos. Sub cenſura. *Fr. Manoel Leytaõ, Meſtre.*

SOu do meſmo parecer pelas razoens doutamente apontadas: S. Domingos. Sub cenſura. *Fr. Auguſtinus à Sancto Thom.*

NOs termos da propoſta ſou do meſmo parecer, ainda nos Regulares, ſalva a obedientia: S. Domingos.
Fr. Manoel de S. Agoſtinho.

SOu do meſmo parecer pelas razoens do doutiſſimo Conſulẽte: S. Domingos. *Fr. Manoel da Encarnaçaõ.*

SUppoſta a probabiliſſima opiniaõ, que enſina poderem os Regulares uſar do privilegio da Cruzada para eleger Confeſſor (da qual neſta Propoſta ſe nam duvída) ſou do meſmo parecer do ſapiẽtiſſimo P.M. Cõſulente pelas muitas provas aſſim ab extrinſeco, como ab intrinſeco cõ que o eſtabelece, & pela authoridade dos doctiſſimos PP. Meſtres que aſſinaõ neſte papel; & finalmente pelo grande numero de Authores, que de mais dos citados, tem eſta opiniaõ, a qual tenho por ſegura na praxi, nem vejo argumento que efficazmente a poſſa impugnar.
Sub cenſura. *D. Manoel Caietanus de Souſa, C.R.*

Iudicium P. Fr. Ioſephi à Conceptione Ordinis Doctoris Maximi, & in Sacr. Theolog. Magiſtri, ac S. Officij Cenſore.

QUÆSITUM.

An approbatus in una Diœceſi poſsit in alia confeſſiones excipere per Bullam Cruciatæ?

SUMMARIUM.

1 *Regularis approbatus à ſuo Prælato eſt ineligibilis.*
2 *Approbatus in una Diœceſi, poteſt in alia eligi.*
3 *Pontifex leges condit ſub conditione acceptationis popularis.*
4 *Bulla Clem. X. non fuit promulgata Luſitaniæ.*
5 *Non datur obligatio ſervandi legem, cùm de illius receptione dubitatur.*
6 *Commiſſarius declaravit Conſtitu-*

ſtitutiones Pontificias hucuſque non vulneraſſe Cruciatam.

7 *Impugnatur hoc à P. Nog.*

8 *Sed diluitur illius fundamentum.*

9 *Lata privilegij interpretatio cedit in honorem Principis.*

10 *DD. poſſunt doctrinaliter privilegia interpretari.*

11 *Opinio A. habet omnes conditiones probabilitatis.*

12 *Clem. X. non meminit Cruciatam.*

Privilegia Bullæ ſunt pœnitentis, non Confeſſarij. Ibid.

13 *Ordinarius videns Confeſſarium confeſſiones excipientem, & tacens, cenſetur ei præſtare facultatem, ſciens titulum alium ei non ſuffragari.*

14 *Cruciata ſolam Ordinarij approbationem requirit.*

15 *Legatus ubiprimum functus eſt munere ſuo, ejus tota juriſdictio expirat.*

16 *Inconſultâ Sede Apoſtolicâ nequit Epiſcopus revocare ad examen Regulares ſemèl indefinitè approbatos.*

17 *Motus Pij V. de approbatione Regularium fuit per Gregor. XIII. revocatus.*

18 *Ille ſolùm prodivit pro maiori Epiſcopi quiete, non abſolutè.*

19 *Ubi deficit ratio legis, deficit ipſa lex.*

20 *Regularibus idoneis non eſt dãda approbatio cum limitatione temporis.*

21 *Ea ſimpliciter dicimus fieri non poſſe, quæ licitè fieri non poſſunt.*

22 *Multa ſunt illicita, quæ tamen facta tenent.*

23 *Regularis ſemèl approbatus, triplici titulo manet eligibilis.*

24 *Per Cruciatam ſemèl approbatus, ſemper manet approbatus.*

25 *Contra eum, qui apertiùs legẽ dicere potuit, interpretatio facienda eſt.*

Cruciata revocat omnes Conſtitutiones Pontificias anteriores. Ibid.

26 *Parochus poteſt dare juriſdictionem Regulari ſemèl approbato ad confeſſiones ſuarum ovium.*

27 *Approbatio reducitur ad actũ per juriſdictionem.*

28 *Probabilitas opinioni A. poſt Clem. X. probatur.*

29 *Commiſſarius Generalis poteſt declarare opiniones circa Cruciatam.*

30 *Epiſcopi non valent punire Regulares utentes opinione Authoris.*

Quæ culpâ carent, in damnum vocari non debent. Ibid.

Sine culpâ nemo puniendus eſt. Ibid.

Qui operatur ſecundum opinionem probabilẽ, culpâ vacat. Ib.

31 *Opinio alicui apparens tutior, & probabilior, poteſt talis non eſſe.*

32 *Opinio inter Catholicos controverſa à nemine notari debet.*

33 *Unuſquiſque in ſuo ſenſu abũdare poteſt.*

Delegatus Pontificis illius perſonam repræſentat. Ibid.

Ad

AD ſuprapoſitam quęſtionem juſſu Illuſtriſſimi paritèrque Sapientiſſimi Domini Laurentij PiresCarvalho,Sereniſſimi Regis à Cortina, ſimulque Conſiliarij, ac Sanctæ Bullæ Cruciatæ Commiſſarij Generalis Apoſtolici in Luſitaniæ Regnis, meam proferre ſententiam ſum coactus. Et quanvis tot doctiſſimorū virorū Conſultationes ſupra hanc materiam in lucem jam editæ, me ad meam mentem potiùs ſilentio ſupprimendam, quàm in palàm aperiendam deterrêre poſſent, nihilominùs quia tanti Domini voluntas mihi lex eſt, ejus votis obtemperans: quid in hoc puncto ſentiam, per concluſiones exponam. Sit igitur

1 Aſſero 1. Regularis approbatus à Prelato Religionis, eſt ineligibilis per Bullam Cruciatæ ad audiendas ſæcularium confeſſiones. Sic tenet Dian. coord. *tom.* 4. *tr.* 3. *reſ.* 17. §. 5. Nugn. Sylveyr. *opuſc.* 2. *reſ.* 23. *quæſt.* 12 *num.* 63. Probatur: nam ut quis ſit per Bullam Cruciatæ eligibilis, debet, ut ex Bulla Cruciatæ conſtat, eſſe approbatus ab Ordinario; ſed Prælatus Religionis non venit nomine Ordinarij, nec ille, qui habet poteſtatem quaſi Epiſcopalem, ut docet Torrecill. *in Exam. de pot. Epiſc. tract.* 1. *q.* 1. *ſect.* 3. *diffic.* 4. *n.* 34. citans Suar. Barb. Garc. *de benef.* Pal. & alios: ergò, &c.

2 Aſſero 2. Approbatus ab Ordinario in una Diœceſi, poteſt in alia in Confeſſorem eligi ſine nova Ordinarij loci approbatione, ſivè ille Ordinarius eligendū approbans ſit Epiſcopus originis, ſivè beneficij, ſivè domicilij, & ſivè ſit Epiſcopus pœnitentis, ſivè Confeſſoris. Pro hoc aſſerto præter 64. AA. idem ſentientes à quodam doctiſſimo Viro enumeratos) pugnat P. Sylveyr. *opuſc.* 2. *reſ.* 23. *q.* 12. *num.* 66. Baſſæu noſtram opinionem vocat æquè probabilem, ac contrariam; eam etiam tenet Filiuc. *tr.* 7. *cap.* 9. *n.* 259, Remig. *tr.* 5. *cap.* 5. §. 2. *n.* 1. Corell. *in ſum. quæſt.* 10. Boſſius, & alij.

3 Probatur ergò 1. noſtra reſolutio: nam ſi aliquid contra illam obſtaret, maximè Conſtitutio Clem. X. ſed non obſtat: ergò. Maior eſt præcipuum adverſariorum fundamentum, ob quod P. Nog. *diſp.* 14. *ſect.* 3. *num.* 26. noſtram opinionem notâ improbabilitatis inurit.

Minor probatur: quia præſumitur Pontifices leges condere ſub tacitâ conditione, ſi à populo acceptentur, ut tradunt communiter Canoniſtæ cum aliquibus Theologis, quos refert Gonet. *tract.* 6. *de leg. diſp.* 4. *art.* 3. §. 1. hoc enim videtur pertinêre ad ſuave Regimen populorum, & magis conforme benignæ Legislatorum voluntati; quod cōfirmatur ex Gratian. §. *leges c.* 3. *diſt.* 4. leges inſtituuntur, cùm promulgantur; firmantur, cùm mo-

moribus approbantur. Et *in L. de quibus ff. de legib.* & Baldel *in Theol. mor. tom. 1. lib. 5. disp. 18. n.* 25. ad noſtrum intentum ſic ait: *Decreta Concil. Trid. quamvis ſint lata pro omnibus Provincijs, & Regnis Chriſtiani Urbis, de facto tamen obligant illa, in quibus fuèrunt promulgata, & uſu recepta, & non obligant alia; quia hæc ipſa fuit mens Concilij, ut obligarent aliqua, etiam ſeorſim, & independenter ab alijs, ſi ſolum in aliquibus fuiſſent promulgata, & uſu recepta.*

4 Atquî P. Sylveyr. *opuſc. 2. ref. 23. quæſt. 9. num. 53.* teſtatur, reſolutum fuiſſe à Viris doctiſſimis, Conſtitutionem Clem. X. non fuiſſe in Luſitania promulgatam, quod erat neceſſarium, ut foret Decretum privilegij derogativum: ergò talis Conſtitut. Clem. X. non obſtat; acproindè ruit principale Adverſariorum fundamentum.

5 Confirmatur: quia juxta multorum ſententiam, quos refert, & ſequitur Torrecill. *in ſum. tr. 1. diſp. 3. cap. 3. §. 9. num.* 207. non tenemur ad obſervandam legem, quando de ea dubitatur an ſit, vel non ſit recepta. Ergò cùm de talis Conſtitutionis acceptatione, ſeu promulgatione dubitêtur, ad eam non tenemur, ex eaque non redditur noſtra concluſio improbabilis.

6 2. Probatur: nam quanvis talis Conſtitutio foret in Luſitania promulgata, & recepta, adhuc in hoc caſu à noſtra opinione diſcedere non debêmus: ergò ex tali Conſtitutione nihil contra nos. Probatur antecedēs: nam P. Nog. *d. 1. ſect. 12. §. 1. num.* 89. affirmat, conceſſam eſſe à Sum. Pontificibus, & præcipuè ab Innoc. XI. Illuſtriſſimis DD. Commiſſarijs Generalibus facultatem declarandi, & interpretandi ea, quæ in Bulla fuerint dubia; ſed Illuſtriſſimus Dominus Cōmiſſarius Generalis Laurentius Pires Carvalho declaravit in reſpōſione ad cenſuram cujuſdam Theologi, neq; prædictam Conſtitutionem, neque alia Decreta Sum. Pontificum intelligenda eſſe reſpectu Bullæ Cruciatæ: ergò, &c.

7 Dices. P. Nog. *diſput. 20: ſect. 4. §. 2. num. 73.* negat Illuſtriſſimos Dominos Commiſſarios Generales revocare poſſe declarationes à Sum. Pontificibus factas circa Bullam Cruciatæ: ergò ex ipſo P. Nog. malè probatur noſtra reſolutio.

8 Sed contra: nam aliud eſt revocare declarationes factas à Sum. Pontificibus, & aliud illas explicare. Primum nequeunt Illuſtriſſimi D. Commiſſarij Generales; benè tamen ſecundum, ad quod habent poteſtatem; unde Illuſtriſſimus D. Cōmiſſarius Generalis Laurentius Pires Carvalho declarans, & explicans Conſtitutionem Clem. X. & alia decreta Pontificia non derogare privilegijs Bullæ, non ſequitur ea revocare. 9 Ne-

9 Neque talis declaratio eſt contra Pontificum mentẽ, immò juxta eorum beneplacitum ; ſiquidèm lata privilegiorum interpretatio cedit in honorem, & liberalitatem Principis tale privilegium concedentis, ex *L. Beneficium ff. de conſtit. Princip. L. hoc modo ff. de condit. & demonſtr. L. cum quidam ff. de liber. & poſthum. ex cap. ne aliquid, de privil. in 6.*

10 Præterea, Viri docti poſſunt doctrinalitèr Bullam, gratias, & alia privilegia interpretari, ut aſſerunt Ant. Gom. D. Ant. Sylveſtr. & Henriq. *lib. 7. de Indulg. cap. 19. num. 4.* & habetur *in L. unic. Cod. de profeſſor. L. 1. ff. orig. jur.* & tenent communitèr DD. ergò Illuſtriſſimus D. Laurentius Pires Carvalho quatenùs Vir doctus, ut ejus ſcripta apertè demonſtrant, & in utroque jure verſatiſſimus, ac peritiſſimus, & præcipuè in materia, de qua in præſenti agimus, poterit Bullam declarare, ac interpretari.

11 Et cùm aliàs habeat omnes conditiones, quas Lumb. *tom. 2. fragm. 7. num. 632.* expoſcit, ut unius A. opinio ſit probabilis, & tutò in praxi ſequibilis, non obſtante condemnatione Alex. VII. *in prop. 27.* benè ſequitur & poſſe interpretari, & hujus præclariſſimi, ac ſapientiſſimi Doctoris interpretationem abſque ulla mẽtis formidine amplecti.

12 3. Probatur: quia Conſtitutio Clem. X. quam de verbo ad verbum affert P. Sylveyr. *ſuprà citat. quæſt. 16. num. 93.* non facit mentionem Bullæ Cruciatæ, ut legenti patebit : ergò per dictam Conſtitutionem non revocantur privilegia Bullæ ; ſed privilegia Bullæ ſunt reſpectu pœnitentis, & non Confeſſoris : ergò quanvis in dicta Conſtitutione prohibeatur Cõfeſſoribus, ſivèR egularibus, ſivè ſęcularibus excipere confeſſiones abſque approbatione Epiſcopi, in cujus Diœceſi audiendæ ſunt: attamen poterunt à pœnitẽtibus eligi per Bullam; ad hos ſiquidem ſpectat privilegium eligendi Confeſſorẽ approbatum.

13 4. Probatur: nam Prælatus ſciens ſubditum audire cõfeſſiones, & patiens, ſeu tacens, cùm poſſit reclamare, ſi vellet, cenſetur præſtare facultatem, ut docent Peres, Navar. & Sylveſtr. relati ab Illuſtriſſimo Angolano *in direct. Confeſſ. tract. 5. ſect. 9. n. 785.* Sed Summi Pontifices clarè ſciunt pœnitentes per Cruciatæ privilegia eligere in Confeſſorem approbatum, cùm multotiès fuiſſent de hac re requiſiti, ut Paul. V. & Clem. X. & tacent, neque reclamant : ergò cenſetur præſtare facultatem, ſeu approbare talem opinionem.

14 5. Probatur ratione cõmunitèr adducta ab hujus opinionis ſectatoribus ; quia Bulla non requirit aliud, niſi quòd Con-

Digitized by Google

Confeſſarius ſit approbatus ab Ordinario; ſed qui in aliquo loco eſt ab aliquo Ordinario approbatus, verè dicitur approbatus ab Ordinario: ergò, &c.

15 6. Probatur, privativè ad Regulares: nam Religioſus ſemèl approbatus, regularitèr loquendo, ſemper eſt approbatus: & probo hoc; quia Illuſtriſſimi Epiſcopi in ordine ad Regulares ſe habent tanquàm delegatus à Sede Apoſtolicâ; ſiquidē Religioſi habent juriſdictionem ad audiendas confeſſiones à Sūmo Pontifice, ut eſt commune DD. placitum; ſed Legatus, ubi primùm functus eſt munere ſuo, ſtatim tota ejus juriſdictio expirat, *cap. venerabilis, c. in his de literis, de offic. & pot. delegat.* ergò hoc ipſo quòd Illuſtriſſimi Epiſcopi approbent ſemèl Regulares, ſempèr manent approbati. Ita P. Sylveyr. ſtatim citandus *n.* 47. Undè cùm Cruciata ſolùm requirat approbationem, & non exprimat clarè, & diſtinctè neceſſariam eſſe approbationem illius Ordinarij, in cujus Diœceſi per virtutem Bullæ peccatorum macùlæ Confeſſario denudātur, liquidò conſtat, Regularem ſemèl approbatum, generalitèr loquendo, eſſe ubique eligibilem per Bullam Cruciatæ.

16 Confirmatur: In tantùm Regularis ſemèl approbatus non foret ſempèr approbatus, generalitèr loquendo, in quantum Illuſtriſſimi Epiſcopi, vel eorum ſucceſſores poſſent pro libito revocare univerſalitèr approbationes datas Religioſis, vel eos iterùm ad examen revocare; ſed abſque rationabili causâ ad confeſſionem ſpectante hoc facere nequeunt Illuſtriſſimi Epiſcopi: ergò Religioſus ſemèl approbatus, ſempèr eſt approbatus. Minor probatur; tum quia hoc eſt illis prohibitum inconſultâ Sede Apoſtolicâ, ut declaravit Clem. X. in ſua Bulla, quæ incipit, *Superna Magni Patrisfamilias.* Tum quia neque in Trid. neque in aliquo jure tale ſtatuitur, & ex *cap. accepimus, de ætat. & qualit.* ſic docet P. Sylveyr. *opuſc. 2. ref. 23. quæſt. 9. n.* 44. citans ſapientiſſimum Alphonſum Carranza, qui contra Archiepiſcopum Toletanum edidit quendam tractatum à doctiſſimis Viris totius Hiſpaniæ approbatum. Idem ſuſtinent Cordub. Rodrig. Lezan. Leandr. Illuſtriſſimus Epiſcopus Angolanus *in direct. Confeſſ. tr. 5. diſp.* 13. *ſect.* 12. *num.* 891. & quamplurimi.

17 Neque motus Pij V. noſtram concluſionem labefactat; reſpondêtur namque 1. talem motum revocatū fuiſſe per Gregor. XIII. ut patet ex ſua Bulla, *In tanta rerum.*

18 2. Reſpondêtur cum P. Sylveyr. ſuprà *cit. num.* 50. quòd talis conceſſio cum illa limitatione, *pro maiori ſuæ conſcientiæ quiete* (hæc verba ad Illuſtriſſi-

mos

mos Epiſcopos referuntur) eſt conceſſio qualificativa,& ubi ratio legis deficit, deficit ejus diſpoſitio. *Gloſ. verb. avocandum,in leg. Mancip. ff. de ſerv. fugit.* Menoch. *de præſumpt.lib.6. præſ.15. num.* 74. Fulvius Pacian. *de probat. lib.2. cap.*14.*num.*8. Mar.Anton. *var.reſol.*18.*lib.*1.*reſ.*82.*n.*1. & alij ab ipſo P. allegati.

19 Deinde, ut eſt ſatis vulgare, omnis lex rationabiliter,ac prudenter eſt interpretanda; tum ſic: Quoad aliquos Religioſos doctos, & literatos, ut Magiſtros, Lectores, ac bonos Prædicatores bonæ, & probatæ vitæ conſcientia novi Epiſcopi debet eſſe prudentialiter quieta, & ſecura rationabiliter; cùm ergò in eis deficiat ratio legis, quæ eſt pro quiete conſcientiæ; deficit etiam ipſa diſpoſitio legis. Hucuſque P. Sylveyr. & in Eccleſiaſt. *cap.*7. habetur: *Noli eſſe juſtus multum.*

20 Dices:mos eſt inter Illuſtriſſimos Epiſcopos approbare Regulares limitatè, & pro determinato tempore: ergò Regularis ſemèl approbatus, non eſt ſempèr approbatus. Reſpondeo cum P. Nog. *d.*14. *ſect.*15.*n.*145. Regularibus generaliter idoneis etiam poſt Conſtit. Clem.X. non eſſe dandas approbationes cum limitatione temporis, locorum, aut generis perſonarum. Et *n.* 147. ait, Illuſtriſſimos Epiſcopos mortaliter peccare. Idem tenet Torrecill. *in Exam.Epiſc. tract.*2. *quæſt.*3. *ſect.* 2. *diffic.* 13. *num.* 88. & §. *Y ſi ſubpreguntares*: quibus in locis defendit Illuſtriſſimos Epiſcopos non poſſe neque reexaminare, neque limitare, aut revocare ſine cauſa approbationes datas ſuis ſubditis, quantò magis Regularibus.

21 Ex quibus ſequitur tales revocationes abſq; cauſa eſſe nullas; nã id ſimpliciter dicimus fieri non poſſe, quæ licitè facere non poſſumus, ex *L. nepos Procul. ff.de verbor. ſignif.* Surd.Gratian. & alij.

22 Dices: multa prohibentur, quæ tamen facta tenent: ergò quanvis Illuſtriſſimi Epiſcopi peccent mortaliter limitando approbationes Regularium, nihilominus limitationes, ſeu revocationes erunt validę. Reſpõdeo retorquendo argumentum: multa prohibentur, quæ tamen facta tenent: ergò quanvis Illuſtriſſimi Epiſcopi prohibeãt Regularibus ſemèl approbatis excipere confeſſiones; nihilominus erunt validæ. Ex quibus omnibus

23 Sic argumẽtor pro Regularibus:approbatio dùm nõ revocatur,manet approbatus actualiter approbatus,ſicut è cõtra,revocatio approbationis eſt illius ablatio; ſedIlluſtriſſ. Epiſcopi, generaliter loquendo, nequeunt limitare, aut revocare approbationes Regularium,ut ſuprà vidimus: ergò Regularis ſemèl approbatus ſemper manet actualiter, & ubique appro-

approbatus. Ex triplicique titulo possunt ubique eligi per Cruciatam, nempè, quia sunt approbati, quia sunt semèl approbati, & quia sunt ubique actualitèr approbati. Quarè respectu Regularium cessare debet omnis scrupulus, an possint, vel non possint eligi per Cruciatam in Confessores.

24 Confirmatur: nam Sum. Pontifex per illa verba in Bulla Latina contenta, *Et quoad Regulares semèl tantùm approbati fuerint, &c.* supponit primam approbationem suum sortiri effectum, seu non esse revocatam; sed hoc non potest supponi, quin Regularis semèl approbatus, sit sempèr, & actualitèr approbatus; aliàs Sum. Pontifex falsò supponeret in sua Bulla, nempè Regularem semèl approbatum esse approbatum, cùm in casu, quo illi revocaretur approbatio, non esset approbatus: ergò ex Bullâ benè perspectâ infertur, Sum. Pontificem suscitare, seu admittere illam generalem regulam respectu Regularium, nempè semèl approbatum, semper esse approbatum; siquidèm verba in privilegijs non debent esse superflua, & aliquid debent operari, ut communitèr dicitur; verbaque Pontificum tanquàm oracula veneranda sunt, utpotè in scrutinio sui pectoris omnia jura claudentium.

25 Cùm igitur contra eum, qui legē apertiùs dicere potuit, interpretatio facienda sit, & Cōcil. Trid. *sess.* 23. *cap.* 15. apertè non dicat necessariam esse multiplicem approbationē; ex Trident. colligitur unicam sufficere, doctrinamque suprapositam cū illo conformari; & ob hanc rationem declaratum fuisse à Sacr. Congreg. Cardin. Bullam Cruciatæ nihil novi juris induxisse respectu Regularium; siquidem requirit approbationem, quæ postulatur à jure. Et cùm aliàs privilegia Regularium habentia aliquod dubium in favorem Regularium, à DD. judicari debeāt, ut ait Rodr. *tom.* 2. *quæst.* 63. *art.* 7. §. *Secunda via*, Portel, Tamb. *d.* 15. *q.* 6. Torrecill. *de Exam. Episc. tr.* 2. *quæst.* 2. *sect. unic. diff.* 18. *num.* 113. de primò ad ultimum sequitur Regularem semèl approbatum, esse per Bullam eligibilem. Et quando daretur aliqua Constitutio Pontificia in cōtrarium, clarè patet, quòd per Bullam Cruciatæ revocatur, siquidem ultima dispositio derogat priori, ut est de jure.

26 Dices, ut & veritas magis eluceſcat: qui v. g. est Ulyssipone actualitèr approbatus, potest sine Bullâ confessiones excipere: ergò qui est ubique actualitèr approbatus, idem poterit; sed per nos Regularis semèl approbatus, est ubique actualitèr approbatus: ergò ubique absque Bullâ confessiones audiet, quod non est dicendum. Respondêtur 1. cum M. Fr. Emman. à Con-

ceptione allegato per Corcll. *tr. 7. de pœn. confer. 10. num. 591.* concedendo totum : nam iſte A. opinatur ſupplicatū fuiſſe Clem. X. pro ſuſpenſione ſuæ Bullę, *Superna Magni Patris-familias*, quę reſponſio non parùm juvat noſtram opinionem. Idem ſuſtinet Illuſtriſſ. Angolanus *in Direct. Confeſſ. tr. 5. d. 13. ſect. 13. n.* 896. qui ſolvit omnia argumenta in contrarium adducta. Torrecill. *in Explicat. ad propoſ. condēn. tr. 2. concl. 1. num. 1.* Lumb. *tom. 2. fragm. ult. ad propoſ. Alex. VII. fol. mihi* 634. *num.* 738. qui omnes ſcripsêrunt poſt Conſtitut. Clem. X. & tamen Lumb. & Torrecill. affirmant, poſſe Parochum eligere in Confeſſorē ſuarum ovium Regularem ſemèl approbatum. Et ob hanc rationem docent poſſe conſequentèr eligi per Bullam.

27 Reſpondêtur 2. diſtinguendo minorem ſubſumptam : ſed per nos, &c. actualitèr approbatus reſpectu Bullæ, ſeu illam connotando, concedo minorem; reſpectu alterius rei, nego minorem. Itaque approbatio reducitur ad actum, ſeu ponitur in exercitio per juriſdictionem ; & cùm hoc per Bullam præſtêtur reſpectu Bullæ, dicêtur Religioſus ubique approbatus. Et hoc eſt, quod intendimus.

28 Aſſero 3. ſupradicta opinio, ni fallor, nullam improbabilitatis umbram admittit etiam poſt Conſtitutionem Clem. X. Hoc non tam aſſeverantèr audêrem affirmare ; niſi nixus authoritate doctiſſimi Lumb. & relicta lege *Barbarius ff. de offic. Prætoris*, ex quâ infertur, opinionem probabilem DD. præſtare juriſdictionem certam ad abſolvendum, ut omnes adſtruunt. Verba Lumb. ex loco ſupracitato exponam, quæ ſic ſe habent.

El P. Mendo en ſu Epitome en lo de la Bula Cruciata dixo, que havia declarado Clem. X. que para que un Confeſſor pueda ſer elegido por la Bula, ha de ſer aprovado por el Ordinario del territorio, en que ſe haze la confeſſion, y nó baſta por otro, &c.

Sequendo tamen Lumb. opinionem contrariam, ad ultimam ſuæ conſcientiæ quietem ſic concludit.

Remitome en eſte punto al Comiſſario General de la Cruzada.

29 Sentit ergò Lumb. declarationes, ſeu deciſiones in hac materia ſpectare ad ſolos Illuſtriſſimos Commiſſarios Generales, illorumque interpretationes de medio tollere omnem dubitandi rationem, cunctamque formidinem noſtras conſcientias extorquētem expellere ; ſed Illuſtriſſ. D. Commiſſarius Generalis Lauren-

rētius Pires Carvalho jam in hoc puncto ſuam mentem aperuit: ergò nullus eſt nobis relictus ambigendi locus; ac proindè poſt Illuſtriſſ. Commiſſarij Generalis declarationes nullum dubitationi relinquitur fundamētum. Maneat ergò nullum improbabilitatis veſtigium in noſtra opinione relucêre.

30 Aſſero 4. Illuſtriſſimi Epiſcopi non poſſunt punire Cōfeſſores, maximè Regulares, utētes ſupradictâ opinione in ſuâ Diœceſi, licèt ipſi Illuſtriſſimi Domini opinionem contrariam ſequantur. Nam res, quæ culpâ carent, in damnum vocari non debent, *cap.* 2. *de Conſtit.* nec ſine culpâ quiſpiam puniendus eſt, ex *regul. jur. in* 6. Sed operari juxta opinionem probabilem, immò probabiliſſimam, culpâ vacat: ergò, &c. Ita Baſſæus *verb. Confeſſ.* 3. *num.* 19. Dian. Joan. Sāch, Pelliz. P. Sylveyr. *ſuprà cit. q.* 11. *num.* 61.

31 2. Quia Caſtr. Pal. *tom.* 1. *d.* 2. *p.* 2. *num.* 2. ait, quòd ſæpè opinio, quę alicui probabilior, & tutior apparet, probabilior non eſt, & tutior: ergò ex eo, quòd opinio noſtræ cōtraria alicui tutior, & probabilior appareat, reipſa poterit tutior non eſſe. Et cùm operans opinione probabili ex mente Pal. *ſupr. cit. n.* 3. Deum nullo modo offendat, infertur nullam poſſe dari rationem, quæ prohibeat noſtram opinionem ubiq; practicari non poſſe, dum prima ſedes alitèr non judicaverit.

32 Unum demum in totius adducti confirmationem notari oportet, propoſitionem inter Catholicos hinc inde controverſam à nemine, prætèr Pontificem, notari, aut cenſurari poſſe, quod evidentèr conſtat ex verbis ultimis Decreti Innocentij XI. condemnativi 65. propoſit. quæ ita ſe habent: *Tandem, ut ab injuriofis contentionibus DD. ſeu ſcholaſtici, aut alij quicumque in poſterum ſe abſtineant, & ut paci, & charitati conſulatur*: idem S.S. in virtute ſanctæ obedientiæ eis præcipit, *ut tam in libris imprimendis, ac manuſcriptis, quàm in theſibus, diſputationibus, aut prædicationibus, careant ab omni cenſura, & nota, nec non à quibuſcumque convitijs* contra eas propoſitiones, quæ adhuc inter Catholicos hinc inde controvertūtur, *donec à Sancta Sede recognitæ*, ſuper eiſdem propoſitionibus judicium proferatur.

33 Ex quibus omnibus non video, cùr unuſquiſque in ſuo ſenſu abundâre nequeat, ſeu opinio noſtra ab aliquo, excepto Sum. Pontifice, impediri, aut cōdemnari poſſit; præcipuè dùm Illuſtriſſimi Domini Commiſſarij Generalis Laurētij Pires Carvalho authoritas nobis favet, quæ, utpotè à Sum. Pontifice delegata, illius perſonam repręſentat ex *cap. fin. diſt.* 93. *cap.* 1. *diſt.* 94. & facit idem Tribunal cum

ipso Sum. Pontifice *cap. 2. de consuetud.*

Hæc omnia dicta volo, salvo semper meliori, ac prudentiori judicio. Ex hoc nostro Regali Cœnobio Sanctæ Mariæ de Belem, die 29. Octobris, anno Domini 1696.

Sub censura

Fr. Joseph da Conceiçaõ.

Censura SS. MM. Conimbricensis Academiæ.

1 ASsertiones à Sap. M. Consulente maturo, & solerti ingenio discussas, & approbatas jam antea probabiliores censueram. Ipse modò eis novam adhibet lucem, & ponderosiùs rationum robur superabundè satisfaciens Constitutioni Clem. X. quæ est totum adversę partis firmamentum. Igitur eis subscribo. In Carmel. Collegio.

Fr. Josephus de Carvalho, in Sacr. Theol. Primarius Academiæ Universitatis, & à causis Fidei Censor.

2 PRobabilissimam judico sententiam Sapientissimi Consulentis, & ejus judicio in omnibus assertionibus adhæreo. Collegio Christi.

Fr. Martinus Pereira, Sacræ Theolog. Vesperarius in Conimbricensi Academia, & in causis Fidei Censor.

3 QUæsitum suprapositum, & illius resolutionem censeo probabiliter defendi, ac eruditè, simulque ingeniosè tractari à Religiosissimo Patre, & in Sacra Theologia emerito Magistro Fratre Josepho à Conceptione, Ordinis Doctoris Maximi Monacho observantissimo. Conimbricæ, in Collegio Sancti Hieronymi.

Fr. Ludovicus à Purificatione, Sacræ Scripturæ Primarius in Academia Conimbricensi, & in causis Fidei Censor.

4 SUbscribo in omnibus judicio Sapientissimi Magistri Consulentis, quod semper mihi visum est satis tutum, atque probabile, & nunc magis post declarationem Illustrissimi Domini Commissarij Generalis Cruciatę. In Carmel. Colleg.

Fr. Franciscus Ribeyro, in eâdem Universitate Cathedræ Scoti moderator, & à causis Fidei Censor.

5 SApientissimus Consulens, in Sacr. Theolog. Magister jubilatus, ac Sancti Officij Censor emeritus, doctè adeo, tersè, nitidè, & expolitè scribit, & disceptat, hanc difficilimam controversiam, ut

ne

ne à livôre quidem jure valeat reprehendi, immò in illum ab omnibus uno ore debent congeri laudes, quas ego (ut par est) innumeris encomijs libentissimè celebrarem, nisi in ejus laudatione (ut omnibus pervium existit) forem suspectus. Ei ergò in omnibus assentior, ejusque opinioni fraudum nesciæ, veritati plus quàm amicitiæ tribuens, ex animo accedo, & addo calculum. In Collegio Magni Parentis Hieronymi Doctoris Maximi.

Fr. Christophorus à S. Maria Sacræ Scripturæ Vesperarius in Conimbricensi Academiâ, & in causis Fidei Censor.

6 OMnibus assertionibus Sapientissimi Consulentis propter fundamenta illius sapientissimè adducta adhæreo, & de illis idē judicium fero. In Collegio Ordinis Christi.

Fr. Urbanus de Mesquita, Ordinis Jesu Christi, in Sacra Theologiâ Doctor, ac in causis Fidei Censor.

7 SUbscribo etiam in omnibus judicio Sapientissimi Consulentis, & illi adhæreo in omnibus. In Collegio Ordinis Jesu Christi.

Fr. Angelus de Britto, ejusdem Ordinis, in Sacra Theol. Doctor, & in causis Fidei Censor.

8 LIbentissimè omnibus assertionibus præclarissimi, ac sapientissimi Consulentis adhæreo; quia subtilissimam, ac solidissimam illarum probabilitatem intrinsecam firmat, & confirmat illarum firmissima probabilitas extrinseca. In Collegio D. Thomæ.

Fr. Petrus à Sacramento, in Sacr. Theol. Præsentatus, S. Officij Consultor, & ejusdem Collegij Lector Primarius, ac Rector.

9 ASsertiones à Sapiētissimo Consulente enucleatæ, veram continent doctrinam; quâpropter rationum pondere, DD. que numero inspecto, libentèr Sapientissimi Consulentis judicio in omnibus subscribo. In Collegio D. Benedicti.

Fr. Michael à Divo Benedicto, in Sacr. Theol. Doctor, & in causis Fidei Censor.

10 SUbscribo assertionibus Sapientissimi Consulentis, tanquàm probabilissimis, propter fundamenta, quæ luculentissima in brevitate copiâ, lucidissimaque soliditate dilucidat, & explorat. In Collegio D. Thomæ.

Fr. Valerius de Moura, Sacr. Theol. Mag. Vesperarius, & in causis Fidei Censor.

11 SUbscribo assertionibus doctissimi Consulentis propter solidissimam illarum probabilitatem. In Collegio D. Thomæ.

Fr. Antonius à Sacramento, Sacrâ Theol. Magister.

12 ASsertiones doctissimi Consulentis probabilissimas judico, & in conscientiâ tutas. In Collegio S. Parentis Bernardi.

Fr. Hyacinthus de S. Payo, in Sacr. Theol. Doctor, & in causis Fidei Censor.

13 ASsertiones à Sapientissimo Consulente eruditè discussas, probabilissimas judico, & illis adhæreo. In Collegio D. P. Bernardi.

Fr. Joannes à Mello, in Sacr. Theol. Doctor.

14 SUprapositas resolutiones judico utrâque probabilitate perquàmmaximè fulcitas: probabilitatem namque intrinsecam diffusè, ingeniosè, & eruditè deducit Consulens Sapientissimus; extrinsecam etiam apprimè patet, tam ab AA. citatis, quàm à Sapientissimis Magistris hujus nobilissimæ Conimbricensis Academiæ libẽtiùs subscribentibus, quibus ut adjunger, & gloriosè adscribar, subscribo libentèr. In Collegio D. Bernardi.

Fr. Bernardus de Castro, in Sacr. Theol. Doctor.

15 QUæstiones suprapositæ ita sanè à Sapientissimo Consulente pertractatæ videntur, ut à nullo alio quàm suo testimonio fulciri indigeant, & ideo submissionis causâ, & non necessitatis hic, huic ejus opitulationi subscribo. In Collegio D. Parentis Benedicti.

Fr. Joannes de Carvalhaes, in Sacrâ Theologiâ Doctor.

16 SUprapositis assertionibus libentissimè subscribo, utpotè quæ sanam, ac probabilissimam AA. doctrinam suadent, & quàm ingeniosissimè Sapientissimus Consulens propâlat. Conimbr. in Collegio D. Bernardi.

Fr. Josephus de Carvalho, in Sacr. Theol. Doctor.

17 SApientissimi Consulentis assertiones, non tantùm probabiles, sed & oppositis probabiliores existimo, ac adeò in praxi tutas, & sine ullo pene scrupulo amplectendas; post declarationem præsertim à Domino Laurentio Pires Carvalho Bullę Commissario Generali hac in re factam. In Collegio Deiparæ Gratiarum, Ordinis D. Augustini.

Doctor Fr. Theodosius à Cunha, Sacr. Theol. Lector.

18 Asser-

18 ASſertionibus Sapientiſſimi Conſulentis lubens adhæreo, tum propter efficaciratem rationum, tum propter multiplicitatem DD. in quibus fulciuntur. In Collegio D. Joſeph, Ordinis Carmelitarum Diſcalceatorum.

Fr. Antonius à Nativitate, Sacr. Theol. Lector.

19 ASſertiones à Sapientiſſimo Magiſtro Conſulente propoſitas, maturo ingenio diſcuſſas judico, easque olim probabiliores judicaveram, & nunc eis libentèr ſubſcribo. In Collegio D. Joſeph, Ordinis Carmelitarum Diſcalceatorum.

Fr. Antonius ab Expectatione, Sacræ Scripturæ Lector.

20 FAteor hujuſmodi quæſtionem, quoad ſecundum illius aſſertum, me aliquando ſatis hęſitabundum, ei penè contrarium habuiſſe; poſt emanatam tamen Illuſtriſſimi Commiſſarij Generalis declarationem, inſpectasque rationes à Sapientiſſimo Conſulente adeo felici ingenio congeſtas paritèr ac digeſtas, ei in omnibus aſſenſum præbeo, non coactum, ſed ſpontaneum, non extenſum, ſed libentiſſimum. In Collegio D. Benedicti.

Fr. Gregorius à Spiritu Sancto, in Sacr. Theol. Doctor, & Lector, & in cauſis Fidei Cenſor.

21 SUbſcribo aſſertis à Sapientiſſimo Conſulente, tum propter ſoliditatem rationum, quibus illa fulcit, tum propter declarationem Illuſtriſſ. paritèr, & doctiſſimi Domini Commiſſarij Laurẽtij Pires Carvalho. In Regali Monaſterio Sanctæ Crucis Conimbricenſis.

D. D. Petrus à Gloria, quondam Canonicorũ Regularium D. Auguſtini Prior Generalis, & Conimbricenſis Univerſitatis Cancellarius.

22 PRobabiliſſimum ſemper judicavi, & in praxi valdè tutum, poſſe Regularem in una Diœceſi approbatum eligi in alia per Bullam, nunc ob ſolidas rationes, quibus probatur, eidem ſententiæ lubentiùs ſubſcribo, & firmiùs adhæreo. In Collegio D. Parẽtis Auguſtini. *D. Theodorus ab Exilio, in Sacr. Theol. Doctor.*

23 IDem cenſeo, & in omnibus ſubſcribo. Conimbricæ in Collegio Magni Parentis Hieronymi Doctoris Maximi.

Fr. Joannes à Valle, in Sacr. Theol. Doctor.

24 TOdas eſtas reſoluçoens do Reverendo Padre Meſtre Conſulẽte parecem muy adequadas, & pelos doutos fundamẽtos dellas me conformo com o ſeu parecer. Coimbra.

D. André Bernardes Ayres, Lente de Prima de Canones na Univerſidade de Coimbra, & Deputado do S. Officio.

25 IDem cenſeo propter fundamenta Sapientiſſimi Conſulentis. Conimbricæ.

D. Joannes de Soveral Machado, in Conimbricenſi Academia Decreti Cathedræ Profeſſor, & S. Inquiſitionis Deputatus.

26 RAtiones à Reverendiſſimo Patre Magiſtro Conſulente pro hac opinione mihi videntur concludentes, & optimè expoſitę, ideo ejus ſententiæ libentèr adhęreo. Conimbricæ.

D. Rochus Ribeyro de Abreu, in Alma Conimbricenſi Academia Clementinarum Profeſſor, & S. Inquiſitionis Deputatus.

27 VIo douto parecer, & achey ſer hum dos que já ſe me tinha communicado, & como entaõ naõ me atrevi aſſinalo, & me eſcuſey a quem tinha o meſmo empenho, achome neceſſitado a perſeverar na meſma reſoluçaõ, reconhecendo que a Conſtituiçam de Clemente X. nam falla no privilegio da Bulla, & que he probabiliſſima a opiniaõ do Conſulente, que ſufficientemente ſe acha authẽticada com tam ſingulares aprovaçoens, que nam neceſſitaõ do meu nome, por fraqueza do meu entendimento.

D. Luis Guedes Carneyro, Lente de Sexto na Faculdade de Canones da Univerſidade de Coimbra.

Cenſura P. M. Fr. Iuliani ab Aſcenſione, Excalceatorum Carmelitarum Familiæ, ac Sacræ Theologiæ Profeſſoris.

SUMMARIUM.

1 *Confirmat Cenſor A. ſentẽtiam quoad Confeſſariorum approbationem.*
Commiſſarius habet authoritatem interpretandi juridicè, & authenticè dubia Cruciatæ. Ib.
Commiſſarij interpretatio amplecti debet. Ibid.

2 *In Cõfeſſario virtute Bullæ eligendo ſolùm requiritur, quòd ſit ab Epiſcopo approbatus, & nil amplius exigitur.*
Nulla dantur jura, aut Pontificum Decreta, declarantia Confeſſarium eligendum virtute Cruciatæ debêre eſſe ab Epiſcopo, vel Ordinario Diœceſano approbatum. Ibid.
Si Regularis eligendus debêret eſſe in qualibet Diœceſi approbatus,

batus, aut minimum, aut nihil privilegium concederet. Ibid.
DD. approbantes A. sententiam referuntur. Ibid.

3 Privilegia, & facultates Bullæ Cruciatæ latè sunt interpretanda.
Sunt enim favorabilia, & utilia ad bonum commune, ordinata ad subveniendum necessitati publicæ Ecclesiæ. Ibid.
Privilegia Bullæ, etsi prima facie videantur in præjudicium Episcopi, Ordinarij, vel Parochi, hoc præjudicium non est considerabile. Ibid.
Immò neque præjudicium, sed potiùs in Episcoporum adjutorium, & levamen. Ibid.
Summa ratio est, quæ stat pro Religione. Ibid.

4 Tale privilegium est restringendum, quia juri communi præjudicat, estque Episcopis odiosum.
Quæ à jure communi discrepãt, ad illud sunt reducenda. Ibid.
Quæ exorbitant à jure, non sunt in consequentiã trahenda. Ibid.
Omnis recessus à jure communi, ut odiosus, restringendus est. Ibidem.
Privilegium Cõfessariorũ exorbitat à jure communi Trident. & odiosum est. Ibid.

5 Pontifex quid primò, & principaliter in Cruciata intendat.
Principale, non accessorium spectandum est. Ibid.
Papa de sua potestate potest restringere, & limitare jura Episcoporum, & Parochorum qui illam habent dependenter ab illo. Ibid.
Pontifex est omnium Dominus. Ibid.
Nullibi facit injuriam privilegia limitando. Ibid.

6 Authoritas D. Thomæ transcribitur.

7 Bullam certum est aliquid concedere speciale, in eligendo Confessorẽ Regularem, atque sæcularem.
Concedit etiam quòd eligi possit Confessarius tam Regularis, quàm sæcularis ab Ordinario approbatus. Ibid.
Et quoad Regulares, quod semèl tantùm sit approbatus.
Sæcularis Confessor ut sit eligibilis, requiritur, quod sit approbatus ab Ordinario loci in quo fit confessio. Ibid.
Bulla discrimen ponit inter Cõfessarium Regularem, & sæcularem. Ibid.
Quod lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. Ibid.
Quando verò distinguit, cum distinctione eam intelligere tenemur. Ibid.
Bulla quæ primò fuit Hispaniarum Regi concessa, quæ verba contineat, & quæ adepta fuerunt. Ibid.
Regularium privilegium cùm sit à Pontifice concessum, nequit ab Episcopis auferri. Ibid.

8 Regulares semèl in una Diœcesi approbati, possunt liberè in omnibus sæcularium Confessiones audi-

audire etiam secluso Cruciatæ privilegio.

Clemens VII. concessit Minoribus, & Sixtus V. Presbyteris Congregationis Oratorij, ut semèl præsentati ad confessiones audiendas, non iterùm præsentarentur. Ibid.

Dicta privilegia non sunt revocata per Trid. nec per Urb. VIII. nec alium Pontificem. Ibid.

9 *Concilium Trident. circa approbationes explicatur.*

Doctor in una Universitate, in toto mundo est Doctor. Ibid.

10 *DD. referuntur qui Trid. explicant.*

Dianæ sententia proponitur, & impugnatur; satisfitque Bullæ Innoc. X. ac Cardinalium declarationibus, & nn. seqq.

19 *Valentinæ declarationi etiam respondetur.*

20 *Concludit Censor doctrinam A. esse sequendam ab omnibus utpotè authenticam, juridicam, & judicialem.*

1 COnspiro cum Illustrissimo, ac Sapiētissimo Domino Laurentio Pires Carvalho Bullæ Cruciatæ Comissario Generali dignissimo in resolutione, in qua asserit Regularem in una Diœcesi tantummodò approbatum posse in quacumque, etsi in ea ab Episcopo approbatus non fuerit, virtute Cruciatæ in Cōfessorem eligi; tum propter authoritatem, quam pro explicandis ipsius Bullæ dubijs à Summo Pontifice habet, quæ interpretatio, utpotè authentica, judicialis, & juridica, ab omnibus absque dubio amplecti debet: tum propter doctrinalem interpretationem, quam tanquàm Doctor adeo sapientissimus, & doctissimus, ut notum omnibus est, potest expendere; præsertim cùm ipse Bullæ textus adeo clarus, & manifestus sit, ut Sebast. à Costa *quæst.* 38. hanc suppositionē tanquàm indubitabilem pro suæ opinionis fundamento assumat. Ait namque Bulla, quòd quantum ad Confessorem Regularem sufficiet semèl esse approbatum. Nescio quid clarius, & evidentius poterat pro tali veritate dici.

2 Et ratio est: quia ut Confessarius virtute Bullæ eligatur, solùm requiritur, quòd sit ab Episcopo approbatus, & nihil ampliùs exigitur, ut in nostro casu invenîtur: ex alia parte nulla dantur jura, aut Pontificum decreta declarantia, ipsum Confessorem eligendum debêre esse ab Episcopo, vel Ordinario, in cujus Diœcesi audit Confessionem, approbatum: ergò manifestè habêtur Illustrissimi Cōmissarij resolutio. Aliàs aut minimum, aut nihil concederet privilegium, si eligendus Regularis debêret esse in qualibet Diœcesi approbatus. Atque ita docent in casu Bullæ, tam pro Regularibus, quàm pro alijs Sacerdotibus in uno Episcopatu approbatis,

tis, Candid. *disq.* 24. *art.*6. Delbene *tom.* 1.*cap.* 14.*dub.* 18.*sect.* 13 *num.* 1. Ant. à Spir. Sanct. *in Direct.Confess. tr.* 5. *disp.* 13. *n.* 903. Trullench. *in Bulla. lib.* 1. §. 7. *dub.*5. *num.*7. Suar. *de pœnit. disp.* 28. *sect.*9. *num.*6. Nald. *verb. Indulg. num.* 9. Sanch. *de matrim. lib.*8. *disp.*34. *num.*18. Pellizz. *tr.* 8. *cap.*3. *sect.*2. *num.*19. Ant.Gomes *in Bull. ad claus.* 10. *num.* 8. Arauxo *in Decis. mor. tr.* 1. *p.* 8. *num.*11. Bauny *in Theol.mor.lib.* 1 *tr.* 4. *quæst.* 4. & alij communiter.

3 Secundò: quia privilegia, & facultates Bullæ Cruciatę latè sunt interpretandæ, cùm sint favorabiles, & utiles ad bonum commune, ordinatæ ad subveniendum necessitati publicæ Ecclesiæ; quia etsi prima facie videantur in præjudicium Episcopi,Ordinarij, vel Parochi, hoc præjudicium non est considerabile: immò neque præjudicium, sed potiùs in Episcoporum adjutorium, & levamen: sic P. Suar. *lib.*2. *de leg. cap.* 34. *num.* 15.quod priùs docuit D. Thom. *in* 4. *distinct.*17. *quæst.*3. *art.*3.*quæstiunc.* 5. Petr. ab Angelis *disp.* 1. *de natur. privil. sect.*2. *num.*4. Salmanticens. *tr.*18. *cap.*1. *punct.*6. *n.*80. ergò cùm illa sit summa ratio, quæ proReligione stat,ut constat ex vulgaribus juribus, & hæc Domini Commissarij resolutio, Ecclesiæ, & communi bono faveat, ab ea nullo modo recedendum est.

4 Nec valet si dicas, tale privilegium esse potiùs restringendum,quia juri communi præjudicat, & est Dominis Episcopis odiosum, ex *c. cùm dilectus* 8, *de consuet. cap.inter dilectos,de fid. instrument.* dicitur, quæ à jure communi discrepant, ad illud esse reducenda, & quæ exorbitant à jure, non sunt in consequentiam trahenda,*Regula* 28.*in* 6. & omnis recessus à jure cõmuni,ut odiosus, restringendus est; sed tale privilegium exorbitat à jure communi Tridentini, & odiosum est, cùm præjudicet Dominis Episcopis, & Parochis: ergò interpretãdum non est modo in supradicta resolutione posito.

5 Non valet, inquam, quia quod Papa per se primò,& principaliter intendit in concessione Cruciatę,est favore, & beneficio afficere illam sumentes, ex quo si per accidens juris vulneratio sequitur, non attenditur: nam principale in unaquaque re,non accessorium spectandum est, *L. rogasti ff. si certum petatur*, Rot. Roman. *vol.*1. *dec.* 714. *num.* 12. Vel dic,quòd Papa de sua potestate potest restringere, & limitare jura Episcoporum, & Parochorũ,quia illa habent dependẽter ab illo, qui est omnium Dominus, undè si limitat, nullam lędit, nec facit injuriam; nam ut optimè advertit D. Thom. ubi suprà *quæstiunc.*5. *ad* 1. *Præjudicium non fit alicui, nisi subtrahatur,*

tur, quòd est in favorem ipsius indultum: jurisdictionis autem potestas non est commissa alicui homini in favorem suum, sed in utilitatem plebis, & ad honorem Dei promovendum, quòd alijs, quæ sunt jurisdictionis, committant, in nullo sit præjudicium inferioribus Prælatis, nisi illis, qui quærunt, quæ sua sunt, non quæ Jesu Christi, & qui gregi præsunt, non ut eas pascant, sed ut ab eis pascantur.

6 Hucusque pijssimus, doctissimus, & sanctissimus Doctor. Nec molestum erit lectori alia verba Angelici Magistri audire ex *opusc.* 19. contra impugnantes Religionem, *cap.* 4. paulò ante finem. Ubi postquàm argumentum de præjudicio, seu læsione Episcoporum, & Parochorum apponit, sic respõdet: *Dicendum quòd præjudicium dicitur fieri alicui, quando subtrahitur ei aliquid, quod in favorem ejus est indultum, vel quod ad utilitatem ejus ordinatur; sed subjectio alicujus subditi ad Rectorem Ecclesiæ, non est ordinata principaliter ad utilitatem præsidentium, sed ad utilitatem subjectorum; unde Ezechiel.* 34. *dicitur:* Væ Pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos! *Non ne greges pascuntur à Pastoribus? Et ideo nullum præjudicium fit Rectori Ecclesiæ, quando subditus ejus à sua potestate eximitur, sine præjudicio ejus; sicut Papa eximit Abbatem à potestate Episcopi, sine ejus præjudicio, & similiter Episcopum à potestate Archiepiscopi. Si autem ipsemet operetur in subditis, quæ pertinent ad salutem, vel alijs hoc ipsum committat, non solùm non facit ei præjudicium, sed præstat ei magnum beneficiũ, quod maximè acceptatur à cunctis Rectoribus, qui non quærunt, quæ sua sunt, sed quæ Jesu Christi. Unde super illud Num.* 12. Quid æmularis pro me? *dicit* Gloss. Gregorij: Pia mens Pastoris, quia non propriam gloriam, sed authoris quærit, ab omnibus vult juvari in eo quod facit. *Fidelis enim prædicator optat, si fieri valeat, ut veritatem, quam solus loqui non sufficit, ora cunctorũ sonent.* Hucusque Angelicus Doctor; quæ valdè notari debent à superioribus Ecclesiasticis.

7 Tertiò: quia certum est Bullam aliquid speciale concedere illam sumenti in ordine ad eligendum Confessorem Regularem, ac in ordine ad eligẽdum sæcularem Confessorem; in Bulla namque tam Lusitanâ, quàm Latinâ conceditur, ut possint eligere Confessorem sæcularem, vel Regularem ab Ordinario approbatum, & quantùm ad Regulares sufficere, quòd semèl sint approbati, ut patet ex textu utriusque Bullæ; atquî secundùm strictiorem, & rigidiorem DD. sententiam, ut sæcularis Confessor sit eligibilis per Bullam, requiritur quòd sit approbatus ab Ordinario loci, in quo confessiones audit: ergò ut Regularis eligi possit, sat est, quòd sit ab aliquo quo-

quocumque, & cujuscumque Diœcesis sit, Episcopo approbatus: Bulla enim facit inter utrũque Confessorem discrimen, & quemadmodùm, quod lex non distinguit, nec nos distinguere debemus; ita quando distinguit ipsa lex, cum distinctione eam intelligere obligamur. Præsertim, cùm Bulla, quæ primò fuit Hispaniarum Regi concessa, diceret quemcumque Sacerdotem idoneum esse eligibilem, in quo erat magnus abusus, ut testatur Hurtado 2. *p. resol. mor. tr.* 12. *cap.* 1. *num.* 2032. in posterioribus Bullis ideo additum fuit, quòd idoneus judicerêtur, qui esset ab Ordinario approbatus, & quo ad Regulares sufficere semèl esse approbatos, hâcque unicâ approbatione ubique terrarum eligi posse, quod privilegium nequit ab eis auferri per Dominos Episcopos, cùm sit Summi Pontificis privilegium, nec est in voluntate ipsorum Dominorum Episcoporum. Ita Hurtadus *loco cit.*

8 Quartò: quia Regulares semèl in una Diœcesi approbati, possunt liberè in omnibus sæcularium cõfessiones audire, etiam secluso Bullæ Cruciatæ privilegio: ergò maiori cum ratione, supposito in pœnitentibus privilegio Cruciatæ. Consequentia optimè infertur: arguitur namq; de maiori ad minus. Ad antecedentis probationem nolo uti illo fundamento, quo aliqui nitũntur, quòd nimirùm possint Regulares modò uti privilegijs à Tridentino revocatis, in foro conscientiæ: sed quidquid sit de hoc, probabilitas antecedentis hoc unico discursu probatur. Nam Clemens VII. concessit Minoribus, & Sixtus V. Presbyteris Congregationis Oratorij in Bulla, quæ incipit. *Decet Romanum Pontificem*: ut semèl præsentati alicui Episcopo pro confessionibus audiendis, post unam præsentationem, non teneantur ampliùs præsentari, etiamsi ad aliam transierint Diœcesim; sed hæc, & alia privilegia non sunt revocata per Tridentinum, nec per Urban. VIII. aut alium Pontificem, exceptis Pio V. cujus Bullam revocavit Gregor. XIII. & Clem. X. in sua Bulla, *Superna*: ergò modò illis uti possent Regulares, nisi existeret Bulla, *Superna*. Minor ostenditur: quia Tridentinum, & Urb. VIII. solùm petunt Confessorem esse ab Episcopo approbatum, quod verificatur, sivè approbatus sit ab Episcopo pœnitentis, sivè loci, sivè Confessarij, sivè à quocumque alio.

9 Quòd autem dicat Tridentinum, quòd debeat ab Episcopis, sivè Ordinarijs approbari, non intelligitur copulativè, aliâs non posset Confessarius, nisi ab omnibus Episcopis approbatus confessiones audire: ergò talis clausula intelligitur distributivè. Quia, scilicèt, cùm plures, & di-

versi sint Confessarij, in diversis locis existentes, à pluribus debēt Episcopis approbari, sed in singulis sufficit, quòd ab uno approbentur, ut verba Concilij verificentur. Quemadmodùm licèt dicâtur, non posse Medicos curare, aut Juristas Advocatorū munus exercêre, nisi sint ab Universitatibus laureati, vel approbari; sufficit, ut singuli suum munus obeant, quòd in una tantummodò Universitate lauream, vel approbationem recipiant; nec requiritur approbatio Universitatis cujuscumque Civitatis, aut Regni, ut possint suo muneri incumbere: sic proportionabiliter in Confessarijs.

10 Hanc Tridentini intelligentiam, hancque sententiam, ut probabilem, tenent Henriq. *lib. 7. de Indulgent. cap.* 13. §. 4. citans plures Magistros Salmāticæ Universitatis: Bruno *tr. 5. cap.* 3. *propos.* 1. Leand. à Murcia *in Regula S. Francisci cap. 7. quæst.* 8. *concl.* 3. *num.* 8. Ludovic. Zelosius *lib. 5. de Hierarch. cap.* 25. Stephan. Bauny *in Theolog. mor. part.* 1. *tr.* 4. *q.* 4. Præpositus 3. *part. quæst.* 8. *de Sacram. Pœnit. dub.* 4. *num.* 21. Medina *lib.* 2. *quæst.* 19. *art.* 6. *circa fin.* Palacius *in* 4. *dist.* 17. *disp.* 7. Ant. à Spir. Sanct. *in direct. regular. tr.* 2. *disp.* 3. *sect.* 1. *num.* 13. *& in direct. Confessar. tr.* 5. *disp.* 13. *sect.* 13. *num.* 896. Amicus *de pœnit. disp.* 15. *sect.* 3. *num.* 123. Bassæus *verb. Confessor.* 3. *num.* 19. Trullench. *in praxi Sacrament. disp.* 8. *dub.* 7. *num.* 57. Ægidius *de Sacrament. disp.* 8. *dub.* 7. *num.* 57. Ledesma, & Sanch. apud Leandrum à Sanctiss. Sacram. *tom.* 1. *tr.* 5. *quæst.* 6. & alij plures Authores, qui nostram doctrinam hîc modò appositam tanquàm probabilē tenent: ergò si absque Bullâ potest quilibet fidelis confiteri Confessori Regulari semèl in una tantummodò Diœcesi approbato; potiori jure hoc poterit Cruciatæ privilegio munitus, cùm circa Cruciatam nil disponat Clementina Bulla, *Superna*, ut eam legenti patebit.

11 Nec ignoro Dianam cōtra modò dicta difficilem objectionem, cui ipse succubuit, apponere: ait namque 10. *part. tr.* 14. *&* 4. *miscellan. resol.* 23. jam nullo modo posse sustineri probabilitatem hujus sententiæ, sicut & contrarij principali nostrę resolutioni se opponentes sentiunt prōpter plures Bullas, & Pontificum Constitutiones, & Sacræ Congregationis declarationes, id ipsum ad nos resolvimus, prohibentes, & damnantes. Omnes illas hic fidelitèr citabimus, eisq; abundantèr satisfaciemus, quò magis supradictæ doctrinæ probabilitas declarabitur. Opponūt primò Breve Innoc. X. quod incipit: *Cùm accepimus*: expeditum 16. Aprilis anno 1648. in causâ quæ versabatur inter Patres Societatis Jesu, & Episcopum Angelopolitanum, ubi Pōtifex ait Prædictos Religiosos ne-

nequaquam posse in Civitate, & Diœcesi Angelopolitana personarum sæcularium confessiones audire sine approbatione Episcopi Diœcesani.

12 Cæterùm in his verbis (alia circa hoc punctum non habet Breve illud Innoc. X. ut vidêre est apud Lezanam *in Consiliis, consil.* 40. *num.* 110. ubi illud adducit de verbo ad verbum) nihil de novo declaratur, quàm in verbis Tridêtini, & Bullæ Urbani VIII. editæ anno 1628. die 17. Septembris, quæ incipit: *Cum accepimus*: erat expressum, quòd scilicèt Episcopi Diœcesani requiratur approbatio: sed cujus Diœcesani est quæstio, an sufficiat unius, an debeat diversorum Diœcesanorum diversis Diœcesibus approbatio adhiberi? De hoc nihil Pontifex, nec sunt ejus verba fidelitèr à Diana relata. Quæ si fortè attentus vidêret, non diceret ob hanc Bullam, non posse jam hanc sententiam, ut probabilem, sustineri.

13 Verum est, quòd in declarationibus Cardinalium, verba à Diana adducta continentur; nam ibi ad novam quæstionem super tale Breve Innocentij X. respondet Sacra Congregatio: *Regulares, etiam Societatis Jesu, in una Diœcesi ab Episcopo approbatos ad confessiones personarum sæcularium audiendas, nequaquàm posse in alia Diœcesi hujusmodi confessiones audire sine approbatione Episcopi Diœcesani, &c.* Quę declaratio approbata fuit à Pontifice, & de ejus mandato promulgata. Sed aliud est quòd à Sãctissimo immediatè per Bullam illius procedat; aliud, quòd à Sacra Congregat. de illius mãdato, quod debêret advertere Diana.

14 Non, inquam, obstat talis confirmatio, nec talis publicatio. Nam ut optimè, & elegantèr Pater Bruno Calaingh, Minorita *tr.* 1. *de privil. propos.* 3. loquendo de Decretis, seu declarationibus Eminẽtissimorum Cardinalium confirmatis à Papa, ait duobus modis talem confirmationem fieri posse, uno modo illa supponendo, tanquàm consilium sibi à Cardinalibus præstitum, ut cùm in Bullis sic loquitur: *De consilio fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium:* & postea Pontifex Decreta illorum in sua persona pronuntiat dicendo: *Volumus, & decernimus, &c.* & decreta, seu declarationes confirmatæ sub hac forma, non est dubiũ, quòd sint leges obligantes, siquidem suas facit ipse Pontifex, quod in prẽsenti declaratione non invenîtur.

15 Altero modo, cùm Pontifex illa decreta supponit, & exprimit in suis Bullis, ut à dictis Cardinalibus edita, illaque confirmat, & in hoc casu confirmatis Papæ novum jus rei, quæ confirmatur, nullatenùs confert. Quapropter illa, quæ sic confirmata

reperiuntur, non ſunt leges, ſed manent in ſtatu, in quo ante cõfirmationem reperiebãtur. Quod probatur ex *cap. cum dilecto, de confirmatione utili, vel inutili*, ubi Innocentius III. declarat, quòd per confirmationem Sedis Apoſtolicæ aliquod novum jus non adquiritur, ſed antiquum, quod eſt, conſervatur; idem confirmat ex *cap. Examinata, eodem titulo*, ubi idem Innocent. III. quãdam ſententiam contra juris ordinem latam, & à ſuo prædeceſſore confirmatam, nullam, & irritam declarat, his verbis: *Unde non obſtante confirmatione Papæ prædeceſſoris noſtri, qui confirmaverat illud, ſicut providè latum fuerat, decernimus ipſum irritum, & inane.* Ex quibus verbis Gloſſa concludit: *Et ita patet, quòd confirmatio, nihil, vel modicum operatur, quia ſi aliquid invenit, confirmat illud, aliàs nihil operatur. Quod in odioſis maximè tenet, & quando de præjudicio tertij agitur.* Hæc ille, & Petr. ab Angelis *diſp. 1. de natur. privil. ſect. 1. n. 9. 10. & 11.*

16 Si autem objicias Pontificem confirmando dicta decreta, vel alia, quæ nobis poſſunt contrarij objicere, regulariter apponere clauſulam, *inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur*, & ſe velle decreta ab omnibus obſervari. Reſpondent præfati Authores, has clauſulas adjici, non ut decreta, (quæ ſimpliciter ſolùm doctrinalia ſunt) leges, aut Canones fiant; ſed ut in ſtatu doctrinali remanentia, maiori cum reverentiâ, & maiori approbatione recipiantur, & obſerventur, velut approbationes, & confirmationes doctrinę Sanctorum Auguſtini, Thomę, Bonaventuræ à pluribus Pontificibus factæ, quæ non dedêre tali doctrinæ vim legis, ſed eam approbando, & confirmando magis acceptabilem Eccleſiæ Dei reddiderunt. Concludit prædictus Bruno, & benè dicendo, quòd licèt declarationes, ſeu decreta Eminentiſſimorum Cardinalium, ſint authẽticas juxta regulas traditas, & ſint etiam ſufficientèr promulgata, ſi non habeant clauſulam derogatoriam privilegiorum (quam præſentes non habent, & ferè nunquàm ſolent habêre) non nocent privilegiatis, etiamſi à Papa quomodolibèt ſint confirmata, alioquin maioris eſſent roboris, quàm ipſę Bullæ Pontificiæ; ſiquidem iſtæ illam requirunt ad privilegia revocanda, quod minimè dicendum eſt.

17 Tum etiam quia declarationes Cardinalium, & ſi magnam authoritatem habeãt, maximè quando à Pontifice ſunt approbatæ, & confirmatæ, ut eſt iſta, de qua loquimur, vim non habent, niſi tantùm opinionis probabilis, ita ut non tollant probabilitatem oppoſitæ ſententiæ. Ita Delgadillo *tom. de pœnit. cap. 21. num. 21.* Arauxo *in decaſ. mor.*

mor. tract. 1. *quæst.* 8. *num.* 17. Tapia *tom.* 1. *suæ Catenæ, lib.* 4. *q.* 8. *num.* 4. & 5. Petr. ab Angelis *in speculo privil. disp.* 1. *sect.* 4. *num.* 7. Lezana *in sum. verb. Sacr. Congregat.* Ledesma *tom.* 1. *sum. de Sacram. Pœnit. cap.* 13. *diffic.* 7. *fol.* 287. Sanch. *de matrim. tom.* 3. *lib.* 8. *disp.* 13. *num.* 10. Vasques 1. 2. *disp.* 177. *cap. ultim.* Basil. Pontius *de matrim. lib.* 5. *cap.* 13. §. 2. *num.* 7. Bonac. *disp.* 2. *quæst.* 1. *punct.* 8. *num.* 4. Villalob. *tom.* 1. *tract.* 2. *dub.* 7. *num.* 5. & ipse Diana 1. *part. tract.* 10. *resol.* 29. sed neque vim habêre declarationes relatas, vel relatandas Eminentissimorum Cardinalium, indè colligitur, quòd neque habeant vim præcepti, aut juris obligantis, quia variæ sunt, & ad invicem sibi adversantes; neque extendendas fore ultrà eum casum, ad cujus decisionem sancitę fuerant, ut advertit Joann. Sanches *in Select. disp.* 44. *notabil.* 1.

18 In ipsum circa istud Brêve Innocentij X. & declarationes Cardinalium, quòd scilicèt pro illa causa, pro qua expeditæ sunt, & pro illo Episcopatu ad summum obligare: quia decisum pro uno, alijs nocêre non potest. Ita Anton. à Spir. Sanct. *in direct. regul. tract.* 2. *disp.* 3. *sect.* 2. *num.* 13. *& in direct. Confess. tr.* 5. *disp.* 3. *sect.* 6. *num.* 869. Lezana *in Consilijs, consil.* 40. *num.* 113. ubi ex titulo ipsius Brevis id probat, qui talis est: *Breve Sanctissimi Domini Innocentij in causa Angelopolitana jurisdictionis in Indijs Occidentalibus novæ Hispaniæ, &c.* Deindè ex verbis proœmij: *Cùm sicut accepimus, aliquæ fuerunt ortæ differentiæ inter venerabilem fratrem Ioannem Episcopum, &c.* adjunctis illis: *Pro sopiendis differentijs hujusmodi*: quæ clarè videntur innuere Bullam Pontificis, dèclarationes Cardinalium, & approbationem à Sanctissimo factam, solùm procedere pro Episcopo, & Episcopatu Angelopolitano, pro quo, & pro sedandis controversijs inter ipsum, & venerabiles Patres Societatis editæ fuêre, quę proindè non tollit hujus sententiæ probabilitatem tot gravissimis Authoribus firmatam.

19 Alia etiam Sacræ Congregationis declaratio cōmunitèr à contrarijs Authoribus adducitur, in qua ipsa Sacra Congregatio consulenti de hoc cuidam Valentino Archiepiscopo respondit: *Approbatum ab alio, quàm à Valentino Episcopo, in Diœcesi Valentina non censeri approbatum ab Ordinario*: sed hæc adducta Sacrę Congregationis declaratio, vel non est authentica, & ideo apud Authores, qui illas studiosè congerunt, non reperîtur: vel de illa dicēdum est, quod & de alia suprà diximus.

20 Itaque duplici titulo cū Illustrissimo Cruciatæ Commissario ita sentio, censeo, & judico,

tum ſcilicèt propter authoritatē, quàm à Summo Pontifice habet, quæ utpotè authentica, juridica, & judicialis, ab omnibus debet amplecti : tum propter doctrinalem interpretationem, quam, ut ſapientiſſimus, & doctiſſimus, ut omnibus notum eſt, optimè valet exhibêre. In noſtro Conventu Lisbonenſi Virginis Deiparæ dos Remedios Carmelitarum Excalceatorum.

Fr. Julianus ab Aſcenſione.

QUÆSTIO SEXTA.

Utrùm à non habente Bullam communem ſumi poſſit Bulla compoſitionis, & pro defunctis? Itemque an ipſi proſint privilegia in Bullâ Cruciatę contenta?

SUMMARIUM.

1 *Non priùs ſumptâ Bullâ vivorũ nequit prodeſſe Bulla compoſitionis, aut defunctorum.*
2 *Nullum privilegium Cruciatæ valêre poteſt eâ non aſſumptâ.*
3 *Commiſſarius ſuſpendit omnia privilegia Cruciatam non aſſumentibus.*
4 *Solis Cruciatam comparantibus conceditur facultas comparandi Bullam compoſitionis, & applicandi Bullam defunctorum.*
5 *Bulla Compoſitionis, & defunctorum ſunt partes Cruciatæ.*
6 *In toto, omnes ejus partes comprehenduntur.*
7 *Cruciata eſt principalis conceſſio.*
8 *Sine Baptiſmo nil aliâ Sacramentâ operantur.*
9 *Sumptio Cruciatæ eſt neceſſaria ad omnia in ea contenta.*
10 *Concluditur reſolutio.*
11 *Bulla defunctorum tendit in horum favorem, itemque Cruciatam aſſumentium, & n.* 13.
12 *Exceptio firmat regulam in cõtrarium.*
14 *Applicatio Bullæ defunctorum debet fieri ab aſſumente Cruciatam, & n.* 15.
16 *Caſus exceptus, non firmat regulam in contrarium, ubi alia interpretatio ad rem venit.*
17 *De jure expreſſum intelligitur, quod à jure ſubintelligitur.*
18 *Expreſſum dicitur, quod ex cõjecturis colligitur.*
19 *Expreſſum habêtur, quod ſub ratione comprehenditur.*
20 *Cruciata habet quatuor partes.*
21 *Sine Baptiſmo ſalvari quis nequit, maximè ſine alijs Sacramentis.*
22 *Improbatur P. Mendo. Dictio* idem *eſt relativa ad antecedenter expreſſa.* Ibid.
23 *Nulla licentia à Cõmiſſario conceditur non habẽti Bullam Cruciatæ, & n.* 24.

1 HAnc quæſtionem apud neminem agitatam invenimus; ſed quia privatim motam audivimus, ideo operæ pretium diſcutiendam duximus; & conſtanter reſolvimus, non valêre privilegia in Bullâ Cruciatæ con-

contentâ non habenti Bullam communem; nec à tali posse sumi Bullam compositionis, neque pro defunctis?

2 Probatur 1. supradicta sententia: quia Bulla communis ideo à Pontificibus concessa fuit, ut Militibus pro Fide Catholica pugnantibus subveniretur; quod patet ex ejus contextu: ideoque in ea invenîtur clausula, ut nulla gratia, nullumque privilegium valêre possit, durante Bullâ, illis, qui eam non assumpserint: Nog. *disp.* 23. *sect.* 6. & Sylva *tract.* 3. *art.* 15. si quippè absque communi Bullâ valêrent Bullæ tam compositionis, quàm defunctorum, minuerêtur subsidium, & darêtur privilegium absque Bullâ communi contra ejus prohibitionem: ergò non sumentibus Bullam communem, nullo modo prodesse possunt gratiæ, & indulgentiæ, ac per consequens nec ab illis sumi possunt Bullæ compositionis, ac defunctorum.

3 2. Probatur: quia in Bullâ communi conceditur Commissario potestas suspendendi omnia privilegia in alijs indultis contenta, Bullâ communi carentibus; & Commissarius in eâdem Bullâ declarat se suspendere omnes facultates, indulgentias, & concessiones non habentibus Bullam communem, ut patescit ex ejusdem Bullæ summario Lusitanè redacto, & tenet Sylva suprà *art.* 14. *n.* 8. ergò etiam suspensæ remanent Bullæ compositionis, & defunctorum, dum non assumitur communis Bulla, proindeque sine illa minimè valêre possunt.

4 3. Probatur nostra sententia: quia ablatâ Bullâ communi, nemini conceditur facultas assumendi Bullam compositionis, neque applicandi Bullam defunctorum, quæ sine applicatione valêre nequit; atquî prædicta facultas applicandi indulgentiam per modum suffragij animabus in Purgatorio existentibus, in communi Bullâ eam tantùm habentibus, conceditur à Pontifice, ad quem solùm pertinet concedere indulgentias pro defunctis, ut cum multis tenet Nog. *de Bullâ disp.* 7. *sect.* 3. *num.* 2. *& disp.* 26. *sect.* 36. Sylva etiam *de Bullâ disp.* 4. *art.* 1. *num.* 11. *pag.* 403. vel ad illum, cui Pontifex talem elargitus fuerit facultatem: ergò qui communem Bullam non habuerint, non possunt talem animabus applicationem facere, neque gaudêre gratijs in dicta Bullâ contentis.

5 4. Probatur prædicta sententia: quia Bulla communis est totum, Bulla verò tam defunctorum, quàm compositionis, aliæque gratiæ, sunt ejus partes, quæ à communi Bullâ descendunt; atquî partes esse non possunt sine toto, præcipuè quãdo sunt inseparabiles, ex Federic. de Senens. *conf.* 159. *Sempronius*, *num.* 3. *vers. tertia ratione col.* 1.

ergò

ergò Bullæ compoſitionis, & defunctorum, aliæque indulgentiæ, abſque Bullâ communi obtineri non poſſunt.

6 Quòd verò Bullæ compoſitionis, & defunctorum, aliæque indulgentiæ ſint partes indiviſæ Bullæ communis, patet ex ipsâmet Bullâ Latinâ, ubi conjunctîm, & non divisîm omnes in ea continentur, & incorporatæ ſunt, tanquàm partes integrales conſtituẽtes unum corpus, & unum totum. Totum enim continet ſingulas partes, & in eo quælibet ex illis comprehenditur, ex *L.* 1. §. *ſi ſtipulanti ff. de verbor. obligat. L. ſi alij ff. de uſufruct. legat. L. in eo quod plus* 111. *L. in toto* 114. *ff. de regul. jur. cap. plus* 35. *cap. in toto* 80. *cod. tit. lib.* 6. cum multis Barb. *axiom.* 220. Ergò indiviſæ ſunt tanquàm pendentes à toto, & à corpore, nempè à Bullâ communi; nam corporis partes, quà tales, exiſtere non poſſunt ſine corpore, quanvis corpus ſine aliqua parte exiſtere poſſit, nẽpe abſq; brachijs, aut pedibus.

7 5. Probatur noſtra ſententia: quia certum eſt Bullam communem eſſe principale, alias verò Bullas defunctorum, aut compoſitionum, cæteraſque gratias eſſe acceſſorias, ac partes illius principalis, & in quas illud principale dividitur, ut tenet Trullench. *de Bullâ in proœm. dub.* 1. *num.* 3. atquî abſque principali non poſſunt aliæ partes exiſtere: ergò ſine Bullâ communi valêre non poſſunt aliæ Bullę, aut indulgentiæ.

8 Probo minorem Sacramentorum exemplo: Sacramenta namque Eccleſiæ componunt numerum ſeptem partium inter ſe diſtinctarum, & unumquodque gratiam confert: ſed tamen abſque Baptiſmo nil alia Sacramenta operantur, quia Baptiſmus eſt principale Sacramentum, ſine quo non datur ſalus, ut eſt de Fide ex Joan. 3. *num.* 5. ibi: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non poteſt introire in Regnum Dei.* Ergò ſicut alia Sacramenta (quanvis unumquodque gratiam confe)rat) nil operãtur ſine Baptiſmo, quia principale eſt; ita etiam aliæ Bullæ, & indulgentiæ ſine communi Bulla (quia principalis eſt) nil operantur aliæ; ſiquidem à communi Bullâ deſcendunt, tanquàm acceſſoriæ; Bulla verò cõmunis eſt totalis cauſa, atque finalis talis conceſſionis.

9 6. Probatur ſupradicta doctrina quoad Bullas defunctorum, ex verbis Bullæ Latinæ tranſcriptæ, tam à Nog. quàm à Sylva, ibi: *Pro quibus juxta præmiſſa, collatum fuerit.* Ex quibus patet eſſe ſumendam Bullam communem, ut valeat Bulla pro defunctis, cùm inter alia antecedenter contẽta, principale ſit ſumere communem Bullam; ac per conſequens abſque illa non valeãt prędictę Bullę pro defunctis.

10 Quòd

10 Quòd verò ad valorem Bullarum compoſitionis in eis declarêtur, quòd quis priùs communem Bullam habeat, non eſt hæſitandum, nec diffitêtur idem P. Sylva : ex quibus, & alijs omiſſis fundamentis, dicendum eſt non valêre indulgẽtias, & alias Bullas abſque communi Bullâ, ut paſſim tenet Nog. *de Bulla diſp.* 26. *ſect.* 33. *num.* 371. *&* 372. Sylva *diſp.* 4. *art.* 2. *n.* 19. *pag.* 416. Abreu *lib.* 10. *cap.* 13. *ſect.* 9. *n.* 574.

11 Contra noſtram ſententiam argui poteſt 1. ſic : Bullæ defunctorum conceſſæ ſunt in favorem animarum in Purgatorio commorantium, quibus Põtifex per modum ſuffragij indulgentiam plenariam elargîtur; non verò tendunt in viventium favorem : atquî remiſſio pœnæ temporalis, quæ virtute hujus indulgentiæ defunctis applicatur, non fit ex vi ſatisfactionis illius, qui Bullam accipit, ſed ex Chriſti, & Sanctorum ſatisfactione, & meritis : ergò ſequitur non requiri Bullam communem, ut defunctis proſint eorum Bullæ.

12 Confirmatur hoc ex eo, quia Cõmiſſarius in Bullâ compoſitionis declarat, eam non valêre, niſi ſumenti priùs Bullam communem; quod ex eo procedit, quia hæc vivis prodeſt, alię verò defunctis, quibus Chriſti merita, & Sanctorum applicantur; atquî exceptio firmat regulam in contrarium, ut eſt vulgare : ergò cùm in compoſitionis Bulla, non verò in defunctorum exprimatur, quòd prędecedere debeat communis Bulla; ſequitur communem non eſſe neceſſariam, ut Bulla defunctorũ valeat.

13 Reſpondeo, concedendo primam partem maioris, dùm ait defunctorum Bullam fuiſſe conceſſam in eorum favorem; ſed nego non fuiſſe conceſſam ſimùl in favorem viventium. Ratio eſt: quia quanvis finis principalis Pontificis fuiſſet animabus Purgatorij ſubvenîre; tamen etiam attendit ad vivorum favorem, ſiquidem in illorum arbitrio relinquit, ut poſſint pro parentibus, vel amicis tales applicare indulgentias, ut patet ex Bullæ verbis, *pro cujuſcumque eleemoſynam largientis voluntate animabus in Purgatorio exiſtentibus* : ergò cùm applicatio ſit penes arbitrium viventium, benè ſequitur fuiſſe etiam in vivẽtium favorem elargitum privilegium Bullæ defunctorum.

14 Ad minorem verò reſpondeo, quòd quanvis facultas applicationis ſit à Pontificę immediatè defunctis cõceſſa, tamen applicatio fit mediantè perſonâ vivâ, quæ Bullam ſumit: & licèt indulgentia concedatur ex vi ſatisfactionis Chriſti, & Sanctorum; tamen etiam intervenîre debet eleemoſyna, & applicatio facta à ſumente Bullam, cùm ſit con-

Digitized by Google

conditio necessaria, & sine qua non. Ast quia eleemosyna applicata non est condigna satisfactio, ideo Christi, & Sanctorum merita à Pontifice applicantur mediante eleemosynâ, & applicatione factâ à sumente Bullam ex Pontificis largitione.

15 Cùm ergò hæc facultas applicandi, & destinandi animam, cui Bulla prosit, sit concessa virtute Bullæ communis, in quâ Pontifex concedit hanc facultatem applicandi, & eligendi animam; benè sequitur non posse applicari indulgentiam Bullæ defunctorum, nisi ab habente communem Bullam, quia illâ carens non habet facultatem ad applicandum, & eligendum animam, cui suffragia prodesse valeant.

16 Ad confirmationem verò respondeo, regulam in ea positam limitari, ubi alia interpretatio dari potest, quia tunc casus exceptus non firmat regulam in contrarium ex Federic. de Senis *cons.* 233. *col. penult. num.* 3. *vers. non obst.* Castrens. *cons.* 91. *in caus. appellat. num.* 9. & 10. Alexand. *cons.* 130. *in causâ, n.* 4. & 6. *lib.* 4. alia exempla vide apud Barbos. *axiom.* 85. *num.* 5. & *seqq.*

17 Itaque cùm in Bullâ communi æqualiter contineatur Bulla compositionis, & defunctorum, ac omnes ab ea æqualiter descendant tanquàm à fonte, eademquemet ratio detur, ut ad unam, & aliam requirâtur communis Bulla, & in hoc casu in Latinâ Bullâ non detur differentia, neque expressio; idem in utroque casu dicendum est; ac per consequens, quòd semper requirâtur communis Bulla, quanvis quoad Bullam compositionis solummodò id expressum inveniatur, quia de jure expressum dicitur, quod subintelligitur à jure, *L. licèt Imperat. ff. legat.* 2. *L. Cod. de testam. milit.* Tiraq. *in L. si unquam, verbo donat. largit. n.* 158. *Cod. de revoc. donat.*

18 Utique etiam expressum dicitur, quod ex mente, & conjecturis necessariò colligitur. Surd. *dec.* 254. *num.* 37. Gama *dec.* 51. *num.* 8. Flores de Mena *variar. lib.* 2. *quæst.* 21. *num.* 27. Franc. Molin. *de rit. mpt. lib.* 3. *quæst.* 36. *num.* 19. Cald. *de empt. cap.* 9. *num.* 8. & 12. Anell. Amat. *cons.* 74. *num.* 9. 10. & 17. etiamque expressum censetur, quod virtualiter inest: Joseph Sesse Aragon. *dec.* 202. *num.* 31. Ant. Monach. Lucens. *dec.* 33. *num.* 10. Gratian. *discept. forens. tom.* 5. *cap.* 916. *num.* 38. & *cap.* 957. *n.* 25. Idemque procedit in eo, quod ex natura actus venit, seu quod venit necessario ex antecedentibus expressum. Andr. Gail. *lib.* 2. *observ.* 2. *num.* 2. & 4. idem Gratian. *tom.* 5. *cap.* 855. *n.* 14.

19 Eodemque modo dicitur expressum, quod sub ratione comprehenditur. *L. quæsitum*

sio

scio ff. de test. L. si postulaverit §. sed si negaverit ff. de adult. Tiraq. *in L. si unquam, verbo suscepcrit lib. num.* 37. *Cod. de revoc. donat.* Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 11. *&* 12. Gutierr. *pract. lib.* 3. *quæst.* 17. *num.* 82. Rota *dec.* 255. *num.* 23. Cald. *de emphyt. resol. cap.* 1. *num.* 20. *&* 21. Ergò quanvis id, de quo sermo est, expressum inveniatur circa compositionis Bullam, non verò circa Bullam defunctorum; non indè sequitur ad unam tantùm esse necessariam communem Bullam, non verò ad aliam, cùm in utrisque eadem detur juris ratio, & ex natura rei veniat.

20 2. Objici potest contra nostram sententiam in hunc modum: Bulla communis in quatuor partes dividitur, (ut suprà notavimus cum Trullench. *de Bullâ in proœm. dub.* 1. *num.* 3.) scilicèt in Bullam vivorum, defunctorum, compositionis, & facultatum Commissarij: atquî ille qui sumit vivorum Bullam, non tenêtur, neque defunctorum, neque compositionis Bullam sumere, nec aliam eleemosynam præstare, nisi taxatam in ipsâ Bullâ vivorum, ut notum est; quod utique procedit in Bullis compositionum, & defunctorum, pro quibus nemo tenetur, nisi præstare eleemosynam taxatam in qualibet illarum, cùm quælibet sit pars Bullæ communis: ergò sicut potest sumi Bulla defunctorum absque Bullâ compositionis, & è contra, utique etiam potest quælibet sumi absque communi Bullâ, cùm inter se distinctæ, & independẽtes existant.

21 Respondeo, concedẽdo maiorem, & minorem, negando verò consequentiam, dum paritatem inducit de vivorum Bullâ ad Bullas defunctorum, & compositionum; quia quanvis prædictæ Bullæ sint inter se distinctæ, tamen omnes dependent à communi Bullâ, ex illa enim originem ducunt, ab illa tanquàm à fonte descendunt, & sine illa existere non possunt, neque suum sortiuntur effectum, ut in Sacramentorum exemplis notavimus; nam Sacramenta sunt inter se divisa, & unumquodque suum habet effectum distinctum, sed tamen absque Baptismi Sacramento, nullum aliud suum effectum operatur, cùm Baptisma per se absq; alijs, suum habeat effectum; nam qui tantùm Baptismum suscepit, salvari potest absque alijs Sacramentis in re: at verò cum alijs Sacramentis, absque Baptismo, nemo salvari potest: similiter potest quis communem Bullam sumere, quin alias accipiat, sed non potest sumere alias, quin recipiat communem Bullam, à qua omnes aliæ Bullæ, & gratiæ dependent, & emanãt, cùm illa sit omnium origo, basis, & fundamentum, sine quo ædificium consistere non potest; & quanvis ædifi-

cij partes per se existere possint separatæ, attamen ædificium esse non potest sine fundamento; quod in sensu, de quo loquimur, est communis Bulla.

22 Argui potest 3. ex Mēd. *disp.* 28. *num.* 4. asserente posse sumi Bullam defunctorum à non habente Bullam communem, in verbis, ibi: *Non verò est aliqua connexio inter Bullam vivorum, & defunctorum, itaut una seorsim ab alia accipi nequeat; & sicut potest quis accipere unam pro defuncto Bullam, quin pro se Bullam vivorum acceperit, sic potest sumere pro eodem defuncto secundam Bullam, quāvis pro se secundam, immò nec primam sumpserit.* Respōdeo concedendo Bullam defunctorum esse diversam à Bulla vivorum, negando tamen sumi posse absque Bulla vivorum; convincitur enim in hac parte P. Mend. ex eâdem Bulla à se transcripta *num.* 1 quæ sic se habet: *Ac uti ijdem omnes Christi fideles non tantùm semèl, sed bis singulo quoque anno*, quo idem summarium sumpserint, *tam pro se, quàm per modum suffragij, &c.* Nota verba illa, *quo idem summarium sumpserint*: in vulgari verò etiam repetit; *Que tomaren esta dicha Bula*: ergò ut quis applicare valeat Bullam pro defunctis, priùs tenetur sumere vivorum Bullam, ejusque summarium, ex vi verborum, *quo idem summarium sumpserint*: quia dictio *idem* est relativa, referturque ad antecedenter expressa, ex Aug. Barbos. *dict.* 143. *num.* 1. nempè summarium Bullæ vivorum.

Evidenter hoc patefit ex nostro summario vernaculo, ubi Commissarius potest opportuniùs disponere circa gratias Cruciatæ, ita ait: *E os que ganharem estas indulgēcias,* & graças, *darám as ditas esmolas, & tomarám este summario da Bulla, que levarám comsigo, com seus nomes nelle escritos,* & naõ o levando *por si, ou por outrem, nem se escrevendo nelle seu nome,* lhes naõ valerá. Ubi apertè demonstratur necessitas sumendi Bullam communem, ut aliæ gratiæ, inter quas numerantur defunctorum, & compositionis Bullæ, validè possint obtineri.

23 Objici potest 4. contra nostram sententiam ex doctrina P. Sylvæ *de Bullâ disp.* 3. *art.* 1. *num.* 73. *pag.* 211. asserentis, non habentes Bullam communem, de licentiâ Commissarij, datâ eleemosynâ, posse interesse Divinis cum familiaribus, domesticis, & consanguineis, celebrare; vel celebrare facere in Oratorio privato plures Missas: suscipere Sacramenta, & benedictiones nuptiales tempore interdicti: & sepeliri in loco sacro cum moderata pompâ: celebrare, vel celebrari facere ante auroram, vel post meridiem: sic dic. P. Sylva, qui idem tenet *num.* 71. asserens, non accipientes Bullam, debêre tribuere eleemosynam Commissario;

sario ; & tunc de ejus licentia posse Missas celebrare, Divinisq; interesse ; quod ait in praxi servari, absque alio documento, neque Doctoris authoritate.

24 Huic objectioni, & illius confirmationi jam respondimus latissimè *q2. à n.* 117. *cum seqq. p.* 181. & præcipuè *n.* 126. *p.* 184. sed ultra ibi dicta respondeo, Commissariũ nullo modo posse eleemosynas accipere, neque ei aliquo jure eleemosynas applicari ; quia omnes eleemosynę Thesaurario traduntur ; & ut eàs fideles absque vexatione elargiri possent, in Ecclesijs arcæ, vel thecæ exponuntur, ut ibi deponantur : praxis verò contraria est ; quia nemini à Commissario licẽtia conceditur, nisi Bullam habentibus, immò potiùs clausula inseritur dictis facultatibus, quòd solùm conceditur habentibus Bullam : & hæc est vera praxis, quæ observatur, & quam vigêre invenimus : Ergò tam ex jure, quàm ex praxi, luce meridianâ clariùs patet, firmam esse nostram sententiam, dùm ait, absq; Bullâ communi non posse sumi Bullam defunctorum, neque cõpositionis, neque alias indulgentias, & concessiones effectum sortiri.

Censura RR. PP. MM. Ordinis Prædicatorũ super §. *&* 6. *quæst.*

NOs infrà subscripti Ordinis Prædicatorum Magistri Theologi, duas præcedentes quęstiones circa Bullam Cruciatæ ab Illustrissimo D. Laurentio Pires Carvalho, Sereniſſimi Regis à Cortina, & Consilio, Apostolicoque Bullæ Commissario, sui ingenij, eruditionisque præstantiâ radicitùs disceptatas, & discussas accuratè versavimus ; illarum resolutiones nobis probabiles, immò & moraliter certæ videntur, & sic judicamus. In Conventu S. Dominici Ulyssiponensi, die 20. Januarij 1696.

Fr. Emmanuel Leytam Magister.
Fr. Augustinus à S. Thoma Magister.
Fr. Emmanuel ab Incarnatione Magister.
Fr. Emmanuel à S. Augustino Magister.
Fr. Antonius Pacheco Magister.
Fr. Dominicus ab Incarnatione Magister.

Censu-

Censura P. Iacobi Tinoci Sylvij, olim in Sacrâ Oratorij Congregatione Primi, & Primarij Theologiæ Professoris.

ITa censeo de utraque resolutione; de sexta autem non occurrit ratio probabilitèr dubitandi. Ulyssipone.

Jacobus Tinocus Sylvius.

Censura RR. PP. MM. Congregationis Oratorij.

NOs infrà scribendi Congregationis Oratorij Theologi superiorem quæstionem VI. à nemine ut hactenus ex instituto tractatam, & ab Illustrissimo Domino Laurētio Pires Carvalho, Serenissimi Regis à Consilijs, & à Cortina, ac Sanctæ Cruciatæ Commissario Apostolico Generali, nunc temporis luculenta methodo, & pleno calamo discussam, attentâ mentis acie perlegimus, ejusque decisionem ab eodem Illustrissimo traditam ad individuam veritatis spheram felicitèr pertingentem censemus. Ulyssipone in hac Congregationis Oratorij Domo 6. Februarij, anno 1696.

Franciscus Pedroso, Sacræ Theologiæ Professor, ac Studiorum Regens.

Didacus Curado, Sacræ Theologiæ Professor Primarius.

Antonius de Faria, Sacr. Theolog. Professor Vesperarius.

Censura RR. PP. MM. Ordinis Beatæ Virginis à Monte Carmelo super 5. & 6. quæst.

NOs infrà subscripti Sacræ Theologiæ Professores Carmelitani attentè legimus, ac ponderavimus duas præcedentes quæstiones doctissimè, ac plenissimè pertractatas ab Illustrissimo doctissimoque Domino Laurentio Pires Carvalho, Sanctę Bullæ Cruciatæ in hoc Regno Commissario Generali Apostolico, ejusque in una, & altera resolutionem, solidis stabilitam fundamentis, ac Doctorum authoritate roboratam censemus. Hoc nostrum judicium pro mo-

rali utriuſque deciſionis probabilitate. Ulyſſipone, in Conventu Dominæ noſtrę de Monte Carmelo, die 2. Martij anno 1696.

Fr. Thomas à Conceptione. *Fr. Franciſcus Ribeyro.*
Fr. Emmanuel à Gratia. *Fr. Franciſcus à Nativitate*
Fr. Franciſcus à S. Thereſia. *Fr. Antonius à S. Elia.*

Cenſura R. P. Fr. Pauli à Voragine Capuccini ſuper 5. & 6. quæſt.

ATtentè perlegi ſupradictas duas concluſiones, ſcilicet quintam, & ſextam, & invêni illas nitêre validiſſimis fundamentis, & ego libentiſſimè me ſubſcribo. Ulyſſipone, die 13. Septembris 1696.

Fr. Paulus à Voragine, Procurator Generalis, Miſſionariorum Capuccinorum Italorum.

Cenſura R. P. D. Domni Benedicti à Divo Auguſtino, in Sacra Theologia Magiſtri, Canonici Regularis Congregationis Divi Auguſtini ſuper 5. & 6. quæſt.

DUas præpoſitas quæſtiones ſuper Cruciatam ingenioſiſſimè diſcuſſas, valdèq; probabilem ſententiam Sapientiſſimi Conſulentis in utriuſque quęſtionis reſolutione invenio, & firmiſſima judico uniuſcujuſque opinionis fundamenta, ſiquidem validiùs roborantur Doctorum authoritate, rationum ponderibus, juris allegationibus, & argutiarum ſolutione; ita enim clarè, ſolidè, ingeniosè, ac eruditè, à Sapientiſſimo Doctore Illuſtriſſimoque Domino Laurentio Pires Carvalho, Cruciatæ Commiſſario Generali pertractantur, ut nihil clarius, nihil firmius, nihil elegantius perlegi, ac ſubſcribi valeat. Ulyſſipone, in hoc Regio S. Vincentij Monaſterio, die 22. Septembris 1696. *D. D. Benedictus à S. Auguſtino.*

Cenſura RR. PP. Benedictinæ Familiæ, & in Sacr. Theolog. DD. ſuper 1. 2. 3. 4. 5. & 6. quæſt.

NOs infrà ſubſignandi Magiſtri attentè perlegimus, & totâ mentis aviditate perſpeximus quæſtiones nobis oblatas: ſecundam de poteſtate Commiſſarij Generalis Bullæ Sanctæ Cruciatæ, quo ad præbendam facultatem fidelibus habentibus Bullam, ut poſſint erigere

Digitized by Google

gere Oratoria ab Ordinario approbanda, & visitanda, ut Missam celebrent, & celebrari faciant, juxta concessionem ipsi Commissario indultam per Bullam Leonis X. non revocatam: & tertiam de facultate Episcopi ad ipsa approbanda, & visitanda, suppositâ erectione per privilegium Bullæ: utraque luculenter, eleganterque pertractatur ab Illustrissimo Domino Laurentio Pires Carvalho, à Consilijs, & à Cortina Regiæ Maiestatis, eo quo pollet ingenio satis noto; qua de causa illius sententiam quo ad utramque quæstionem libenter amplectimur, valdèque probabilem judicamus, tum ob probabilitatem intrinsecam deductam ex solidis fundamentis quibus stabilitur, tum ob extrinsecam ex Doctoribus, quibus fulcitur, emanatam: at non parum laudanda prudentissima dispositio Sapiētissimi Domini, dum non vult, reducere ad praxim opinionem circa facultatem præbendam ad erigenda Oratoria, Sede Apostolicâ inconsultâ, ob incōmoda, quæ pro nunc in hoc miserabili sæculo exinde evenire possunt. Similitèr ex animo assentimus resolutioni Præclarissimi Domini Cōsulentis circa quartam quæstionē in terminis ab ipso propositam, nimisque probabilem censemus, persistente eâdem formâ, ac decentiâ, quâ priùs Oratorium absolutè approbatum fuit ab Ordinario loci, ut in assertione supponitur.

In quinta quęstione tres continens partes abundè prælibatur, & supra ipsas Herculeas bases stabilitur earum probabilitas ab Illustrissimo Domino Commissario Generali; non solum ab intrinseco pondere rationū, & ab extrinseco probabilitate DD. qui eam sequūtur, sed ex utriusque juris principijs; & quo ad primam quæstionis partem, requiri scilicet approbationem proprij Ordinarij ad Oratoria, nihil plus certum judicamus: quo ad secundam sufficere nempe ad confessiones audiendas approbationem à quocumque Ordinario, supposito quòd Sacerdos sit absolutè ab aliquo Ordinario approbatus, censemus esse resolutionem satis probabilem, ut per privilegiū Bullæ Cruciatæ sit eligibilis à pœnitente: quoad tertiam, videlicèt Regulares approbatos absolutè ab uno Episcopo eligibiles esse per Bullam ad confessiones audiendas, quin novum subeant examen, novam ve approbationem à successore obtineant, nimis probabilem cum pluribus AA. proclamamus, dum Apostolica Sedes cōtrarium non docuerit, ut Magistra. Denique accuratò versavimus sextam quæstionem, eamque inoffenso pede sequendam judicamus, dum astruit à non habentibus Bullam cōmunem, non posse sumi Bullam defunctorum, aut compositionis, neque eis alias indulgentias, & cōcessiones in Bulla Cruciatæ contentas suffragari posse; sic in omnibus

bus cenſemus,ſalvâ ſemper correctione Sanctæ Matris Eccleſiæ, & ſub cenſura Doctorum. Ulyſſipone in Cœnobio Magni Parentis, & Monachorum Patriarchæ Divi Benedicti, die 13. Octobris anno Domini 1696.

D. Fr. Hieronymus Sanhudo, Trium Ordinum Militarium, & Diœceſis Portuenſis Examinator Synodalis.

D. Fr. Hieronymus de Santiago, Sanctæ Inquiſitionis Cenſor, Triũque Militarium Ordinum Examinator.

D. Fr. Gregorius de Figueiroa, Procurator Generalis.

Cenſura R. P. D. Emmanuelis Caietani à Souſa, Clerici Regularis Divinæ Providentiæ, in Sacra Theologia Magiſtri, Examinatoris Ordinum Militarium, &c.

ILluſtriſſimus Dominus Laurentius Pires Carvalho omnia ſolet tam luculentèr pertractare, ut illius monumenta aliena non indigeant commendatione, immò potiùs omnibus optandum veniat illius placita cognoſcere, quò citra erroris, aut deceptionis periculum, poſſint judicium ferre de graviſſimis quibusque quæſtionibus. Et ego quidem, quod ad me attinet, vehemẽtèr doleo, graviſſimum hunc Doctorem non poſſe nobis tradere integram omnium quæſtionum de Chriſtianis Officijs diſcuſſionem, ne cogeremur à rivulis emendicare doctrinam de moribus, quam puriùs ex hoc fonte biberemus. Tanta eſt in hoc clariſſimo viro omnium diſciplinarum cognitio! id abundè teſtantur eæ quæſtiones de Bulla Cruciata, quas mihi perluſtraſſe contigit; (& idem mihi habeo pollicêri de ijs quas legiſſe non potui) in quibus Author ſemper ſui ſimilis, veritatis exiſtit Patronus indefeſſus; ſivè duces habeat, quos ſequatur, ſivè alijs, ſine duce, facem præluceat; quod egregiè præſtat hac ſexta quæſtione, quam ſolitâ conditione agitat, & decidit amplectens ſententiam quam judico non ſolùm probabiliſſimam, ſed omnino certam, ſi ſermo ſit de Bulla compoſitionis; probabiliſſimam autem, ſi loquamur de Bulla defunctorum. Sic cenſeo, ſalvo meliori judicio. Ulyſſipone, die 14. Octobris anno ſalutis 1696.

D. Emman. Caietanus à Souſa, C. R.

Cenſu-

Censura P. Fr. Iosephi à Conceptione Ordinis Doctoris Maximi, & in Sacr. Theolog. Magistri, ac S. Officij Censoris.

QUæstionem sextam supra Cruciatam divino propè ingenio à Præclarissimo, ac Sapientissimo Consulente enucleatam summa cum voluptate lustravi. Et miror equidem in hoc pũcto adeo novo, & à nemine tacto omnia mirabilitèr nova sine novitate doctrinæ, simulque laudo admirabile profunditatis, ac perspicuitatis cum brevitate fœdus, ac denique hujus literatissimi Domini sanguine, & ingenio bis nobilis opinionem approbo, eique libentèr adhæreo. In hoc nostro Regali Monasterio Sanctæ Mariæ de Bellem, 2. die Novembris ann. Domini 1696.

Fr. Joseph da Conceiçaõ.

QUÆ

APPENDIX
AD
QUÆST. V.

De approbatione Confeſſarij.

TOT, tantisque fulcita fundamentis, tamque gravibus, & numeroſis DD. ut vidimus in 2. & 3. parte quintæ quæſtionis, roboratâ ſententiâ, quæ ad electionem Confeſſarij virtute Cruciatæ requirit approbationem dumtaxat cujuſcumque Diœceſis; typisque dato hoc quæſtionum ſelectarum Cruciatæ volumine, & jam jam in lucem proditurο, apparuit nuperrima declaratio S. C. Epiſcoporum, & Regularium, quam ut à nobis dictis in ea quæſtione adverſam, Auguſtiſſimo Regi noſtro, quem Deus incolumem ſervet, obtulit Epiſcopus Leyrienſis per manus Regij Confeſſarij, quam ab ipſo pijſſimo Rege juſſam in privatis Concilijs vẽtilari, hîc lectori noſtro opportunũ duximus ſiſtere explanatam; ne cùm Epiſcopus eam declarationem plebi ingeſſerit, traditam à nobis reſolutionem, qualiquali modo obnubilare videatur. Priùs attamen ejus tenorem ſubjiciamus.

In cauſa Luſitana juriſdictionis vertente inter Archiepiſcopum Bracharenſem, & Epiſcopum Leyrienſem ex una, necnon Regulares ejuſdem Regni partibus ex altera, inſtantibus dict. Archiepiſcopo, & Epiſcopo declarari, an Epiſcopi poſſint prohibêre Regularibus ad cõfeſſiones audiendas approbatis ab anteceſſoribus Epiſcopis, vel ab Epiſcopis alienæ Diœceſis, ne ampliùs Confeſſarij munus exerceant, ſine ipſorũ nova approbatione, & licentia, non obſtante Bulla Cruciatæ, & cõtra Regulares tranſgreſſores procedere valeant ad ſuſpenſionẽ, cenſuras, & alias Canonicas pœnas?

Sacra Congregatio Eminentiſſimorum, & RR. S. R. E.

Digitized by Google

Cardinalium negotijs, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, audita relatione Nuntij Apoſtolici apud Sereniſſimum Luſitaniæ Regem reſidentis, referente Eminentiſſimo Colloredo, cenſuit, ac declaravit ſervandã eſſe omninò Conſtitutionem ſeptimam ſ. mę. Clem. X. quæ incipit Superna *non obſtante Bulla Cruciatæ, quæ in hac materia nihil novi juris induxit, neque quoad pœnitentes, neque quoad Confeſſarios, prout præſentis Decreti vigore ſervari mandat, ac præcipit. Romæ 11. Aprilis 1698.*

Oblatam igitùr hujuſmodi declarationem, qua parte Cruciatam tãgere videretur, juſſit Rex in ejus Tribunali ſibi conſuli, ſi quæ rationes offerrentur eam infringentes: & cùm à nobis, Miniſtris omnibus in unum congregatis, proponeretur quæſtio; unanimitèr fuit reſolutum, vigorem nullum obtinuiſſe traditam declarationem, neque ullatenùs Cruciatam viſam eſſe declarare, nec quadantenùs offendere: cujus reſolutionis motiva hîc expenſa proponemus.

MOTIVUM PRIMUM.

Ex ſubreptione, & obreptione.

SUMMARIUM.

1 *Declaratio nuperrima eſt ſubreptitia, & obreptitia.*
2 *Subreptio, & obreptio tunc dantur, quando falsò exprimuntur, vel doloſè tacentur ea, quæ poſſunt retardare* Principem *à cõceſſione.*
3 *Mendax precator caret gratiâ impetratâ.*
4 *Quando impetrans cõmittit dolum in expreſſis ſubreptitium dicitur reſcriptum, ſivè ſit cauſa finalis, ſivè impulſiva.*

Archiepiſcopus Bracharenſis nullam habuit contentionem cum Regularibus. Ibid.

5 *Novitas, & perturbatio plurimùm retardat Pontificem à cõceſſionibus.*
6 *In reſcriptis ad cauſas debet narrari earum proceſſus, & coram quo Iudice agitatæ fuêre.*
7 *Superior nunquam præſumitur præjudicare tertio.*

Conſuetudo æquiparatur legi Pontificiæ.

Derogat omnes contrarias diſpoſitiones. Ibid.

Ut derogetur conſuetudini, opus eſt nova lex Pontificis. Ibid.

Pri-

1 PRimum motivum Miniſtros Cruciatæ cogens, ut ſuper declarationis nullitate Regi conſulerent, eſt vitium ſubreptionis, & obreptionis in ea repertum, quod ſic lubet explanare.

2 Supponendum eſt primò ſubreptionem, vel obreptionem reſultare, ſi falsò exprimantur, vel dolosè taceantur ea, quæ potuiſſent nedum removere Principem à conceſſione, ſed etiam eum tantùm ſuſpendere, ne ita de facili concederet, ex *cap. poſtulaſti* 27. ibi: *de levi non ſcribimus*, & ibi Abbas qui dictum textum adhoc multùm cõmendat, *de reſcript. cap. dudum* 54. *de elect.* Nat. *conſ.* 378. *ſub num.* 4. Roman. *conſ.* 326. *num.* 11. Soccin. *conſ.* 164. *num.* 3. *vol.* 2. Decius *in cap. ſuper literis* 20. *ſub num.* 3. *de reſcript.* Surd. *conſ.* 49. *num.* 27. Honded. *conſ.* 27. *n.* 52. *vol.* 1. Valaſc. *conſ.* 130. *num.* 9. *& conſ.* 158. *num.* 2. Grãmat. *conſ. civil.* 100. *à n.* 86. Cyriac. *contr. for. tom.* 2. *contr.* 219. *num.* 25. Gabr. Per. *deciſ.* 60. *num.* 4. Gama *deciſ.* 278. *num.* 18. Phæb. *p.* 1. *dec.* 41. *num.* 1. *& ult.* Mend. à Caſtro *in praxi lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 12. *p.* 1.

3 Supponendum ſecundò, quòd quando mendax precator dolosè falſum exprimit, vel verum tacet, ut à Principe obtineat privilegium, caret omninò impetratis, etiamſi Princeps aliàs foret conceſſurus, quia ſemper fit interpretatio contra fraudulentum impetrantem, ut exprimitur in *cap. ſuper literis de reſcript.* & ibi probat Gonç. Tell. *num.* 2. ex pluribus text. & DD. vide Roſa *de executor. lit. p.* 1. *c.* 6. *num.* 54.

4 Probatur ergo primò nullitas obtentę declarationis ex vitio ſubreptionis, quia Epiſcopus ſacræ Congregationi expreſſit, præceſſiſſe cauſam inter Regulares, & Archiepiſcopum Bracharenſem, cùm ne verbum quidem de hoc ab eo Antiſtite auditum fuiſſet, quo caſu præſumitur dolus, ex *L. ſi quis affirmaverat* §. 1. *L. quod venditor*, *& L. & elegantèr* §. *idem Pomponius ff. de dolo*, *& L. falſus* §. *ſi quis ff. de furtis*, Roman. *conſ.* 8. *num.* 2. Alex. *conſ.* 63. *lib.* 1. Cravet. *conſ.* 2. *num.* 13. *& conſ.* 192. *num.* 13. *& conſ.* 244. *num.* 6. Maſcard. *concl.* 531. *n.* 19. *&* 76. & cum pluribus alijs Menoch. *de præſumpt. lib.* 5. *præſ.* 3. *num.* 53. *& num.* 75. atqui quando impetrans committit dolum in expreſſis, ſubreptitium, & nullum eſt, quidquid ab eo obtentum fuit, ut diximus in ſecundo ſuppoſito: ergò eæ declaratoriæ literæ ab Epiſcopo obtentæ vitium ſubreptionis continent, quocunque modo conſideretur ea expreſſio, ſivè ut cauſa finalis, ut jam ſubdimus, ſivè ut cauſa minùs principalis, & tan-

tummodò impulſiva, ut patet ex *d. cap. ſuper literis de reſcript.* ibi: *Qui priori modo falſitatem exprimunt, vel ſupprimunt veritatem, in ſuæ perverſitatis pœnam nullum ex illis literis cõmodum conſequãtur.* Vide Barboſ. *in lib. 1. decret. tit. 3. cap. 20. num. 4.* Accedit, quòd neque ipſi Regulares cum Epiſcopo contenderunt, ſed ſoliùs Cruciatæ virtute uſi fuêre, ut eſt notorium, ex quo multiplicitèr innoteſcit hujus declarationis ſubreptio. Vide Torrecill. *in conſult. tom. 3. conſ. 5. de Ord. n. 2.*

5 Secundò, quia ea expreſſio tangit cauſam finalem conceſſionis, vel non conceſſionis; nàm cùm totus finis Epiſcopi ſit nova examina Regularibus inducere, ob ſibi malè ſuſpectam ſcientiam, & hæc retundere Rex conetur propter novitatem, & perturbationem ſuis vaſſallis irrogandam; cujus veritas plurimùm enervatur multiplicatis interceſſoribus, pro ijs examinibus Pontifici ſupplicationes porrigentibus; cùm aliàs ea novitas, & perturbatio Pontifices ſoleat retardare à conceſſione, immò eos cogat ad revocandas Conſtitutiones jam latas, ut probavimus *in append. de probab. §. 6. à num. 105. pag. 1049. & q. 5. à n. 169. pag. 346. & in Renit. Ep. n. 84. pag. 531.* atquî quando vitium datur circa cauſam finalem, vitiatur reſcriptum, ut patet ex 1. *ſuppoſito n. 2.* & probat Sanch. *de matrim. lib. 8. diſp. num. 17.* Pal. *tract. 3. diſput. 6. p. 16. §. 3. num. 4.* & alij plures communitèr: ergò dicendum eſt præfatam declarationem continêre ſubreptionis nullitatem.

6 Probatur 3. nullitas declarationis ex vitio obreptionis, nam poſito, quòd Epiſcopus narravit fuiſſe cauſam inter ſeipſum, & Regulares, debebat narrare ejus proceſſum, & coram quo Judice agitatus fuerit, ut tradit Sabell. *tom. 4. §. 20. n. 5.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. cent. 3. caſu 202. num. 29.* ex Gloſſa *d. cap. ſuper literis*, & ibi Boer. *num. 72.* Roman. *conſ. 326.* Barbat. *conſ. 46. col. 2. num. 2. lib. 2.* Decius *conſ. 531. num. 20.* Caſſan. *conſ. 7. n. 69.* Rota *p. 10. recent. dec. 14. n. 15.* Felin. *in cap. ſuper literis num. 12.* cùm ergò id nõ narraverit Epiſcopus, cenſendæ ſunt eæ literæ obreptitiæ.

7 Deindè quia non narravit præjudicium Cruciatæ, cùm literæ contra jus tertij obtentæ ſint ipſo jure nullæ, utpotè obreptitiæ, & non declarantes, quod declarare debebant, ut docet Menoch. *de præſumpt. lib. 2. præſ. 9. & 10.* Peregr. *dec. 98. n. 6.* Gratian. *cap. 688. num. 18.* Sabell. *cit. num. 6.* Streynius *in prologom. juris Can. §. 10. de reſcript. num. 8.* nunquam enim ſuperior præſumitur præjudicare tertio, ut eſt commune DD. præſertim cùm

id

Digitized by Google

id tendat in utilitatem publicam, & Fidei exaltationem, ut declarat idem Streyn. *cit.* Similiter quia Epiſcopus non narravit cõſuetudinem contrariam, ut eſt de jure ſecundum Imola *conſ.* 24. Tuſch. *lit. S. concl.* 739. *num.* 1. quæ in Luſitania datur exercendi juriſdictionem Confeſſarij virtute Cruciatæ ſolâ cum approbatione unîus Epiſcopi, ut oſtẽdimus *quæſt.* 5. *num.* 81. *pag.* 419. *& in Append. poſterioris partis n.* 106. *pag.* 1050. *col.* 1.

8 Eò vel maximè quòd prędicta conſuetudo æquiparatur legi Pontificiæ, ut diximus *q.* 7. *diff.* 2. *num.* 212. *pag.* 642. *c.* 2. *& quæſt.* 11. *num.* 3. *pag.* 863. *col.* 1. *& num.* 219. *pag.* 644. *col.* 1. *& in enucl.* 2. *num.* 86. *pag.* 101. *col.* 1. & derogat omnes contrarias diſpoſitiones ex dictis *enucl.* 2. *n.* 83. *pag.* 100. *col.* 2. *& enucl.* 3. *à num.* 259. *pag.* 617. *col.* 2. Undè ut ei conſuetudini derogetur, vel aliqua contraria declaratio ſuperveniat, opus eſt contraria Pontificis lex, & Conſtitutio, ut probavimus *quæſt.* 7. *Diff.* 2. *n.* 224. *pag.* 645. *col.* 1. *& in Enucl. Ord. Milit. enucl.* 1. *n.* 114. *pag.* 116. *c.* 1. *& enucl.* 3. *num.* 255. *pag.* 616. *c.* 1. proindèque non eam vincit ſupra indicata declaratio, immò dicendum, eſſe obreptitiam defectu hujuſmodi expreſſionis, quæ ſi *S. C.* nota fuiſſet, eam declarationem neutiquàm proferret, utpotè extra propriam juriſdictionem. Alia ſubreptionis, & obreptionis vitia infrà patebunt, cùm de alijs nullitatis motivis.

MOTIVUM SECUNDUM

Ex defectu partium citationis.

SUMMARIUM.

1 *Quando declarationes Cardinalium fiunt ad inſtantiam partium, debet præcedere citatio partium.*

2 *Alterutra parte renuente cauſam coram Sacr. Congregat. terminari, remittitur hæc ad Iudicem Ordinarium.*

3 *Concordia partium requiritur ad validitatem declarationis.*

4 *Legati munus expirat per ejus deceſſum à Regno.*

Legatus nequit cognoſcere cauſas in prima inſtantia. Ibid.

Quod nullum eſt, nullum poteſt părere effectum. Ibid.

5 *In actu præjudiciali sẽper pars, cui præjudicium infertur, debet citari.*

Pontifex in ſuis diſpoſitionibus non præſumitur tertio præjudicare. Ibid.

6 *Cauſa in qua pars non citatur, nulla eſt.*

Qui caſum allegat, eum debet probare. Ibid.

Probatio etiam ſummarijſſima requirit partis citationem. Ibid.

1 SEcundum motivum Cruciatæ Miniſtros inducens, ut Regi præfatam nullitatem cõſulerent, fuit, quòd ea declaratio apparet obtenta, mentione factâ de cauſa inter Epiſcopos, & Regulares, cùm tamen non conſtet de Regularium citatione, quæ neceſſariò debebat præcedere, & mos eſt, cùm declarationes edãtur ad inſtantiam partis, ut teſtãtur Cardinal. de Luca, *tom. 2. tr. 2. de relat. Cur. Rom. diſc.* 16. *à n.* 7. & Fagnan. *tom.* 1. *in* 1. *p. decret. cap. quoniam, de conſtit. n.* 40. & ſatis colligitur ex his, quæ ſcripſit Bald. *in L. fin. à n.* 1. *Cod. de leg.* Alex. *conſ.* 11. *à n.* 1. *lib.* 7. Marian. Socin. *conſ.* 12. *col.* 2. per text. *in L. eum qui delatorem ff. de jur. fiſc.* & Philip. Prob. ad Monachum *in cap.* 1. *num.* 8. *de privil. in* 6. quod præcipuè obſervatur, cùm dubia proponantur in concreto, & decreta Pontificis caſibus particularibus applicantur, propter varias circunſtantias facti allegandas; an ſcilicèt in hoc, vel illo caſu Epiſcopus præcipere poſſit nova examina Regularibus, & alia id genus; ut ſcilicèt partes licèt ſummariè, ac in forma extrajudiciali audiãtur, porrigantúrque querelæ adverſus oppreſſiones, & gravamina Epiſcoporum, ut benè notãt ſuprà citati DD. &

2 Probatur etiam ex ipſa erectione S. C. cujus proceſſuum formam dedit Sixtus V. nonnullis additis declarationibus, quæ inveniuntur apud Cherub. *tom. 2. pag.* 622. *col.* 2. poſt ſuam Conſtitutionem 74. & editæ fuerunt 11. Maij 1588. circa dubia in Congregationibus evenienda, ibi:

Sanctiſſimus D. N. quòd poſtquam deputavit omnes Cardinales ſuper diverſis Congregationibus, ut vellent illis incumbere, & expedire negotia, quæ ibi tractanda erunt, ut & ipſe Sanctiſſ. à laboribus ſublevetur, & partes citiùs expediantur.

§. 1. *Et ne in futurum dubitari contingat, ſuper aliquibus dubijs, quæ oriri poſſunt ſuper facultatibus ipſis Congregationibus datis: ideo ſanctitas ſua fecit quinque infra ſcriptas declarationes.*

§. 2. *Prima eſt, quòd ſi ante inchoatum judicium coram aliquo Iudice, pars coram Congregatione conventa, renuerit in illam conſentire, & noluerit cauſam à Congregatione terminari, tunc ad Iudicẽ competentem remittatur.*

§ 3. *Se-*

§. 2. Secunda eſt, quòd ſi coram aliquo Iudice inchoatum fuerit judicium, & deindè partes cæteræ Congregationem adiverint, tunc Congregatio cauſam decidat, & acta ad ſe tranſportari faciat.

3 Ex quibus colligitur conſenſum, & concordiam partium neceſſariò intervenire debere, ut prodeat S. C. declaratio aliqua: cùm autem notorium ſit, Regulares conſenſum non præſtitiſſe, neque ad id citatos fuiſſe, ut ea declaratio proferretur, præcisè dicendum eſt terminos juris exceſſiſſe, proindeque nullatenùs prodijſſe à Sacra Congregatione, utpotè nullius vigoris, cùm tantum Tribunal nil facere præſumatur non juridicum, & non cõforme diſpoſitionibus Apoſtolicis.

4 Neque dicas primò in hujſmodi declaratione referri, auditam fuiſſe relationẽ ſuper hoc Eminentiſſimi Cardinalis Cornaro olim in Luſitanis ditionibus apud Sereniſſimum Regem noſtrum Nuntij Apoſtolici, hic enim præterquamquòd jam tunc temporis ejus munus expiraverat per diſceſſum à Regno, ex Gloſſ. *in cap. præſenti, de offic. leg. in* 6. & notat Cæſar *p.* 1. *diſp.* 3. §. 2. *num.* 32. Azor *tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 32. *quæſt.* 10. Pegas *de cõpet. p.* 2. *cap.* 95. *num.* 1. nequit in prima inſtantia de cauſis cognoſcere tam ex jure communi, quàm ex Trident. ut diximus *quæſt.* 5. *in Reſidentiâ Epiſcop. num.* 24. *p.* 359. *col.* 2. cùm autem Eminentiſſimus Nuntius non audiverit primæ inſtantiæ Judices Regularium, nempe Prælatos Regulares, ut conſtat, & eſt omnibus notum, non debet credi eum relationem juridicam fuiſſe, ſed adinventam, nec à tanto Antiſtite pronuntiatam; proindeque ex ſupra dictis *in* 1. *motivo n.* 3. nullam, ſeu nullius vigoris, & paritèr declarationem ab illa dimanatam; quod enim nullum eſt, nullum poteſt párere effectum ex pluribus congeſtis à Barboſ. *axiom.* 164 *n.* 1.

5 Neque dicas ſecundò in declarationibus non requiri citationem partis, ſed in ſolis novis diſpoſitionibus, ex Oldrad. *conſ.* 293. Paul. Caſtrenſ. *conſ.* 338. *num.* 4. Innoc *in cap. olim de verb. ſignif.* Ne inquam hoc dicas, nam ea doctrina procedit in diverſis terminis, Oldradus enim loquitur de declaratione in notorijs, quæ non indigent citatione, nec probatione, & de partibus in eadem Curia commorãtibus. Innocentius autem de ijs, quæ non afferunt alteri gravamen, immò ibidem *num.* 2. aſſerit partes non cogi ad ſervandam interpretationem extrajudicialem, ſivè abſentibus partibus prolatam, neque hanc eis præjudi-

dicare poſſe, ſẽper enim ei remanet ſalvũ ſuum jus; in actu namq; præjudiciali ſẽper pars vocanda eſt, cui præjudiciũ generatur *L. de unoquoq; ff. de re judic. L. in diem ff. de aqua pluvia arcenda* : item quia ille, qui poteſt alium commodè certificare, & non facit, improbus, & fraudulentus eſſe videtur, ex *L. creditor Cod. de diſtract. pign.* & multa apud Caſtrenſ. *cit. à num.* 1. ubi licèt nonnulla afferat ex contraria parte, tamen *num.* 6. modificat id ad ſolos actus non judiciales, quatenùs aſſerit citationes ad ſolos actus judiciales fuiſſe adinventas; & à *num.* 9. plura adducit notatu digna, & omninò videnda, caſuique noſtro adaptanda: & patet hæc doctrina evidẽtèr, nam cùm ipſe Pontifex in ſuis diſpoſitionibus nullatenùs præſumatur tertio præjudicare, ut notavimus *in* 1. *motivo num.* 7. etſi ſit Princeps abſolutus, à fortiori Sacra Congregatio in ſuis declarationibus tertio adverſari inaudito minimè præſumetur, utpotè inferior ipſo Pontifice.

6 Et adeò in quibuſque cauſis neceſſaria eſt partis citatio, ut vertente cauſa olim inter Toletanam, & Bracharenſem Eccleſias ſuper Zamorenſi Epiſcopatu, quam Eugenius Papa judicaverat Epiſcopo Zamorenſi non citato, Innocentius III. eam ſententiam revocavit, nullamque fuiſſe declaravit, ut patet ex 152. *inter epiſtolas ejuſdem Innocentij tom.* 1. *lib.* 2. & cùm Epiſcopus Leyrienſis apud Sacram Congregationem caſum, & cauſam allegaverit, ipſum caſum, & cauſam debuit probare, ut docuit idem Pontifex Innoc. *in epiſtola* 133. *ejuſdem libri* Compoſtellano Archiepiſcopo nuntiata, & patet ex eodem Epiſtolar. *tom.* 1. *pag.* 424. *col.* 2. utque illam probaret, Regulares omninò citare debebat, nam probationes etiam ſummarijſſimæ, & probatiſſimæ debent recipi parte citata, non autem abſente, ut docent Paul. de Caſtro *conſ.* 3. *num.* 3. *vol.* 2. Menoch. *de retinenda poſſ. remed. ult. q.* 10. *num.* 38. Maſcard. *de probat. cõcl.* 1209. *num.* 3. igitur cùm in citatione partis ea declaratio defeciſſet, concludendum certò eſt, nullitatem omninò concepiſſe.

MOTIVUM TERTIUM.

Ex eo quòd cauſa debuerat judicari in Regno.

SUMMARIUM.

1 *Cauſa Luſitana nequit ſine ſpeciali Pontificis commiſſione ad Curiam avocari ex privilegio Iulij III.*

2 *Ordinat. Reg. invehitur contra citationes factas ad Romanam Curiam.*

3 *Plu-*

3 *Plura Regna hoc habent privilegium.*

4 *Ut causæ in Curia agitentur, requiritur concordia partium.*

5 *Ut amittatur privilegium, non sufficit, illo non usum fuisse, vel quia casus non obvenêrunt, vel si per ignorantiam non utentiũ contraveniatur.*

Ad amissionem privilegij, requiritur ut in dubium revocêtur, & contra illud obtineatur. Ibid.

6 *Plura exempla adducuntur à Gabr. Pereira.*

7 *Aliud à Pegas.*

8 *Aliud à Themudo.*

9 *Nonnulli privilegium Iulij III. non extẽdunt ad Nationales cõtrahentes extra Regnum.*

10 *Privilegia Regum non revocãtur per clausulas generales.*

11 *Trident. jubet causas omnes coram Ordinario in prima instãtia terminari.*

Exempti etiam Pontifici immediatè subjecti debent in Regno in prima instantia judicari. Ibid.

1 TErtium motivum consultationis fuit nullitas declarationis ex eo quòd, cùm prodierit ad decidendum causam inter Episcopum, & Regulares secundum ejus narrationem, ijs terminis debebat præsupponere eam in Regno decisam, nec sine speciali Summi Pontificis concessione, citata parte, ut notavimus in secundo motivo, poterat ad Romanam Curiam avocari, ex privilegio Regi Joanni III. & huic Regno à Julio III. concesso, quod ex Archivo Regio transcripsit Gabr. Per. *de man. Reg. tom. 2. cap. 63. num. 15.* edito 21. Julij anno 1554. in quinto anno ejus Pontificatûs; & adducit etiam idem Pereir. ibid. verba Cõcilij Basilienſis hoc definientis, quæ apud ipsum videri possunt, notatque etiam Themudo *tom. 1. decis. 79. num. 17.* & refert Pegas *ad Ordinat. tom. 8. lib. 2. tit. 13. §. 1. glos. 3. n. 3.*

2 Et de hac observantia multotiès judicatum refert Pegas *cit. num. 4.* Gabr. Per. *à n. 9.* Themud. *tom. 1. decis. 79. num. 18.* Menchac. *controvers. usu frequẽt. tom. 2. lib. 1. cap. 41. num. 26.* Soar. de Paz *praxi Eccles. tom. 2. prælud. ult. num. 10.* Barbos. *ad dictam Ord. num. 3.* ideo citata Ordin. Regia invehitur contra citationes factas ad Romanam Curiam, pœnasque imponit non solùm contra impetrantes, sed etiam per viam recursus Curiam adeuntes: asseritq; idem Them. *num. 19.* & Pereir. *num. 13.* ex stylo observato executores sententiarum, & mandatorum, etiam notarios citationum executores, si Clerici fuerint, à Regno expelli.

3 Quam dispositionem uti juri Communi, & naturali conformem semper Summi Pontifices consueverunt Regibus indulgêre, ne causæ extra eorum Regna, & Imperia sub prætextu appellationis etiam ad Romanam Cu-

Curiam adducantur, ut vitentur oppreſſiones vaſſallorum, qui cogerentur plures expenſas inſumere, ut cauſas in Curia proſequerentur, ut in Francia teſtatur Rebuff. *tom.* 2. *ad leg. Gall. fol.* 108. *tit. de lit. req. gloſ.* 3. *v. hodie num.* 18. ubi dicit quòd etſi Curia Apoſtolica Avenioni reſideat, adhuc cauſæ per viam appellationis ad Avenionem deducere non licebit, cùm Franciæ conceſſum ſit, ne trahantur extra Regnum: idemque Rebuff. teſtatur Auſtriam, & Civitatem Montepuſalaneam eodem frui privilegio *in Concord. tit. de cauſa in addit.* 1. *fol.* 645. *v. ſimile.* Idem privilegium Viterbo conceſſum teſtatur Corneus *lib.* 3. *conſ.* 9. *ad med.* de Bolonia Marcheſan. *p.* 2. *tit. de com. appel. in parvis cap.* 5. *num.* 5. & de Venetia Staphil. *de lit. grat. fol.* 480. *num.* 4. *tit. quando appelletur ab interlocut.* concordat Octav. *in pract. Rom. Cur. fol.* 66. *lib.* 3. *cap.* 9. *n.* 12.

4 Neque obſtat 1. quod adducit Barboſa *de penſ. p.* 1. *quæſt.* 6 *à num.* 49. nam contrarium deponunt cit. AA. & licèt nonnullæ cauſæ Romæ agitentur, concurrit ad hoc concordia partium juxta normas traditas à Sixto V. ſuprà *num.* 2. *motiv.* 2. tranſcriptas, per quod non derogatur privilegio Regibus conceſſo, ex *cap. cum Ordinem de reſcript.* Gloſ. *in cap.* 1. *de conſtit. in* 6. *v. noſcatur, L. reſcripta, Cod. de precib. Imperat. cap. reſcripta* 25. *q.* 1. Soar. *de leg. lib.* 8. *cap.* 39. *num.* 3. Gonzal. *in reg.* 8. *gloſ.* 56. *à n.* 3. Gabr. Pereir. *cap.* 63. *num.* 39. *& à num.* 33. latè materiam expladat.

5 Deindè cùm hoc privilegium ſit negativum, non ſufficit, illo non uſum fuiſſe, vel quia caſus non obvenerunt, ex Gloſ. *in cap. Abbate de verbor.* Tapia *cap.* 1. *p.* 2. *num.* 10. & ex pluribus Palaus *tract.* 3. *diſp.* 4. *p.* 18. *n.* 1. vel ſi per ignorantiam non utentium contraveniatur, quia oportebat, ut indubium revocaretur illîus diplomatis obſervantia, & contra illud fuiſſet obtentum, cujus rei nullum eſſe veſtigium apud nos teſtatur idem Gabr. Pereir. *num.* 35. immò plures eſſe actus in dicti privilegij favorem, & continuationem, de quibus plura affert exempla.

6 Primum eſt ſententia lata à Doctore Ferdinando de Magalhaens tunc temporis Judice Regio, & poſtea Palatino Conſiliario in favorem Georgij Pereira, qua virtute hujus diplomatis ſequeſtra contra eum per Auditorem Rotæ decreta tollenda judicavit, cenſurasque ex ea cauſa prolatas tanquam contra formam Brevis emanatas, non obſervandas pronuntiavit. Secundum in favorem Ludovici Pereira de Caſtro fratris ejuſdem Gabrielis Pereira Regij Senatoris

ris promunciatum fuit à Doct. Carolo Brandaõ Pereira, dum citationem ad Curiam ſuper beneficio S. Mariæ de Enſalde annullavit, quia contra formam Brevis fuerat expedita ſine ipſius ſpeciali derogatione. Tertium pariter judicatum fuit in Senatu Portuenſi contra Archidiaconũ de Oliveyra, qui tranſacto biennio cauſam in Rota cõmitti poſtulaverat. Quartum, jam olim tempore Regis Cardinalis Henrici in cauſa Commendatarij de Rendufe, qui cauſam ſuper emphyteuſi Eccleſiaſtica in Rota introduci obtinuerat, & ab ipſo Rege juſſum fuit, ne partes Romam adîre cogerentur, cauſaq; impetratis in Regno judicibus terminaretur. Et plura circa hujuſmodi obſervantiam vide apud eundem Gabr. Pereir. loco ſuprà citato; ubi argumentis in contrarium adductis plenè ſatisfacit.

7 Judicatum etiam refert Pegas *ad Ord. lib. 2. tit. 13. ad §. 1 gloſ. 3. num. 4.* in gravamine Doctoris Roderici de Araujo Rebello in Sede Eborenſi Canonici in cauſa privationis fructûs Canonicatûs ei à Capitulo factæ, eo quòd denuntiatus fuerat excommunicatus mandato executorio quodam ad valvas illius Sedis affixo; quod revocatum fuit in Coronæ judicio 1. Julij 1672. à Doctore Joſepho de Souſa Caſtello Branco, Joanne Vanveſien, & Gondiçalo Meytelles Freyre, quia ea declaratoria promanaverat à ſentẽria quadam extra Regnũ prolata, ideoq; executione carebat, ſecundum formam dicti diplomatis Julij III. cujus areſti tenorem videre poteris apud eundem Pegas loco citato.

8 Similitèr refert judicatum Themudo *tom. 1. deciſ. 79. num. 20.* inter Patres Societatis Jeſu, & Comitem de Vidigueyra 20. Auguſti 1616. inſerto ſententiæ tenore; virtute ejuſdem diplomatis Julij III. ut apud ipſũ vidêre eſt.

9 Nec etiam obſtat authoritas adducta à Barboſa præcitato D. Marij Cultelli *in Codice legum ſeculorum*; ubi de legibus Petri II. *cap. 6. not. 7. à num. 19. pag. 301.* ibi enim fatetur præfatum Julij III. privilegium ſaltèm quòad partes in Regno commorantes, ut eſt in noſtro caſu, licèt id nolit extendere ad vaſſallos Regni alibi contrahentes, ad quod adducitur ab eodem Barboſ. *num. 53.*

10 Neque etiam obſtat tertiò, Concil. Trident. *ſeſſ. 24. de reform. cap. 20.* diſpoſuiſſe, ut tranſacto biennio cauſæ in Curia committi poſſint, non obſtantibus quibuſcunque privilegijs, ſub quibus videri poterat derogatum hujuſmodi Julij III. privilegium. Non, inquam, obſtat, privilegia enim Regum

non

non derogantur per clauſulas generales, ut luculenter probat Gabr. Pereir. *dicto cap.* 63. *n.* 39. & nos probavimus ſuprà *quæſt.* 2 *à num.* 54. *p.* 150. *& num.* 47. *pag.* 147. *& quæſt.* 5. *num.* 76. *pag.* 288. *& num.* 102. *pag.* 426. *col.* 1. *& quæſt.* 11. *num.* 78. *pag.* 889. *& in Enucl. Ord. tom.* 1. *enucl.* 3. *n.* 84. *pag.* 449. *& enucl.* 1. *pag.* 99. *& enucl.* 2. *num.* 98. *pag.* 106. *& n.* 114. *pag.* 116. & ſæpè alibi.

11 Inſuper noſtro caſui favet ipſum Concilium loco citato, dum cauſas omnes in prima inſtantia coram Ordinarijs locorum præcipit terminari, licèt extra biennium à die motæ litis recurſum ad Curiam permittat, ut notat Chokier *p.* 1. §. 13. *n.* 184. ubi tradit, quòd licèt exempti ſint immediatè ſubjecti Summo Pontifici, non tamen poſſunt in prima inſtantia ad Romanam Curiam avocari ex pacto inter Romanum Pontificem, & Reges, ex Choppino *de ſacra politia lib.* 2. *tit.* 4. *num.* 8. *fol.* 233. cauſa autem Regularium, ſiqua fuit, ut Epiſcopus Sacræ Congregationi nuntiavit, non invenitur in Regno in prima inſtantia judicata: ergò nullo jure poterat ad Romanam Curiam deferri; niſi forſan ſubreptitiè, & dolosè, ut in primo motivo adnotavimus.

MOTIVUM QUARTUM.

Ex incomprehenſibilitate omnium ſimùl Regularium.

SUMMARIUM.

1 *Omnes unius Conventûs Confeſſarij nequeunt ſimul ſuſpendi.*
2 *Dictio* nullatenus *omnes caſus excludit.*
Negatio excludit totum, quod poterat includi. Ibid.
3 *Referuntur Legatiæ ſententiæ contra ſuſpenſionem omniũ Confeſſariorum unius Conventûs.*
4 *Vt Confeſſarius ſuſpendatur debet cauſa rationabilis intercedere.*

1 QUartum motivum præfatæ conſultationis eruitur ex eo, quòd illud decretum nullatenùs poteſt comprehendere caſum ab Epiſcopo controverſum de ſimultaneitate revocationis facultatum ad confeſſiones auſcultandas, quam Regularibus inducere conabatur in ſua Paſtorali à nobis tranſcripta *q.* 5. *in Renitentia Epiſcoporum, n.* 1. *pag.* 493. nam ut notatum eſt *in quæſt.* 5. *Explor.* 3. *num.* 81. *p.* 465. *col.* 2. & probavimus *in Renitentia Epiſcoporum à num.* 10.

pag.

pag. 499. *col.* 1. ex eâdem Bulla Clem. X. & alijs Sacræ Congregationis declarationibus, omnes ſimùl unîus Conventûs Regulares nequeunt ab Epiſcopis ſuſpendi ab audiendis confeſſionibus, inconſulta Sede Apoſtolica; nedum omnes unîus Diœceſeos Regulares ob notabilẽ perturbationem fidelibus inducendam.

2. Quod ſatis apertè indicant verba ipſius Bullæ *Superna* per dictionem *nullatenus*; quæ omnes caſus excludit, ut docent Barb. *dict.* 226. Marta *de juriſdict. p.* 4. *cent.* 2. *caſ.* 153. *num.* 10. Narbona *L.* 16. *gloſſ.* 2. *num.* 18. *tit.* 18. *lib.* 5. *recopil.* & alij plures cõmunitèr, hoc eſt, ſivè approbatio data fuiſſet indefinitè, ſivè ad tẽpus; ab Epiſcopo moderno, ſivè ab Antecellotibus; ab Epiſcopo proprio, ſivè ab alieno; omnes enim hi caſus cenſentur excepti in excluſiva ſimultaneitatis à Clem. X. cautæ; cùm enim ea dictio ſit univerſalis negativa, & negatio ſit malignantis naturæ, negat omnia, & excludit totum, quod poterat includi etiã minimum, ex Gloſ. *in reg. nemo poteſt de regulis juris in* 6. *& in cap. ſtatutum, v. nullum de reſcript. in* 6. Tuſch. *tom.* 2. *lit. D. concl.* 315. *num.* 1. Cenedo *quæſt. ſing.* 69. *num.* 3. *&* 4. Roman. *conſ.* 326. *col. ult.* & alij communitèr; importatque nullitatẽ actûs ipſo jure, ut in *auth. ſiqua mulier*, ubi *gloſ. v. nullatenus, Cod. ad Senat. conſ. Vell. Clem. ult. ubi gl. v. nullatenus de ſequeſt. poſſ. gl. v. nullatenus, Clem.* 1. *de ætate, & qualit.* Gig. *de penſ. q.* 10. *n.* 10. Boer. *deciſ.* 348. Gratian. *cap.* 159. *n.* 18. Gonzal. *ad reg.* 8. *gloſ. ult. n.* 65. & communis doctrina.

3 Unde cùm declaratio, de qua agimus, Bullam *Superna*, ſuſpiciat, præcipiatque obſervari, infertur planè, caſui ab Epiſcopo controverſo neutiquam aſtipulari, immò in illo nullum vigorem habêre; & multoties deciſum eſt, ut *quæſt.* 5. *à nam.* 169. *pag.* 345. *col.* 1. adnotavimus; & *in Renit. num.* 13. iteratas in Legatia ſententias ad propoſitum tranſcripſimus in cauſa ſimili inter Archiepiſcopum Eborenſem D. Iacobum de Souſa, & PP. Prędicatores; paritèrque olim in controverſia inter Archiepiſcopum D. Ioſephum de Mello, & PP. Societatis, quam memorat Soar. Luſ. *de pœnit. tract.* 6. *diſp.* 2 *ſect.* 4. *num.* 242. & nos ſuprà *p.* 345. *col.* 2.

4 Neque quòad ſingulares Confeſſarios id à Clementina Bulla videtur permiſſum ad libitum Epiſcopi, ſed rationabili intercedente cauſa, ut tradidimus *in Renit. num.* 72. *pag.* 556. *col.* 2. *& num.* 18. *pag.* 539. *col.* 2. cùm neque ipſa ratio attendatur, quando eſt ratiuncula contraria ſenſui, tunc enim non eſt ratio, ſed infirmitas intellectûs, ex

Bald. *conſ.* 250. *num.* 11. *lib.* 1. Tuſch. *lit. R. concl.* 38. *num.* 1. Scaccia *de comerc.* §. 7. *gloſ.* 2. *num.* 35

MOTIVUM QUINTUM

Ex defectu promulgationis, & obſeruantię Bullæ *Superna.*

SUMMARIUM.

1 *Relatio reſtringitur ad id, quod in relato continetur.*
2 *Bulla* Superna *non fuit promulgata in hoc Regno, nec habet integram obſervantiam.*
Idem traditur de obſervantia Hiſpaniæ, ubi fuit promulgata. Ibid.
3 *Probabiliſſima opinio tenet legem Pontificis debêre in omnibus Diœceſibus promulgari.*
4 *Leges promulgantur, ut deveniant in notitiam ſubditorum, & n.* 5.
6 *Pontifices plures expreſsè juſſerunt ſuas leges in omnibus Provinciis promulgari, & n.* 7.
8 *Epiſcopi Luſitani Bullam* Superna *non obſervant.*
9 *Corrucnte diſpoſitione declarata, corruit ipſa declaratio.*
Opinio probabilis approbatur. Ibid.

1 CUm præfata declaratio referatur ad Bullã Clem. X. *Superna*, ſequitur eundem vigorem obtinêre tantum, quantum ipſa Clementina Conſtitutio in hoc Regno obtinuit, nam relatio teſtringitur, & limitatur ad illud, quod in relato continêtur, ut eſt doctrina Decian. *conſ.* 63. *ſub num.* 6. *v. nec obſtat*, Bardel. *conſ.* 61. *num.* 41. Seſſe *deciſ. Arag.* 125. *num.* 41. *& deciſ.* 187. *num.* 110. Menoch. *conſ.* 1. *n.* 96. & aliorum. Igitur

2 Quintum motivum deſumitur ex defectu promulgationis, & obſervantiæ hujuſmodi Clemẽtinæ Bullæ in hoc Regno, quæ ſine illa ſecundùm probabiliſſimam ſententiam non habet vigorẽ, ut obligare poſſit. Quòd non fuerit promulgata in hoc Regno tradit P. Sylveira *in ſuis opuſc. moral. op.* 2. *q.* 9. *n.* 53. ubi aſſerit ita reſolutũ fuiſſe à viris doctiſſimis, item P. Benedict. Per. *prompt. mor. tom.* 2. *tract.* 39. *ſect.* 5. *quæſt.* 4. *num.* 1212. *fine*, Sylva *de Bulla diſp.* 3. *art.* 6. *num.* 35. ubi etiam teſtantur non fuiſſe executioni mandatam; & in Regnis Hiſpaniarum, ubi promulgata fuit, non obſervari tradit Lumbier *fragm. mor. tom.* 2. *num.* 738. Torrecill. *de propoſ. damnat. tr.* 2. *conſ.* 5. Fr. Emmanuel à Concept. *tract. de pœnit. diſp.* 6. *quæſt.* 13. *num.* 927. Corella *confer. mor. p.* 2. *tract.* 7. *confer.* 10. *caſ.* 1. *num.* 591.

3 Li-

Digitized by Google

3 Licèt autem lex Pontificia Romæ promulgata fuerit, probabiliſſima opinio tenet non obligare, donec in omnibus Diœceſibus, & Provincijs promulgetur. Ita Saa *v. lex num.* 9. Molin. *de juſtit. tract.* 2. *diſp.* 395 *num.* 4. Corella *confer. mor. p.* 1. *tract.* 3. *confer.* 1. §. 2. *concl.* 3. *n.* 7. Soto *de juſtit. lib.* 1. *quæſt.* 1 *art.* 4. Caiet. 1. 2. *quæſt.* 90. Becan. *in ſum. tract.* 3. *cap.* 6. *quæſt.* 6. Serar. *de leg. à num.* 56. Navar. *in Enchir. cap.* 23. *num.* 44. Lumbier. *tom.* 1. *num.* 551. *pag.* 500. Caſpẽſ. *tom.* 1. *tract. de leg. diſp.* 1. *ſect.* 4. *num.* 44. *&* 51. Machado *tom.* 1. *lib.* 3. *part.* 4. *tract.* 3. *docum.* 2. *num.* 1. Torrecill. *de propoſ. damnat. quæſt. proœm. num.* 16. Gibalin. *de ſcient. Canon. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 2. *quæſt.* 1. *num.* 7. ubi hanc ſententiam vocat juri, & rationi conformiorem contrariâ, multòque probabiliorem, & praxi veteris Eccleſiæ maximè conſentaneam, Vaſq. 1. 2. *diſput.* 155. *&* 156. Oſaſch. *deci.* 141. Ant. de Ballis *tract. var. lib.* 5. *in prælud. de pragm. à num.* 175. Medina 1. 2. *quæſt.* 90. *art.* 4. *verſ. ſed quæritur*, Panorm. *in cap. cognoſcentes de conſtit. num.* 7. Decius *lect.* 2. *num.* 6. Felin. *num.* 7. Zabarella *num.* 4. *quæſt.* 6. Angelus *v. lex num.* 11. Vvigers 1. 2. *quæſt.* 69. *art.* 4. *à num.* 84. Celeſtin. *in comp. Theol. tract.* 3. *cap.* 7. *& tract.* 8. *cap.* 17. Conrad. 1. 2. *quæſt.* 90. *art.* 4. *ad* 2. Duvalius 1. 2. *tract. de leg. quæſt.* 5. *art.* 5. Marchant. *in horto Paſtor. reſp. paſt. cap.* 4. *quæſt.* 21. Carbo *de leg. lib.* 3. *diſp.* 9. Miranda *in manual. Præl. tom.* 2. *quæſt.* 25. *art.* 4. *concl.* 5. Victorel. *in not. ad man. Navar. cap.* 23. *num.* 40. Leſſ. *de juſtit. lib.* 2. *cap.* 22. *dub.* 13. *num.* 28. Sabell. *tom.* 3 §. *lex num.* 2. Chokier *de juriſd. ord. in exempt. p.* 1. *quæſt.* 50. *n.* 9. *pag.* 120. Buſembaum *lib.* 6. *tract.* 4. *cap.* 2. *num.* 41. Quintanadueñ. *tom.* 1. *tract.* 3. *ſing.* 15. *num.* 3. Trullench. *in Cruc. lib.* 1. §. 7. *cap.* 1. *dub.* 9. *num.* 20. Tolet. *de pot. Conf. cap.* 9. *quæſt.* 5. Ludovic. à Cruce *in Cruc. diſp.* 1. *cap.* 1. *dub.* 13. *num.* 1. Laym. *lib.* 1. *art.* 4. *cap.* 4. *n.* 3. Homobon. *de exam. Eccleſ. p.* 2. *tract.* 12. *cap.* 3. *q.* 10. Solerus *de pot. Conf. cap.* 9. *quæſt.* 5 Baſſæus *tom.* 1. *v. lex* 2. *num.* 4. Delbene *de immun. tom.* 1. *cap.* 1. *dubit.* 15. *ſect.* 7. *num.* 10. & noviſſimè Natalis Alexãd. *in Theol. dogm. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 1. *art.* 3. *reg.* 25. Cyriac. *tom.* 2. *contr.* 210. *num.* 56. Bellamer. *conſ.* 33. *n.* 39. Tuſch. *lit. D. v. declaratio*, *conſ.* 86. *num.* 2. *& lit. L. concl.* 255. *n.* 12. Alex. *conſ.* 31. *lib.* 5. Plotus *in L. ſi quando num.* 859. *Cod. unde vi*, Grammat. *deciſ.* 47. *num.* 9. Bertaz. *conſ.* 160. *num.* 3. Fermoſ. *de lege Eccleſ. ad rubric. de conſtit. quæſt.* 7. *num.* 17. Vela *diſſertat.* 45. *num.* 77. Palac. *in* 3. *ſent. diſtinct.* 37. *d.* 1. §. *didiciſti*, Zeval. *pract. tom.* 4. *quæſt.* 903. *num.* 26. Burſat. *conſ.* 200. *à num.* 104. *lib.* 2.

Bordon. *tom. 5. tract. de profeſſ. reg. cap. 2. num.* 118. Petrus Marca. *lib. 2. de concordia cap.* 15.

4 Et ratio eſt, quia leges promulgantur, ut in eorum, quibus latæ ſunt, notitiem facilè perveniant; ſed in notitiem omnium facilè pervenire non poſſunt, niſi ſint in Provincijs, & Diœceſibus promulgatæ: ergò non obligant, ſi ita promulgatæ non ſint. Conſequentia colligit.

5 Maior conſtat ex *L. leges ſacratiſſimæ, Cod. de leg.* & ex *cap. ad hæc de poſtulat. Prælat.* ibi: *Cùm Conſtitutio ſolemnitèr editur, aut publicè promulgatur, non eſt neceſſarium notitiam ipſius, per ſpeciale mandatum ſingulorum auribus inculcare: ſed id ſolùm ſufficit, ut ad ejus obſervantiam quis teneatur, ſi eam ſolēniter editam, aut publicè noverit promulgatam.*

6 Minorem innuere videtur Siricius Pontifex Max. epiſtola ad Himer. Tarracon. Epiſc. dum decretalē ſuam in quinque Hiſpaniæ, vicinisq; Provincijs promulgari ſanxit, ibi: *Et hæc ad tua conſulta reſcripſimus, ut in omnium Coepiſcoporum noſtrorum perferri facias notionem, & non ſolùm eorum, qui in tua ſunt Diœceſi conſtituti; ſed etiam ad univerſos Carthaginenſes, Beticos, Luſitanos, atque Callaicos, vel eos, qui vicinis collimitant hinc inde Provincijs, hæc, quæ à Nobis ſunt ſalubri ordinatione diſpoſita, ſub literarum tuarum proſecutione mittantur. Et quamquam ſtatuta Sedis Apoſtolicæ, vel Canonum venerabilia definita, nulli Sacerdotum Domini ignorare ſit liberū, utiliùs tamen, & pro antiquitate Sacerdotis tui dilectioni tuæ admodum poterit eſſe glorioſum, ſi ea, quæ ad te ſpeciali nomine generaliter ſcripta ſunt, per tuam animitatis tuæ ſolicitudinem, in univerſorum Fratrum noſtrorum notitiam perferantur; quatenùs, & quæ à nobis non in conſultè, ſed providè, & ſub nimia cautela, & deliberatione ſunt ſalubritèr conſtituta, intemerata permaneant, & omnibus in poſterum excuſationibus aditus, qui apud nos nulli patēre poterit, obſtruatur.* Et *cap. ſicut olim 25. de accuſat.* idem habetur: ibi: *quæ ſtatuerint, faciant obſervari publicaturi ea in Epiſcopalibus Synodis annuatim per ſingulas Diœceſes celebrandis.*

7 Id apertè docet Concil. Arelatenſ. 1. ibi: *Placuit à te, qui maiores Diœceſes tenes, per te potiſſimùm omnibus inſinuare.* Loquitur Concil. Generale Sylveſtro Papæ, ut illud omnibus Diœceſibus jubeat promulgare. Et clarè docuit Leo Magnus *epiſt. 79. ad Nicetam Aquil.* ibi: *Hanc autem epiſtolam noſtram, quam ad conſultationem tuæ fraternitatis emiſimus, ad omnes Fratres, & Comprovinciales tuos Epiſcopos facias pervenire, ut in omnium obſervantia, dicta proſit Authoritas.* Plura vide apud Gibal. *cit.* ubi ſta-

statuit *num.* 16. hunc esse antiquum Ecclesiæ morem, ibique satisfacit plenè argumentis in contrarium adductis.

8 Et ipsemet Episcopus Clementinam Constitutionem non observat, siquidem ipsa jubente nullatenùs unius Conventûs Regulares Confessarios simul suspendere, ipse per publicum edictum omnes suæ Diœceseos Regulares ab audiendis confessionibus suspendit; quotidieque ipse, & alij non observant, nam ipsa Episcoporum conscientiam onerat super præstanda approbatione cum præfinitione, vel illimitatione temporis; ipsi autem omnes eâdem mensurâ metiuntur, annualem tantummodò elargiendo facultatem, etiam approbatione data sine limitatione; cùm jurisdictio Regularium à Pontifice proveniat, non ab Episcopis. similiter circa Confessarios monialium, & id genus alia plura, quæ ostendit praxis, vel potius potestatis abusus. His suppositis.

9 Cùm declaratio nil de novo inducat, nec novam dispositionem faciat, ut probavimus *quæst. 5. num. 24. pag. 268. col. 2.* & docet Barbos. *axiom. 66.* corruente dispositione declarata corruere ipsam declarationem rectè sequitur: igitur *in append. de probabil. num. 60. pag. 1030. col. 1.* satis diximus opinionem probabilem tantùm, posse operanti apparêre probabiliorem, pluraque in ea appendice de hac securitate demonstravimus; & *num. 83. pag. 1042. col. 2.* indigitavimus, Pontifices opiniones Catholicas à se non damnatas voluisse contradictionis, & convitij immunes de cætero extituras.

MOTIVUM SEXTUM.

Ex fallibilitate declarationum.

SUMMARIUM.

1 *Declarationes Cardinalium non tollunt opinionem contrariam, & n. 2.*

3 *Lex æquè, ac ejus declaratio indigent promulgatione, ut liqent.*

1 DAta nihilominus hujusmodi declarationis validitate, nimis controversum est inter DD. an Sacræ Congregationis declarationes tollant probabilitatem opinionis oppositæ, sintque infallibilis certitudinis; ex qua controversia maximum suborsum fuit consultationi fundamentum, & est ejus sextum

motivum, ut licèt ea declaratio magni pendi debeat, non tamen contrarium opinamentum penitus rejiciat, neque propterea Epiſcopus aliquod jus obtineat, ut Regulares arceat contrarium opinantes.

2 Qua in re probabiliſſimum judicamus eas declarationes etiam factas conſulto Pontificè, nedum ipſo inconſulto, ut eſt, de qua controvertitur, non tollere contrarium opinamentū, nec habêre vim legis Pontificiæ, eo modo, quo de facto expediuntur. Sic cenſent Petrus Ledeſma *tom.* 1. *de Sacram. Pœnit. cap.* 13. *diff.* 7. Sanch. *de matrim. lib.* 8. *diſp.* 2. *num.* 10. Vaſq. 1. 2. *diſp.* 177. *cap. ult.* Salas *de leg. diſp.* 2. *ſect.* 9. *num.* 53. *& diſp.* 10. *ſect.* 9. *num.* 68. *& diſp.* 12. *ſect.* 1. *num.* 8. Serarius *in prolegom. Bibliæ cap.* 19. *quæſt.* 11. Bonac. *de leg. diſp.* 1. *quæſt.* 1. *p.* 8. *n.* 4. Portel *v. Cardinalium declarationes*, Vega *p.* 1. *cap.* 62. *caſ.* 41. Valer. *de differ. utriuſque fori v. abſolutio, diff.* 1. *num.* 20. *& v. nullitas diff.* 5. *num.* 2. Zipæus *in novo jure Pont. lib.* 5. *tit. de pœnit. num.* 9. Molfeſ. *tom.* 1. *tract.* 9. *cap.* 13. *n.* 43. Mendoça 2. 2. *vol.* 1. *diſp.* 84. *ſect.* 2. §. 25. Villalob. *tom.* 1. *tr.* 2. *diff.* 7. *num.* 5. Pontius *lib.* 5. *de matrim. cap.* 13. §. 2. *num.* 7. Delrius *diſq. mag. p.* 3. *lib.* 6. *c.* 1. *ſect.* 3. Baldell. *tom.* 1. *lib.* 5. *diſp.* 14. *n.* 15. Merolla *tom.* 2. *diſp.* 4. *cap.* 4. *dub.* 12. *n.* 174. Verricelli *quæſt. mor. tract.* 2. *quæſt.* 6. *n.* 15. Diana *Coord. tom.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 21. *n.* 2. *& reſol.* 23. *num.* 3. Bruno Chaſſaing. *de privil. Reg. p.* 1. *tract.* 1. *cap.* 1. *prop.* 3. Sylveira *opuſc.* 2. *reſol.* 25. *quæſt.* 1. *num.* 8. Lorca 1. 2. *diſp.* 18. *in append.* Petrus ab Angelis *in ſpecul. privil. diſp.* 1. *ſect.* 4. *num.* 7. Salmaticenſ. *tom.* 3. *moral. tract.* 11. *cap.* 2. *num.* 30. Navar. *conſ.* 34. *de præbend.* Laym. *lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 7. §. 7. *num.* 28. Tapia *in Cat. mor. tom.* 1. *lib.* 4. *quæſt.* 8. *art.* 8. *num.* 2. Lezana *v. Sacra Congregatio num.* 1. Dicaſtill. *de Sacram. tom.* 2. *tract.* 8. *dubit.* 9. *num.* 256. Reding. *in Theol. ſchol. tom.* 2. *quæſt.* 15. *art.* 1. *contr.* 3. *n.* 5. Eſcobar *in Theol. mor. tom.* 1. *lib.* 1. *ſect.* 2. *cap.* 12. *probl.* 3. *num.* 94. Boſſ. *de Iubil. ſect.* 3. *caſ.* 2. §. 7. *num.* 225. Fermoſin. *ad rubr. de conſtit. quæſt.* 12. *à num.* 15. Boſco *de Sacr. tom.* 4. *diſp.* 8. *ſect.* 3. *num.* 74. Arauxo *deciſ. mor. de ſtat. Eccl. tract.* 1. *q.* 8. *n.* 19. *caſ.* 2.

3 Ratio deducitur ex intentione Pontificis, quia ſicut ut neceſſarium jubet promulgare novas leges, ut omnibus innoteſcant, ita etiam jubêret eas declarationes publicare, ſi ijs ligatæ vellet, ne ignorantia aliquem excuſaret, ſicut enim non poſſunt cognoſcere novas leges, quin ſibi promulgentur, ita nec earum declarationes: unde cùm Pontifex eas non ſoleat promulgare, præſumitur nolle eas obligare, ut do-

Digitized by Google

docuit Suar. *de leg. lib.* 6. *cap.* 1. *n.* 3. Salas *diſp.* 2. *ſect.* 9. *in fine*, & *diſp.* 10. *ſect.* 9. *num.* 68. & *diſp.* 12. *ſect.* 1. *num.* 8. & *diſp.* 21. *ſect.* 12. *coral.* 5. Bonac. *de leg. diſp.* 1. *p.* 8. *num.* 4. Loren 1. 2. *diſp.* 18. Vericell. *cit. num.* 17. apud quem videre poteris plures alias rationes, & argumentorum ſolutiones. Ex quibus ſatis deducitur fallibilitas hujus declarationis.

MOTIVUM SEPTIMUM.

Ex eo quòd declaratio non lædat Cruciatam.

SUMMARIUM.

1 *Bulla* Superna *nullatenus lædit Cruciatam, & n.* 2.
3 *Clauſula* non obſtante, &c. *non auget gratiam, cui eſt affixa.*
4 *Solùm tollit ea, quæ obſtant diſpoſitioni, in qua eſt appoſita.*
5 *Dictio* in hac materia *refertur ad proximiora.*
6 *Declaratio non poteſt reſtringere rem declaratam.*

Declaratio requirens approbationem Confeſſarij ab ordinario loci, in quo fit confeſſio, reſtringit facultatem requirẽtem approbationem ab Ordinario. Ibid.

1 PRæterea admiſſa ſententia opinãte declarationes Cardinalium obligare, vimque legis obtinere, adhuc Epiſcopus nil habet contra Cruciatam; & fuit motivum ſeptimum, & præcipuum noſtræ conſultationis: nam hujuſmodi declaratio ſolùm præcipit obſervari Conſtitutionem Clem. X. atqui hæc nullatenùs lædebat Cruciatam; ergò nec oblata declaratio. Maior conſtat ex tenore declarationis, ibi: *Declaravit ſervandam eſſe omninò Conſtitutionem ſeptimam ſanctæ memoriæ Clem. X.* Conſequentia colligit.

2 Maiorem ſatis probavimus *quæſt.* 5. *num.* 85. *pag.* 421. *col.* 1. *& num.* 10. *pa.* 554. *col.* 2. *& num.* 3. *pag.* 390. *col.* 1. *& num.* 82. *pag.* 293. *col.* 1. *& num.* 159. *pag.* 341. *col.* 2. & latè *à num.* 97. *pag.* 425. *col.* 1. *& num.* 37. *pag.* 459. *col.* 2. *& à num.* 77. *pag.* 289. *& n.* 21. *pag.* 507. *& num.* 37. *pag.* 514. *col.* 1. *& num.* 3. *pag.* 536. *col.* 2. & ex tenore Conſtit. *Superna*, colligi poteſt, ubi nec verbum quidẽ de privilegijs Cruciatæ habetur, ſed ſolummodò de Regularium privilegijs.

3 Neque obſtat 1. clauſula declarationi adjecta, *non obſtante Bulla Cruciatæ*, hæc enim clauſula non auget, nec confert pluſquam gratia, cui eſt affixa; confert, ex Anchar. *conſ.* 364. *n.* 2. *&* 3. Mart. *clauſ.* 79. *n.* 7. *&* 12.

Tuſch.

Tuſch. *lit. C. concluſ.* 349. *num.* 3. Barb. *clauſ.* 82. *num.* 7. Hoſtienſ. *in cap. ei cui de præb. in* 6. Bald. *in L. eam quam num.* 36. *Cod. de fideicom.* Caſtrenſ. *conſ.* 361. *n.* 10. *vol.* 1. Ruin. *conſ.* 93. *n.* 11. *vol.* 3. Socin. Jun. *conſ.* 93. *num.* 23. *vol.* 3. unde cùm ipſa Clementina Bulla, quam declaratio ſolummodò ſuſpicit, non lædat Cruciatam ex annotatis *num.* 2. neque ſupradicta clauſula, quæ ei affigitur, illam lædet.

4 Solùm igitùr per hanc clauſulam declaravit Sacra Congregatio Cruciatam nullam dare facultatem Regularibus, ut ex ſuis privilegijs non approbati ab Ordinario Diæceſano audiant confeſſiones, hoc eſt illorum, qui privilegio non gaudeant aliàs eligendi, ſcilicèt Cruciatâ, Jubilæo, aut quocunque alio, cujus tenorem non arcet, nec arcêre poteſt Sacra Congregatio; nam illa clauſula ſolùm tollit ea, quæ obſtant diſpoſitioni, in qua eſt appoſita, ex Beroi. *conſ.* 147. *num.* 28. Jaſ. *conſ.* 110. *col.* 4. *verſ.* 3. *lib.* 4. Mart. *cit. n.* 1. Barb. *n.* 4. & alij.

5 Quod etiam ſatis denotant verba hujuſce declarationis, ibi: *Quæ in hac materia nil novi juris induxit*, ubi dictio *in hac materia* eſt reſtrictiva declarationis, refertur enim ad proximiora, nempe ad terminos Clementinæ Bullæ, ex Pariſ. *conſ.* 20. *n.* 49. & *conſ.* 35. *num.* 20. *vol.* 2. Rebuff. *in L. un. gloſſ.* 1. *n.* 173. *Cod. de ſent. quæ pro eo*, Barb. *dict.* 133 *n.* 3.

6 Neque obſtat 2. expreſſio declarationis in dicta non obſtãtia, verbis ibi: *Neque quoad pœnitentes, neque quoad Confeſſarios*; nam præterquamquod hęc verba non augeant gratiam, ſicùt dictum eſt *num.* 3. de non obſtantia, cujus pars eſt; ſi quovis modo eam augêrent, ut Cruciatam reſtringerent, nullam producerent declarationem, quæ nullatenùs reſtringere poteſt, ſed ſolùm declarare, ut tradunt unanimitèr DD. apud Baſſæum *v. Cardinalis num.* 8. & ejus compilatorem, *eodem v. num.* 4. Boſco *cit. n.* 71. Murga *in Conſtit. Apoſt.* 4. *Greg. IX.* §. 2. *num.* 34. Engel *in Colleg. jur Can. in proœm. n.* 15. Leand. à S. Sacr. *p.* 2. *tract.* 6. *d.* 1. *quæſt.* 16. Tholleuda *in ſum. ibid. num.* 9. Fr. Emman. à Concept. *ibid. num.* 307. Paſchal. *de ſacrif. nov. leg. tom.* 2. *quæſt.* 803. *n.* 11. Decian. *conſ.* 6. *num.* 3. *lib.* 4. Rolaud. *conſ.* 15. *num.* 27. *vol.* 3. Menoch. *conſ.* 360. *num.* 15. Barb. in *cap. Dilecti num.* 5. *de accuſat. inquiſ.* Tiraq. *in L. ſi unquam, Cod. de revoc. don. v. libertis num.* 14. Quòd autem ſic intellecta declaratio reſtringeret Cruciatam, manifeſtè patet, nam cùm Pontifex in Cruciata requirat tãtum approbationem Ordinarij ſine reſtrictione ad hunc vel illum; ſi illum determinaret declaratio, certè

certè reſtringeret privilegium Cruciatæ, ex Tuſch. *lit. R. tom. 7. concl.* 304. *num.* 1. Sygnor. *conſ.* 250. *num.* 3. ut ergo ea expreſſio declarationis hujuſmodi vim declarationis non excedat, debet intelligi ſub verbis rei declaratæ, nempe Bullæ Clem. XI. hoc eſt, de privilegijs Regularium, quę nil valeant tam ad pœnitentes, quàm ad Confeſſarios, ſine nova approbatione Dioceſani.

MOTIVUM OCTAVUM.

Ab exemplis urgentioribus.

SUMMARIUM.

1 *Plures Bullæ expeditæ ſuper approbationem Confeſſarij, executionem non obtinuêre.*

2 *Bulla Epiſcopo Giennenſi conceſſa cum non obſtantia Cruciatæ, non habuit executionem.*

Declaratio inferioris non tollit ſenſum ſuperioris. Ibid.

3 *Plures aliæ Bullæ referuntur, remiſſivè.*

4 *Pluries Sacra Congregatio in ſuis declarationibus declinavit à læſione Cruciatæ.*

1 OCtavum motivum, quod conſultationem induxit, deducitur ex pluribus Bullis Pōtificijs in hac materia expeditis, quæ tamen executionem, vel ſimilem interpretationem, quam Epiſcopus intendit, nullatenùs habuêrunt; ex quo urgentius eruitur fundamentum, ut hujuſmodi declarationi non concedatur. Exempla perſtringamus.

2 Præcipuum exemplum eſt, quod conceſſum fuit Epiſcopo Giennenſi ab Urban. VIII. 30. Januarij 1629. cujus meminit Barboſ. *de jure Eccleſ. tom. 1. lib. 1. cap.* 43. *num.* 210. & Aſcan. Tambur. *tom.* 2. *diſp.* 6. *quæſt.* 12. *n.* 9. adjecta ſimili non obſtantia, ibi: *Non obſtantibus quibuſcunque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, &c. & quibuſvis alijs privilegijs in vim Cruciatæ Sāctæ, eis quomodolibet competētibus, &c.* Quę clauſula adjecta fuit ab ipſo Summo Pontifice. Hanc Conſtitutionem executionem non obtinuiſſe, nō ſolùm quoad Cruciatam, verùm etiam quoad Regulares teſtatur Thom. Hurt. *de Congr. ſuſt. lib. 5. num.* 672. ubi advertendum eſt additam Cruciatæ non obſtantiam reſtringi à Pontifice eo ſenſu, quem motivo 7. *num.* 6. protulimus, & urgentiùs adaptabis hujuſmodi declarationi, nam cùm ſit ab inferiore deprompta, nequit tollere ſenſum ſuperioris, ex *Clem.* 2. *de elect.* Oldrad. *conſ.* 259. *num.* 6.

Tuſch.

Tuſch. *lit. I. concl.* 119. *num.* 10. Maſcard. *de ſtat. interpr. concl.* 8. *num.* 85. Giurba *ad Conſ. Meſſan. cap.* 2. *gloſ.* 1. *num.* 20. & alijs communiter.

3 Aliam Conſtitutionem conceſſam Epiſcopo Cordubenſi refert Salgado *de ſupplic. p.* 1. *cap.* 4. *n.* 45. quam ſimilem exitū tradit habuiſſe : & plures refert etiam Arsdekim *tom.* 2. *p.* 2. *tr.* 1. *cap.* 3. *quæſt.* 25. de quibus nobis fermo fuit *quæſt.* 5. *p.* 3. *à n.* 169. *p.* 345. *c.* 1. *& per totam Remiſ. Ord. à num.* 15. *pag.* 503. *col.* 2. Vide etiam Araujo *de ſtat. Eccleſ. tr.* 1. *q.* 8. *n.* 22.

4 Urgentiores declarationes expromptæ fuêre ad inſtantiam Archiepiſcoporum Hiſpalenſium facto verbo cum ſanctiſſimo, (quod hic factum non apparet) ubi expreſſiùs de electione Confeſſarij per Cruciatam memoratum fuit , etiam poſt Clem. X. ſacra verò Congregatio idem reſpondit, ac anteà tempore Pauli V. cùm quæſtio verteretur, an approbatio facta à Prælato Regulari, utpotè Ordinario, ſufficeret ad Cruciatam, quam non ſufficere non declaraverat Sacra Congregatio, utpotè extra propriam juriſdictionem; ſed ſolùm Regulares non poſſe audire confeſſiones ſæcularium ſine approbatione Ordinarij : cùm ergò in hujuſmodi declaratione ab Epiſcopo Leyrienſi oblatâ nil de electione per Cruciatam actum fuiſſet , inſertâ ſolummodò non obſtantiâ Cruciatæ, urgentiùs rejici debet à Cruciata , de quo plura diximus *quæſt.* 5. *p.* 2. *à num.* 8. *pag.* 260. *& in reſponſ. ad cenſuram P. Franc. Pedroſo à num.* 44. *pag.* 403. *col.* 2. *& in judicio P. Iacobi Tinoco explorat.* 1. *n.* 39. *pag.* 451. *col.* 1. & pluribus alijs in locis omninò videndis.

MOTIVUM NONUM.

Ex defectu Bullæ Clementinæ regeſtri.

SVMMARIVM.

1 *Bulla* Superna *non invenîtur regiſtrata in Archivo Cruciatæ, ubi debebat examinari, an læderet Cruciatam.*

2 *Bulla* Superna *non fuit in hoc Regno recepta ſaltem quoad Cruciatam.*

3 *Mendicantes nequeunt reexaminari ſine cauſa.*

1 NOnum motivum deducitur ex eo quòd Bulla *Superna*, quam præſens declaratio jubet obſervari, non invenitur regeſtrata in Archivo Cruciatæ, ubi omnia ad eam attinētia inveniuntur tranſcripta , ut poſſint practicari : igitur caſu, quo hæc Bulla Cruciatam tangeret, Regi, ejuſque Tribunali debebat

bebat intimari, ut probavimus *quæſt.* 11. *num.* 17. *pag.* 919. *& n.* 9. *pag.* 952. & ſæpè alibi, ibique debebat examinari, ut ſupplicaretur Pōtifici, ſi Regi opportunū videretur, ut probavimus per totam *quæſt.* 12. vel ſaltem ibi manēret regiſtrata, ut de neceſſitate docet Epiſcopus Araujo *in ſuis deciſionibus mor. de ſtatu Eccleſ. tract.* 1. *quæſt.* 8. *n.* 17. Emman. Roder. *qq. reg. tom.* 1. *quæſt.* 35. *art.* 2. Solorzan. *de jur. Ind. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 25. *num.* 44. Anton. à Spir. Sanct. *conſ.* 47. *num.* 6. ut Regi conſtaret de amplitudine, vel reſtrictione ſui privilegij, quale eſt Cruciata.

2 Ex quo conſtat prædictam Bullam nunquam fuiſſe in hoc Regno receptam, nec ad praxim reductam ſaltem quoad Cruciatam, ut inſimili docet idē Araujo, & Ant. à Spir. Sanct. cit. Urban. ab Aſc. *tract.* 2. *diſt.* 1. *cap.* 1. *reg.* 7. Vidal *in arca Theol. mor. tit. de caſ. ref. inq.* 1. *n.* 121. idcirco declaratio hanc Bullam ſupponens non habet vim, ut declarant Araujo, & Anton. à Spir. Sanct. cit. ubi etiam agunt de hac materia quoad privilegia Regularium.

3 Quo circa non deſinam hic apponere verba Emman. Saa *v. Confeſſor num.* 5. ab Epiſcop. Araujo laudata dicentia: *Illud ſcio ex Bullis Pij V. Religioſum ab aliquo Epiſcopo approbatum non poſſe ab eodem iterum examinari; quòd ſi ſit ex Mendicantibus, nec à ſucceſſore. Quòd an ſit poſteà valide revocatum, aliorum judicio relinquo. Ego interim non puto, meæque opinioni exiſtimo favēre decreta Cōgregationis Cōcilij.* Vide Zerollam. *v. Confeſſores* §. 2. Roderic. *in addit. ad Bullam* §. 9. *num.* 40.

MOTIVUM DECIMUM

Ex pœnis ab Ordinatione Regia inflictis.

SVMMARIVM.

1 *Ordin. Reg. infligit pœnam exnaturationis impetrantibus reſcripta ſine facultate Regis.*

Quæ à Rege juſſa fuit obſervari. Ibid.

2 *Tales reputantur patriæ proditores.*

Æquiparantur bannitis, & excōmunicatis. Ibid.

3 *E bono ſemper bonum eſt præſumendum.*

Etiam ſupplicatio Epiſcopi, non læsit Cruciatam. Ibid.

1 DEcimum motivum alliciens ad conſultationem nullitatis hujuſmodi declarationis quoad privilegia Cruciatæ, ſunt

ſunt pœnæ, quas Ordinatio Reg. *lib.* 2. *tit.* 15. infligit impetrantibus reſcripta Apoſtolica contra privilegia Regis, ſeu Regni, nempe exnaturizationis, ſeu proſcriptionis, & bonorum privationis, quam legem obſervari juſſit diploma Regium regiſtratum in Senatu Portuenſi *lib.* 3. *Sphæræ fol.* 457. & in Ulyſſiponenſi *lib.* 7. *fol.* 224. quo præcipitur Judici, & Procuratori Coronæ procedere ex officio contra delinquentes, quod meminit Thom. Valaſc. *alleg.* 15. *num.* 25. *&* 26. qui de ejus praxi teſtatur, Gabr. Per. *de man. Reg. tom.* 2. *cap.* 59. *num.* 8. *& cap.* 66. *à num.* 1. Pegas *ad d. Ord. tom.* 8. ubi *gloſſ.* 2. *num.* 1. notat hanc diſpoſitionem excerptam fuiſſe ab Extravagant. 4. *tit.* 12. *part.* 4. à Rege Emmanuele indicta, ad inſtar cujus prodijt *L.* 21. *tit.* 3. *lib.* 1. recopilationis Hiſpanæ à Carol. V. prolatæ, cujus meminit Cevall. *p.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 431. *aliàs* 481. *&* 484. Covar. *pract. cap.* 36. *num.* 3. Themud. *deciſ.* 79. *&* 106. & plures apud Cabedo *de jur. patr. cap.* 26. *n.* 4. vide Solorzano *de jur. Ind. tom.* 2 *lib.* 3. *cap.* 27. *num.* 17. Villaroel *de gubern. Eccleſ. p.* 2. *quæſt.* 18. *art.* 3. *n.* 35.

2 Et meritò inſurgit præfata lex adversùs ſimiles criminoſos, nam hos vocat Gabr. Per. *cit. num.* 1. patriæ proditores, quatenùs Regum indulta, & privilegia infringere conantur, ex quo, & Regni dignitas, & ſplendor vileſcit, & maxima in Republica oritur perturbatio; quos ex coercitione politica, & æconomica, licèt non contentioſa, propter inobedientiam poteſt Rex è ſuo Regno expellere, utpote membra putrida in corpore Regni, ut vocat Fermoſin. *ad cap.* 2. *de judic. quæſt.* 16. *num.* 8. quatenùs idem Rex caput eſt Regni myſticum. Et hos ſic exnaturatos, bannitis æquiparat Pinheyro *de teſtam. tom.* 1. *diſp.* 1. *ſect.* 3. *num.* 115. qui ad inſtar excommunicatorum, qui ejiciuntur, & ſeparantur à communicatione Eccleſiæ, ipſi etiam ejiciuntur extra bonum publicum, nequeuntque gaudêre auxilio Reipublicæ, nec officijs publicis, nec Judicis juriſdictione adjuvantur, ut tradit Bald. *in L.* 1. *num.* 4. *Cod. de hered. inſt.* & Peregr. *de jur. fiſci lib.* 3. *tit.* 7. *ſub n.* 7. *v. & iſta, & n.* 36.

3 Igitùr cùm dictæ pœnæ Ordinat. graviſſimæ ſint, & ab Epiſcopo ſapientiâ, & Dei timore pleno non ignorentur, Cruciatamque eſſe Regis privilegiũ benè calleat, ſiquidẽ idem Rex, ipſo petente, caſum examinavit conſilio doctiſſimorum Virorũ, ipſique declaravit ſe eſſe in poſſeſſione hujuſmodi qualificati privilegij, præſumi non debet ſupplicationem Sacræ Congregationi porrexiſſe contra privilegia Cruciatæ; verùm tantùm adversùs Regularium privilegia, quibus

quibus non aſtipulatur Cruciata, ſecundùm doctrinam D. Auguſt. *è bono ſemper præſumendum eſt bonum*, juxta annotata per Specul. *in tit. de præſumpt. §. ſpecies*, Menoch. *de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 32. num. 5.* Pirhing. *in lib. 2. Decretal. tit. 23. §. 4. ex cap. dudum 16. de præſumpt. & cap. un. de ſcrut. in ord. fac.* & non obſcurè oſtendit tenor ſupplicationis Sacræ Congregationi porrectæ, qua inſtitit declarari, *an Epiſcopi in ſua Diœceſi poſſint prohibere Regularibus ad confeſſiones audiẽdas approbatis ab anteceſſoribus Epiſcopis, vel ab Epiſcopis alienæ Diœceſis, ne amplius Confeſſarij munus exerceant, ſine ipſorum nova approbatione, & licentia, non obſtante Bulla Cruciata*; nam hoc ſibi concedebatur per Bullam *Superna*: ſolùm ergo Cruciatam læderet, cùm ſupplicationem exponeret hoc modo: *An Regulares approbati ab Epiſcopis anteceſſoribus, & alienæ Diœceſis poſſint virtute Cruciatæ eligi à quibuſvis fidelibus eam obtinentibus ſine nova moderni Epiſcopi approbatione, ipſo contradicente.* Quod non minùs demonſtrat epigraphe hujus declarationis, ibi: *In cauſa Luſitana juriſdictionis verſante inter Archiepiſcopum*, &c. *nec non Regulares exaltera*; deberet enim ſuffici, ſeu addi, *& inter Cruciatam, ſeu Regem Luſitaniæ ex altera.* Ergò vel nulla debet declarari ea declaratiò quoad Cruciatam, vel ſolùm ad Regularium privilegia collimaſſe.

MOTIVUM UNDECIMUM

Ex defectu conſenſus Regij.

SUMMARIUM.

1 *Supplicatio Cruciatam tangens indiget Regis conſenſu.*
Ob hujus defectũ judicatum fuit reſcriptum nullum. Ibid.
2 *Rex non vult privare vaſſallos ſuos privilegijs Pontificijs, ſed eorum perfidiam punire.*
3 *Cauſa etiam privati non judicatur inaudita parte.*

1 EX motivo præcedẽti ſubortum fuit præſens, & 11. motivum, nam cùm ibi dixerimus, & ſæpe per diſcurſum hujus operis Cruciatam eſſe Regis, & Regni privilegium, neceſſariò debebat intercedere ad eam ſupplicationem, caſu quo Cruciatam tangeret, conſenſus Regis, ut Pontifici poſſet exponere, quæ ſibi à Sede Apoſtolica conceſſa inveniuntur privilegia; ex quo fũdamẽto judicatũ fuit in judicio

Digitized by Google

Ordinario Vicarij Conimbricenſis, ut refert Gabr. Per. *de mun. Reg. tom. 2. cap. 66. num. 21.* reſcriptum obtentum à quodam ab Hebræis originem trahente, non allegato privilegio, quod in Regno eſt, non admittendi neophytos ad beneficia, ex cujus diſpenſatione perturbatio publica emergit, propterquam requiritur ad hujuſmodi impetrationes prævia Regis approbatio, & facultas, de qua debeat conſtare, ut notat idem Pereir. *n.* 20.

2 Neque ex hoc ſequitur, quòd Reges velint punire, ſeu exnaturare eos, cum quibus Summus Pontifex diſpenſat, vel quibus Sacra Congregatio benignè alloquitur ad exonerandas conſcientias; nam Rex noſter pijſſimus non intendit punire impetrantes ob diſpenſationes, vel reſcripta à Sede Apoſtolica obtenta, ſeu eis auferre à Pontifice cõceſſa, eſt enim ipſius fideliſſimus, & obedientiſſimus filius, & de Eccleſia maximè meritus; ſed ſolùm ambitionem, proterviam, & fraudes ſic impetrantium citra Regis conſenſum, & approbationem, atque ex ea cauſa tales vaſſallos habêre nequit, nec pati, ut in ſuo Regno degant: ad quod requirit, quòd ſuus conſenſus, & approbatio priùs poſtuletur, ne fraudulenter ſibi, & Regno conceſſa privilegia furripiantur.

3 Præterquamquòd hoc etiam cuilibet minimo privato jus naturale concedit, ſecundùm quod nil judicatur inaudita parte, & ſupra ſatis diximus in *motivo 2. num. 2* hujuſmodi moris eſſe apud Sacras Congregationes Cardinalium, cauſas non cognoſcere, altera parte non conſentiente, ſed renuente cauſam apud Sacram Congregationem terminari: cum ergò de Regio conſenſu non conſtet, immò cuicumque declarationi adverſę reluctaturum ſemper declaraverit, ut videre eſt ex reſolutione tranſcripta *quæſt. 5. pag. 532.* dicendum eſt Sacram Congregationem ex hujuſmodi defectu Cruciatam violare, non intendiſſe.

MOTIVUM DUODECIMUM.

Ex eo, quòd Reges ſint protectores Concil. Trid.

SUMMARIUM.

1 *Rex Luſitaniæ eſt protector Cõcilij Tridentini.*

2 *Cauſæ ſuper obſervatione Trident. debent tractari in Tribunali Regio.*

3 *Acta judicij inferioris avocantur ad ſuperius, ut verificentur.*

Ne abſurdum ſequatur, impropriandа ſunt verba. Ibid.

Un-

1 DUodecimum motivum dictans eam declarationem Cruciatæ non contradicere, colligitur ex eo, quòd fuerit obtenta de materia attinente ad obſervantiam Concilij Tridentini; cujus non minùs obſervantiſſimus protector eſt Sereniſſimus Rex noſter, quàm cæteri Reges; nempe de approbatione Confeſſarij, quam præfinit idem Concilium, ſecundùm quod omnia privilegia debent Regulari, quo ad ejus materiã concernẽtia.

2 Quò fit, ut cauſæ, quæ ſuper obſervatione Tridentini occurrunt, debeant tractari in ſupremo Regis Concilio, ut diſponitur *in L.62. tit. 4. lib. 2. recopil.* teſte Fermoſin. *in cap. novit 13. de judic. quæſt. 11. num. 6.* Narbona *in L. 56. tit. 4. lib. 2. gloſ. 2. num. fin.* Salgado *p. 2. cap. 1. num. 46. & 65.* quòd autem cauſa, de qua agitur, ſit de concernentibus Tridentinum patet, ex *ſeſſ. 23. de reform. cap. 15.* ubi præfinitur norma ad approbationem Confeſſarij: unde fit, quòd ſi Epiſcopi, Nuntij Apoſtolici, aut alij Judices inferiores ſine facultate Pontificia aliquid innovent in Tridentino, vel ſacris Canonibus, aut in tertij præjudicium, recurſus patet ad Regem, & ejus Conſiliarios ratione protectionis; ut docent Pereir. *de man. Reg. p. 1. cap. 8. num. 11. ex cap. volentes, cap. penult. de offic. leg. in 6.* Garcia *de benef. p. 1. cap. 5.* Barboſ. *in collect. ad rubr. de offic. leg. num. 2.* Salzed. *de leg. pol. lib. 2. cap. 9. n. 1.* Salgad. & alij.

3 Igitur tractatâ hujuſmodi cauſâ ad Epiſcopi inſtantiam in Concilio coram Rege congregato, & ibidem reſolutâ circa ea, quæ ad privilegia Cruciatæ attinent in approbatione Regularium, licèt pateat recurſus ad Pontificem, quis non videt irrogari injuriam Regi in recurſu inaudito *Rege*, Pontificeque de ejus fundamentis non certiorato, cùm de jure ſit, etiam in quocunque judicio inferiori acta ad ſuperius avocari, ut in eo diſcuſſa ulteriùs ventilentur, ut confirmentur, vel revocentur, præſertim cùm in hoc caſu judicium Regium ſit competens, & hujus acta coram alio Judice competente fidem faciant, argum. *cap. 2. de except. in 6. & cap. multi, cauſa 2. quæſt. 1.* & notat Pirhing. *in lib. 2. decret. tit. 1. de judic. ſect. 3. §. 2.* Ne ergò id abſurdum admittatur, etiamſi proprietas verborum id non pateretur, dicendum eſt neutiquàm hanc de declarationem infringere Cruciatam, ſed ad ſola Regularium privilegia collimaſſe, ex *L. 2. Cod. de noxal. action. L. ita ſi ff. de op. libert. L. nam abſurdum ff. de bon. libert. cap. in Geneſi de elect.* Tuſch. *lit. A. concl. 66.* Barboſ. *ax. 2.* Gratian. *tom. 5. cap. 834. n. 13.* Valenz. *conſ. 233. n. 39.* & communi ſententia DD.

MOTIVUM DECIMUM-TERTIUM.

Ex perturbatione fidelium.

SUMMARIUM.

1 *Ex novitate declarationis magna ſuboritur perturbatio.*
2 *Iugum Dei non debet fieri intolerabile.*
3 *Rex ſolet Prælatos inobedientes à Regno expellere.*

1 DEcimum-tertium motivum conſultationis principaliſſimum fuit non modica fidelium perturbatio, ſuborta ex hujuſmodi novitate ab Epiſcopo prætenſâ, & per eam declarationem adauctâ, jam quia malè de Regularibus omnibus ſentiunt, jam quia animam ſuam Confeſſarijs communitèr expoſitis fidere non audent, & quò ſe vertant, ignorant, dum veritatem approbationum exquirere non poſſunt; jam quia difficilimus eis redditur ad pœnitētiæ lavacrum aditus, ut pœniteant, & ſordes ſuas abluant, quæ omnia à nobis pleno calamo deſcripta ſunt *q. 5. num.* 169. *pag.* 346. *col.* 1. *& pag.* 531. *col.* 2. *num.* 84. & multis alijs in locis, de quo videndus Salgad. *de ſuppl. p.* 1. *cap.* 4. *à n.* 40. Villaroel *de gubern. Eccleſ. tom.* 1. *quæſt.* 6. *art.* 12. *num.* 4.

2 Quibus in anguſtijs plures referuntur caſus, præſertim in fæmineo, & devotiori ſexu ex hujuſce novitatis inductione proveniēntes, quibus confeſſio ſit intolerabilis, & jugum Dei graviſſimum, cùm ab ipſo Chriſto ſuaviſſimum ſæpe ſæpius vocitetur, *qui non vult mortem peccatoris, ſed ut magis convertatur, & vivat.*

3 Cùm autem in ſimilibus Rex occurrere ſoleat, & ex jure naturæ teneatur propter ſuorum vaſſallorum oppreſſiones, ita ut eas vexationes producentem, violentiasque tales inferentem in judicio Regio jubeat cohibēre adeò, ut inobedientem Prælatum è Regno ſuo expellere ſoleat, ut teſtatur Themudo ſupra citatus, cùm fuerit in Diœceſi Ulyſſiponenſi Vicarius Generalis, & in alijs Diœceſibus Gubernator, & alij ab ipſo citati; fundamentum maximum ſuggerit huic Tribunali, ut Regi per conſultationem repræſentet, debēre in hoc caſu Regiam Maieſtatem Regium brachium extendere, ut allevet puſillanimes, & erigat colliſos, tum declarando Sacr. Congregat. declarationem Cruciatam non tangere, ut de facto non tangit, tum etiam Regularibus ſui Regni ſuppetias ferendo, ut in ſuis Pontificijs privi-

Digitized by Google

vilegijs conserventur, pro quo apud Pontificem virilitèr stet, in suorum vassallorum tutamen, & fidelium sublevamen.

MOTIVUM DECIMUM-QUARTUM.

Ex proprietate verborum Cruciatæ.

SVMMARIVM.

1 *Verba generalia, generaliter sunt intelligēda.*

2 *Vt à generalitate concessionis exciperêtur hæresis, necessum fuit Breve Apostolicum, hic transcriptum.*

3 *Sicut hæresis exceptio exprimitur in summario, ita restrictio approbationis debebat ei affigi, si daretur.*

1 UT igitur considerata cōfusio devitetur 14. motivum consultationem compellit ex proprietate verborum Cruciatæ, quæ tollunt omnem ambiguitatem, quatenùs generalissima sunt, & generalitèt sunt intelligenda, ex *L. 1. §. quod autem ff. de aleat. L. regulæ §. ult. ff. de juris, & facti ignor.* & pluribus alijs textibus, & DD. ut Rex jubeat declarare, seu declarationē à Commissario factam executioni mandare, eò quòd hujusmodi declarationes, etsi claræ omninò essent, non innovant tenorem privilegiorum Cruciatæ.

2 Scimus enim in Bulla Castellæ, quia generalem concedebat facultatem ad reservata etiam in Bulla Cœnæ, ut exciperetur hæresis, necessarium fuisse non solùm id declarare ipsum Pontificem Gregor. XIII. sed licentiam concedere, ut eam exceptionem adderet Commissarius in summario, cujus diplomatis verba hîc transcribimus deducta à Cherub. *tom. 2. constit. 37. Greg. XIII. pag. 404. c. 1.*

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

OEficij nostri partes sedulò præstare tenemur, ne gratiæ, & privilegia à Sede Apostolica ad animarum salutem emanata, in illarum detrimentum interpretentur, aut extendantur.

1 Nuper siquidem accepimus, nonnullos curiosa, & subtili magis, quam vera interpretatione prætendere, in vim privilegiorum Cruciatæ Sanctæ ab eadem Sede concessorum eligendi Confessores,

qui à nonnullis criminibus, & exceſſibus abſolvere poſſint, à lapſu, & incurſu in hæreſim abſolvendi facultatem, & authoritatem, ſaltèm in foro conſcientiæ habêre.

2 Nos autem omnem dubitandi occaſionem in præmiſſis removendam eſſe exiſtimantes, ne circa id ullo tempore hæſitari contingat, motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia felic. record. Pij Papæ V. prædeceſſoris noſtri, ac noſtræ intentionis nunquam fuiſſe, vel eſſe, dictis Confeſſoribus aliquo modo abſolvendi ab incurſu, & lapſu in hæreſim, quod crimen, uti cæteris graviſſimum, ſpeciali nota eſt dignum, facultatem concedere, nec illam per dictum prædeceſſorem, & nos unquam conceſſam fuiſſe, vel eſſe cenſeri, aut ipſis Confeſſoribus dictorum privilegiorum authoritate electis abſolutionem impartiri licuiſſe, neque in poſterum licêre; aut abſolutiones, quæ jam forſan eo caſu ſub datorum privilegiorum prætextu per confeſſores impenſæ, nemini ſuffragari potuiſſe, ſive poſſe, authoritate Apoſtolica tenore præſentium decernimus, & declaramus.

3 Et ut Chriſti fideles ſupradictæ declarationis commodiùs notitiam habere poſſint, licentiam, & facultatem concedimus Commiſſario Generali dictæ Cruciatæ, illa de Latino ſermone in vulgari juxta linguam Provinciæ, ubi publicatio ipſius Cruciatæ facienda erit, redactam, unâ cum facultatibus dictæ Cruciatæ, & per modum exceptionis, in ſuo loco, ſivè ad partem imprimi poſſe facere, in contrarium facientibus quibuſcunque non obſtantibus.

4 Cæterùm quia difficile foret præſentes literas ad ſingula quæque loca, in quibus de eis fides facienda erit, deferri, volumus, & dicta authoritate decernimus, quòd illarum tranſumptis etiam impreſſis, manu alicujus Notarij Apoſtolici ſubſcriptis, & ſigillo dicti Commiſſarij, ſeu alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis originalibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 22. Septembris 1576. Pont. noſtri anno 5.

De quo etiam datur alia declaratio Alex. VII. quæ videri poteſt apud Dianam *Coord. tom. 3 tr. 2. reſol. 64. poſt n. 7.*

3 Et poſtea videtur exceptio hæreſis in ſummario vulgari adjecta, licèt in Bulla Latina non inveniatur, cùm in approbatione Confeſſarij nil addatur, cùm facilè poſſet per additionem *ab Ordinario loci, in quo fit confeſſio.* Deus bone! nonne hæc omnem confuſionem deterrebant? cùr ergò volet Epiſcopus pulve-

rem

rem in oculos injicere, & excæcare, ne videant fideles tantam claritudinem? Si igitur neceſſaria fuit ſpecialis licentia Summi Pontificis ad eam additionem, cur non eâ addicâ à Pontifice, neque à Sacr. Congreg. poterimus nos eam adjicere mentaliter?

MOTIVUM DECIMUM-QUINTUM.

Ex incompetentia judicij.

SUMMARIUM.

1 *Sacra Congregatio Cardinaliũ ſuper negotijs Epiſcoporum, & Regularium non habet juriſdictionem ſuper Cruciata.*
2 *Commiſſarius nequit conveniri coram alio præter Pontificem.*
3 *Dubia privilegiorum Regalium ſpectant ad Conſiſtorium Papæ.*
4 *Sententia prolata in Curia ſine ſpeciali commiſſione Pontificis de cauſa Luſitana citra concordiam partium, eſt nulla defectu juriſdictionis.*

Patet aditus oppoſitioni, etiam poſt tres conformes. Ibid.

1 DEcimum-quintum motivum conſultationem inducens fuit incompetentia judicij Sacr. Congregat. Epiſcoporum, & Regularium negotijs præpoſitæ, ut circa Cruciatam jus dicat. Quamobrèm eam lædere non eſt viſa. *Primò*, quia Sacr. Congreg. Cardinalium non habet poteſtatem declarandi dubia Cruciatæ, ut notavimus *q. 5. in reſponſ. ad cenſ.* & dictum fuit in judic. P. Jacobi Tinoci *Expl. 1. num.* 40. *pag.* 452. *c.* 2. & expreſsè tradunt Eſcobar *in Theolog. mor. tom.* 1. *lib.* 7. *ſect.* 1. *cap.* 24. *n.* 384. & Lart *in comp. trium grat. lib.* 1. *de Sancta Cruciata, tit. de facult. Commiſſ. pag.* 36. *col.* 2. & Trulench. *de Bull. lib.* 2. §. 5. *dub.* 3. *num.* 8. Mendo *de Bull. diſp.* 1. *cap.* 6. *num.* 43. & conſtat ex pluribus Bullis Pontificijs in Archivo Cruciatæ aſſervatis, quæ notantur *q.* 5. *à n.* 89. *p.* 168. ergò tantum Tribunal non debebat, ſe ingerere in ea, ad quę juriſdictionem non habebat.

2 Secundò, quia de hac re facta eſt ſæpè à Commiſſarijs declaratio, Commiſſarius autem nequit conveniri coram alio præter Pontificem pro negotijs Cruciatæ, ut notat Nogueir. *de Bull. diſp.* 23. *ſect.* 20. *num.* 199. & conſtat ex ipſa erectione Sacr. Congreg. apud Cherubin. *tom.* 3. *pag.* 620. quæ de ſolis Ordinarijs loquitur, & advertit Cardin. de Luca *tom.* 15. *in relat. Cur. Rom. diſcurſ.* 16. *num.* 7. quo ergo colore trahenda eſt ea declaratio ad Cruciatam?

3 Tertiò, & præcipuè, quia hæc

hæc Sacra Congreg. non decidit dubia concernentia Regum privilegia, quæ ſolùm ſpectant ad Conſiſtorium Pontificis, ut refert idem Cardin. de Luca *diſc. 5. num. 23.* ibi: *In eodem Conſiſtorio Papa cum Cardinalibus agit de gravioribus Sedis Apoſtolicæ, & Eccleſiæ univerſalis; vel Principum ſpiritualibus, ac temporalibus negotijs, &c.*

4 Undè cùm non præceſſerit verbum factum cum Sanctiſſimo, neque Pontificis ſpecialis commiſſio, fruſtra trahitur ea declaratio ad privilegia Cruciatæ, ne dicatur ſententia à Supremo Prætorio prolata, nulla ex defectu juriſdictionis, quo caſu patet aditus oppoſitionibus, etſi partes juraſſent non agere de nullitate ſententiæ, ex Vant. *de nullit. proc. tit. quis poſſit dicere de null. n.* 37. Azev. *in L. 2. tit.* 17. *lib. 4. recop. num.* 27. Rodr. *de ordin. proc. cap. 1. num.* 52. Fermoſin. *de foro compet. ad rubr. quæſt.* 4. *num.* 6. & alij communitèr; etiam poſt trium ſententiarum conformium prolationem.

MOTIVUM DECIMUM-SEXTUM.

Ex eo quòd ea declaratio non apparet authentica.

SUMMARIUM.

1 *Deficiēte forma præfinita, actus redditur nullus.*
2 *Aſſignatur forma authentica declarationum Cardinalium.*
3 *Item ipſius Pontificis per ſpecialem Conſtitutionem.*
4 *Fides, quæ debētur trāſumptis, indicatur.*
5 *Apponitur ſtylus Curiæ circa declarationes Cardinalium.*
Proteſtatio Fagnani circa declarationes Cardinalium. Ibid.
6 *Interpretatio non debet tollere jus tertio quæſitum.*

1 ULtimum motivum conſultationis deducitur ex defectu authoritatis hujuſce declarationis; nam quæ ab Epiſcopo Regi oblata fuit, eſt tranſumptum cujuſdam Notarij contra formam ab Urban. VIII. præfinitam, qua deficiente actus, in quo ipſa ſervari debebat, eſt omninò nullus, ex *L. Mævius, L. qui hæredi, ff. de condit. & demonſtr.* Valenzuel. *conſ.* 112. *num.* 58. *& cōſ.* 187. *num.* 74. *& conſ.* 177. *n.* 12. & nos plenè diximus *in Enucl. Ord. Milit. enucl.* 1. *num.* 29. *p.* 17. *col.* 1.

2 Forma igitùr authentica, qua credi debet declarationibus S. R. E. Cardinalium, refertur ab Aug. Barb. *in deciſ. Apoſt. v. Congregatio* 2. *&* 4. nempè ſolito ſigillo, & ſubſcriptione Eminentiſſimi Cardin. Præfecti, ac

Se-

Secretarij ejuſdem Congreg. ultra quod Boſſius *de Iubil. ſect.* 3. *caſ.* 2. *num.* 225. *& in Epit.* §. 7. *num.* 2. Fermoſin. *de leg. Eccleſ. ad rubr. de conſtit. quæſt.* 12. *n.* 27. Dicaſtill. *de Sacram. tom.* 2. *tr.* 8. *diſp.* 10. *dubit.* 9. *num.* 256. Villaroel *p.* 1. *quæſt.* 2. *art.* 3. *num.* 48. Anton. à Spir. Sanct. *in direct. Cõfeſſar. tom.* 1. *tract.* 5. *diſp.* 13. *ſect.* 6. *num.* 868. Engel. *in coll. jur. Can. in proœm. n.* 15. requirunt, quòd Papa det Breve, quo jubeat illas ſervari, vel ſaltèm, quòd Auditor Cameræ det monitorium in earum executionem, ſeu ſub cẽſura mandet ſervari.

3 Nec mirùm cùm ad fidem conſtitutionibus, & declarationibus ab ipſo Pontifice editis, requirat idem Urb. apud Cherubin. *conſt.* 143. *pag.* 207. *tom.* 4. quòd oſtendantur originalia, vel ſaltem, quòd ſint recognita tranſumpta à Datario, Secretario Brevium, & Præfectis Archivorum, ac Magiſtris Regiſtrorum, aliisque ejuſdem Sedis Apoſtolicæ Officialibus reſpectivè, & per eoſdem Officiales cum earum originalibus auſcultata, collata, & concordare inventa, addita inſuper citatione partium, ut videre eſt ex tenore ipſius Bullæ, quam ſubdimus.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

IN ſupremo Juſtitiæ ſolio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine à Domino conſtituti, inter cæteras paſtoralis officij noſtri curas, in eadem boni patris-familias exemplo libenter incumbimus, ut non modò unicuique quod ſuum eſt, æqua lance tribuatur, verùm etiam Cameræ Apoſtolicæ, Eccleſiarumque omnium, & perſonarum eis in divinis inſervientium jura ſarta tectaque opportunis rationibus præſerventur, nec literarum ab hac Sancta Sede æmanatarum, ob ſiniſtram, & malitioſam quorundam interpretationem, ſivè enũtiationem, effectus eludantur.

§. 1. Cùm itaque, ſicùt accepimus, ocularique inſpectione cognovimus, nonnulli Scriptores, Gloſſatores, Expoſitores, Interpretes, & Commentatores tam hiſtoriarum, etiam antiquarum, repetitionum, tractatuum, & allegationum, ſeu conſiliorum, gloſſarum, & annotationum, collectanearum, ſeu quæſtionum, vel ut vocant, deciſionum, ac reſolutionum, diſceptationum, expoſitionum, *declarationum*, controverſiarum, & aliarum quovis nomine nuncupatarum ſcri-

ſcripturarum, etiam typis impreſſarum, ac compoſitionum, & librorum etiam impreſſorum, etiam ſuper interpretatione Sacrę Scripturæ, Sacrorum Canonum, & Conciliorum, ac Legum etiam Imperialium, & Pragmaticarum, ſivè Decretorum, & Statutorum etiam Regnorum, & Provinciarum, quàm quarumcunque aliarum materiarum, etiam pactionum, etiam mutuarum, concordatorum, compactorum, capitulationum, articulorum, ſeu conditionum etiam pacis, ſeu fœderis etiam generalis, ſeu treguæ, ac quorumcunque contractuum, conventionum, donationum, dationum, emphyteuticationum, infeudationum, inveſtiturarum etiam de Terris, Caſtris, Civitatibus, Regnis, ſeu Provincijs, ac facultatum, licentiarū, indultorum, *privilegiorum*, *gratiarum*, commiſſionum, delegationum, conſtitutionum, ſanctionum, & diſpoſitionum quarumcunque, ac cujuſque generis, & ſpeciei etiam ſpeciali nota, ſeu expreſſione dignarum, quaſcunque artes liberales, & alias quaſcunque materias tam profanas, quàm Eccleſiaſticas, ſpirituales tractantium, ſeu continentium, & quæ quomodolibet præeminentias, dignitates, juriſdictiones, ſuperioritates, confinia ditionum, reſque, & jura etiam Sedis Apoſtolicæ, & quorumcunque Principum cujuſcunque qualitatis, conditionis, ſtatus, dignitatis etiam Eccleſiaſticæ, & cujuslibet alterius prærogativæ, & præeminentiæ, etiam ſpeciali nota dignorum; ac etiam quarumcunque Rerum publicarum, Univerſitatum, Civitatum, Communitatum, Nationum, & quorumcunque aliorum alijs præſidentium, etiam Eccleſiarum, & Eccleſiaſticorum, etiam cujuslibet Ordinis, & militiæ Regularium concernunt, & aliàs quomodolibet intereſſe S. R. E. & Sedis prædictæ, ac Eccleſiarum, & Eccleſiaſticorum tangunt, auſi fuerint, & audeant aſſerere, & affirmare, ſeu enuntiare à Nobis, Romaniſque Pontificibus prædeceſſoribus noſtris emanaſſe diverſas conceſſiones, gratias, indulta, privilegia, aliaſque diverſas diſpoſitiones, cùm tales, & talia non emanaverint, vel ſaltèm aliter, quàm ipſi ſivè malitiosè, ſivè erroneè ſuis commentis, ſivè compoſitionibus tam calamo exaratis, quàm typis impreſſis hactenùs etiam antiquitùs dixerint, & publicaverint, dicantque, & publicent, etiam ratione monumentorum, ac aliorum quomodolibet in publico expoſitorum; immò, quod peius eſt, etiam non erubuerint, nec erubeſcant in ſuis ſcriptis, ac tractatibus etiam impreſſis ponere aſſertos tenores prætenſarum literarum Apoſtolicarum, tam ſub plumbo, quàm ſub annulo Piſcatoris, ut dicunt, ab hac S. Sede expeditarum; & illos vel falſos, vel valde diminutos, ac truncos inferere, omittendo reſtrictiones, ſeu limitationes

tem-

temporum, & alias ſubſtantiales, ac diverſa, & plura alterata inſerendo, ponendo, referendo, ſeu enuntiando, & ita fingendo conceſſiones, quæ factæ non fuerunt, vel conceſſionem eſſe perpetuam, & unius tenoris, cùm fuerint ad certum etiam modicum tempus, ſeu etiam alterius tenoris, ac aliter multis modis unum pro alio aſſerere, affirmare, vel enuntiare voluerint, & velint, ſuaſque aſſertiones, & ſcripta ediderint, & impreſſerint, edantque, & imprimant, publicentque in præjudicium *Eccleſiarum, & locorum piorum* Cameræque, & Sedis Apoſtolicæ.

§. 2. Quapropter Nos his fraudibus, & malitijs, ac etiam erroribus, & præjudicijs, quæ etiam defectu imprimentium multoties occurrunt, quantum nobis ex alto conceditur, obviare volentes, ipſarumque hiſtoriarum, tractatuum, repetitionum, allegationum, compoſitionum, interpretationum, & aſſertionum, ac inſertionum, & enuntiativarum quarumcunque, aliorumque prefatorum cujuſcumque generis, & ſpeciei ſint, ac ſuper qualibet re, & ex quacumque occaſione, vel cauſa, & à quibuſcunque perſonis factæ fuerint, etiam ſi ſpeciali mentione, & expreſſione, immò etiam de verbo ad verbum inſertione, vel relatione indigerent, tenores etiam maiores, & veriores pro inſertis, & expreſſis habentes, motu proprio, certaque ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, hac noſtra perpetuò valitura Conſtitutione declaramus, & decernimus, omnes, & ſingulas præfatas aſſertiones, narrativas, inſertiones, relationes, expoſitiones, *declarationes*, & enuntiativas, ac quaſcunque expreſſiones quarumcunque *gratiarum*, conceſſionum, indultorum, *privilegiorum*, ac diſpoſitionum Apoſtolicarum, & quorumcunque aliorum, ut præmittitur, ac aliàs quomodolibet à præfatis, & alijs quibuſcunque Scriptoribus, & Authoribus etiam quo ad alia receptis forſan, & approbatis, etiam antiquis, antiquioribus, & antiquiſſimis factas, ſcriptiſque exaratas, & typis impreſſas, *nullam fidem, nec indicium, aut probationis ſpeciem, ſeu adminiculum feciſſe, nec facere in judicio, nec extra judicium, in damnum, læſionem, ſeu præjudicium Sedis Apoſtolicæ, Eccleſiarum, & locorum piorum*, eaque obtinentium, ejuſque, & eorum jurium quorumcunque ac dignitatum, & juriſdictionum, etiam in favorem cujuſcunque alterius Eccleſiæ, loci pij, & Eccleſiaſticæ perſonæ, niſi ſi, & poſtquam conſtiterit, de originalibus literarum Apoſtolicarum, *etiam in forma Brevis*, chyrographorum, ſupplicationum, vel motuum propriorum, ſeu in defectum originalium, niſi priùs ipſæ gratiæ, indulta, conceſſiones, privilegia, & quæcumque aliæ diſpoſitiones,

Digitized by Google

nes, quæ ut præfertur, per Nos, ac Romanos Pontifices aſſeruntur factæ, fuerint recognitæ, ſeu extractæ à *Datario*, *Secretario Breviũ*, *& Præfectis Archiviorum, ac Magiſtris Regiſtrorum, aliiſque ejuſdem Sedis Apoſtolicæ Officialibus* reſpectivè, & per eoſdem Officiales cum earum originalibus auſcultatæ, collatæ, concordare inventæ, ſeu reſpectivè recognitæ, ita ut quibuſcunque Scriptorum, aliorumque Præfatorum aſſertionibus, narrativis, inſertionibus, relationibus, enuntiativis, & expreſſionibus geſtorum, conceſſorum, & diſpoſitorum, ut dicunt, per Nos, ſeu Romanos Pontifices prædeceſſores, & ſucceſſores noſtros, *nulla fides unquam adhibeatur, nec adhiberi poſſit*, niſi conſtito priùs de narrato, relato, inſerto, aſſerto, & enuntiato authentico, videlicèt per *originale exhibendum, vel per ſumptũ, ut præfertur, extrahendum, & reſpectivè recognoſcendum.*

§. 3. Et quoad ea, in quibus agitur quomodolibet de aliquo intereſſe, vel præjudicio Cameræ, & Sedis Apoſtolicæ, niſi ultra præfata etiam concurrat, quòd prædicta extractio, collatio, & auſcultatio, ac reſpectivè recognitio factæ fuerint, citato, & audito Cameræ Apoſtolicæ Commiſſario pro tempore exiſtente, & niſi officiales hujuſmodi in eorum, & earum extractione, & ſubſcriptione atteſtentur de *citatione*, auſcultatione, collatione, & concordia, ac reſpectivè recognitione prædictis. *Et idem ſtatuimus, & decernimus eſſe obſervandum reſpectu gratiarum, conceſſionum, indultorum, privilegiorum, ac quarumcunque aliarum diſpoſitionum, quæ in poſterum à Nobis, ſeu à Romanis Pontificibus ſucceſſoribus noſtris Canonicè intrantibus emanaſſe aſſererentur*, ut illarum aſſertiones, inſertiones, & enuntiativæ, aliaque præmiſſa, & quodlibet eorum à quibuſcunque Scriptoribus, & Authoribus, ut præfertur, pro tempore faciendæ, & facienda, nullam fidem, judicium, vel probationem faciant in præjudicium Sedis Apoſtolicæ, & *aliorum Præfatorum.* in judicio, & extra judicium, niſi ſi, & poſtquam auſcultatio, & *reſpectivè citatio, aliaque præmiſſa omnia, & ſingula pariter intervenerint.*

§. 4. Præſentes quoque literas, omniaque, & ſingula in eis contẽta etiam ex eo, quòd quicunque in præmiſſis intereſſe habentes, ſeu habere quomodolibet prætendentes, ad ea vocati, & auditi, & cauſæ, propter quas eædem præſentes emanarint, adductæ, verificatæ, ſeu aliàs ſufficienter, aut etiam nullatenùs juſtificatæ fuerint, nullo unquam tempore de ſubreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, aut alio quovis defectu etiam quantumvis magno, inexcogitato, & ſubſtantiali, ſivè etiam ex eo quòd in præmiſſis, ſeu eorum aliquo ſolemnitates, & quævis alia ſervanda, & adim-

pleta

pleta non fuerint, aut ex quovis alio capite à jure, vel facto, aut ſtatuto, vel conſuetudine aliqua reſultante, ſeu etiam prætextu enormis, enormiſſimæ, & totalis læſionis, aut alia quacumque cauſa etiam in corpore juris clauſa, etiam quantumvis rationabili, & privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmiſſorum neceſſariò exprimenda foret, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controverſiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adverſus illas reſtitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, aut aliud quodcumque juris facti, gratiæ, vel juſtitiæ remedium impetrari, ſeu quomodolibet concedi, aut impetrato, vel conceſſo quempiam uti, ſeu ſe juvare, in judicio, vel extra poſſe, neque ſub quibusvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, aut alijs contrarijs diſpoſitionibus pro tempore quomodolibet faciendis comprehendi; ſed ſemper ab illis exceptas, perpetuòque validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac per omnes, & ſingulos, ad quos ſpectat, & quomodolibet ſpectabit in futurum, inviolabiliter obſervari.

§. 5. Sicque, & non aliter, præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, & *S. R. E. Cardinales*, etiam de latere Legatos, & Nuntios, ac alios quavis authoritate, & poteſtate fungentes, in quavis cauſa, & inſtantia, *ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate*, & authoritate, interpretari, judicari, & definiri debêre, irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his, à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenus opus foret, noſtra de non tollendo jure quæſito, ac quibusvis alijs noſtris, & Cancellariæ Apoſtolicæ regulis, privilegijs quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, quibusvis perſonis quibuſcunque tenoribus, & formis, ac quibusvis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & alijs decretis in genere, vel in ſpecie, etiam motu, ſcientia, deliberatione, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, etiam conſiſtorialiter, ac alias in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiãſi pro illorum ſufficiente derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis

alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum omnium,& ſingulorum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad prædictum effectum ſpecialiter, & expreſsè derogamus, ac derogatum eſſe volumus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque.

§. 7. Ut autem præſentes, & in eis contenta quæcunque ad omnium notitiam deducantur, & ne aliquis de eis ignorantiam prætendere poſſit, volumus pariter, & mandamus, quòd eædem præſentes per aliquem, ſeu aliquos ex curſoribus noſtris ad Eccleſiæ Lateranenſis, ac Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe valuas, ac in acie campi Florę affigantur, & publicētur: quæ ſic publicatæ, & affixæ omnes, & ſingulos,quos concernunt, perinde afficiant, & arctent, ac ſi unicuique illorum perſonaliter intimatæ, & notificatæ fuiſſent.

§. 8. Quòdque illarum tranſumptis impreſſis, *ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis*, & manu alicujus Notarij publici ſubſcriptis, eadem prorsus ubique fides adhibeatur, quæ præſentibus ipſis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem,ſub annulo Piſcatoris, die 1. Junij 1635. Pont. noſtri anno 12.

4 Quam etiam refert Boſco *de Sacr. tom. 4. diſp. 8. ſect. 3. n. 68.* & nota quòd cùm aliàs Pontifex velit tranſumptis fidem adhiberi, requirit ſubſcriptionē Notarij,& ſigillum perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ, hîc autem vult Notarius,quòd ſoli ſuæ ſubſcriptioni fides adhibeatur, ibi:

ET ego Notarius Apoſtolicus infrà ſcriptus hoc præſens publicum tranſumpti inſtrumentum, quod cum ſuo originali, cui me refero, reviſum concordat, fideliter confeci, ſignoque, & ſubſcriptione meis ſolitis ſignavi, & roboravi, ut *præſenti ſtetur, perindè, ac ſi literæ originales exhibitæ forent*, vel oſtenſæ; tradidique prædictū originale inſimùl cum præſenti R. admod. D. Presbytero Emmanuele Ferreyra Varella,qui mecum hîc etiam ſubſcripſit. Quod omne quidem feci rogatus, & requiſitus. Actum Ulyſſipone hac die nona menſis Junij anno Domini M.DC.XC.VIII.

Emmanuel Ferreyra Varella. *Emmanuel Ferreyra da Coſta, Not. Ap.*

5 Cùm expediri declarationes per Breve Pontificis, vel monitoriū Auditoris Cameræ Apoſtolicæ teſtetur eſſe ſtylum Curiæ Valer. *in differ. utriuſque fori v. abſolutio diff.* 1. & Fagn. *tom.* 1.

in

in cap. quoniam de conſt. num. 41. cùm per multos annos exercuiſſet munus Congregationis Trident. Secretarij ; qui atteſtans, ſeu aſſeverans omnes declarationes à ſe in ſuo opere adductas eſſe veridicas, ut teſtis ocularis coram eadem Sacr. Congreg. attamèn in veſtibulo *tom* .1. hanc apponit proteſtationem.

QUæ in his commentarijs Reſponſa S. Congregationis Eminentiſſimorum Patrum, Concilij Tridentini Interpretum, ſparſim, pro re nata referuntur, quanquam ferè omnia exſcripta fideliter, dum eidem Sacr. Congreg. eſſem à ſecretis ; ea tamen minimè habenda pro authenticis, ſcire debes, quando Eminentiſſimi Cardinalis Præfecti, & Secretarij ſubſcriptione, ſignoque carent. Neque aliud mihi conſilium, aut voluntas alia, immò ſi quid fortaſsè vel Amanuenſis incuria, vel imperitia Typographi, vel imbecibillitate humanæ mentis exciderit, nota, & animadverſione dignum, id totum ejuſdem Sacræ Congregationis authoritati, judicio, cenſuræ ultrò ſubjicimus.

6 Quod potiori jure procedit, cùm per hujuſmodi prætenſam interpretationem tollatur jus quæſitum, tum Regularibus, tum fidelibus, Regi, ejuſque Regno, fideique exaltationi, quo caſu excedit vires declarationis, ut doctiſſimè ſcribunt Caſtrenſis *in L. hæredes palam, §. ſi quid poſt col.* 2. *ff. de teſtam. & conſ.* 22. *lib.* 1. Decius *in L. in ambiguis ff. de reg. jur.* Anchar. *conſ.* 398. Cravera *de antiq. temp. p.* 1. *quæſt.* 2. *n.* 28. *fol.* 15. Burgos de Paz *conſ.* 25. *n.* 60. Ponte *conſ.* 1. *num.* 50. *&* 52. Simon de Prætis *de interpr. ult. vol. lib.* 1. *interpr.* 1. *dubit.* 5. *fol.* 11. *num.* 8. *fol.* 76. Menoch. *conſ.* 317. *num.* 12. *& conſ.* 331. *n.* 100. *lib.* 4. Carol. de Tapia *ad L. fin. ff. de conſtit. Princip.* 2. *p. c. fin. n.* 18. *&* 29. Engel. *tract. de privil. Mon. pr.* 46. *tit. de unione n.* 8. Minſ. *cēt.* 4. *c.* 8. *n.* 4. Raiget *in theſ. jur. v. Princeps num.* 109. Caſtillo Sotom. *tom.* 3. *cap.* 10. *n.* 29. quod Epiſcopus attentiùs debebat advertere, & zelum ſuum prudentiâ cohibêre, timens ſui procuratoris in Curia exceſſum, quem etiam Ordinationes Regiæ ſuprà laudatæ judicant animadverſione dignum, & exauctorandum pronuntiant: ſimiles enim, quãdo arrident, potiùs irridêre videntur.

APPROBATIONES ACADEMIÆ Conimbricenſis.

DEclarationem ſuprapoſitam Sacr. Congr. non obſtare privilegijs Bullæ Cruciatæ cenſeo ex motivis ampla eruditione diſcuſſis, firmoque rationum pondere roboratis, iſtique reſolutioni adhæreo. Conimbr. in Colleg. Carmel. 18. Jul. 1698.

Fr. Ioſephus de Carvalho, in Academia Theologia Primarius.

SUbſcribo, & adhæreo reſolutioni aſſerenti declarationem ſuprapoſitam non obſtare Bullæ Cruciatæ privilegijs propter ejus fundamēta, & rationum pondera validiſſima. In Carmeli Collegio 18. Julij 1698.

Fr. Franciſcus Ribeiro, in Academia Scoti Cathedræ Profeſſor.

IDem cenſeo.

Doctor Fr. Franciſcus à S. Tereſia Carmelitanus.

EOdem ſubſcribo judicio.

M. F. Emmanuel à Spiritu Sancto, ejuſdem Ordinis.

IDem cenſeo.

Doctor Fr. Emmanuel de Carvalho, Carmelitanus.

SUbſcribo Sapientiſſimis Magiſtris. Collegio Ordinis Jeſu Chriſti 19. Julij 1698.

Fr. Martinus Pereira, Veſperarius, & Domn. Prior Ordin. Chriſti.

EIdem adhæreo reſolutioni. In Collegio Ordinis Jeſu Chriſti 19. Julij 1698. *Doctor Fr. Angelus de Britto.*

AProxima Magiſtrorum reſolutione non diſto. In Collegio Evangeliſtæ 20. Julij 1698. *Doctor Ioannes à Sacramento.*

IDem cum ſuprapoſitis Doctiſſimis Magiſtris cenſeo. In Collegio Diſcipuli dilecti 21. Julij 1698.

Doctor Gaſpar ab Angelis.

Aſſi-

Digitized by Google

A Stipulor reſolutionibus ſupraponſitis. In Collegio Evangeliſtico 22. Julij 1698. *Doctor Emmanuel à Diva Iacobo.*

OB rationes Doctiſſimi viri, mira eruditione expoſitas, eadem cum Sapientiſſimis DD. mea mens, idem judicium. Conimbricæ in Collegio Evangeliſtæ die 22. Julij anno 1698.
Doctor Antonius à Conceptione.

IDem judico. In Collegio S. Benedicti, die 23. Julij 1698.
Doctor Fr. Andreas à Chriſto, Domn. Abbas ejuſdem Collegij.

EOdem ſubſcribo judicio.
Doctor Fr. Lupus de Atayde, ejuſdem Ordinis.

IDem cenſeo.
Magiſter Fr. Gabriel à D. Franciſco, in eodem Colleg. D. Bened.

IDem judico ptopter fundamenta ſuma eruditione, & pleno calamo allata. In Regali Monaſterio Sanctæ Crucis, die 23. Julij 1689. *Doctor D. Petrus à Gloria.*

ADhuc poſt declarationē Eminentiſſimorum Cardinalium exiſtimo probabile poſſe Regularem eligi per Bullam, dummodò fuerit ſemèl approbatus. In Collegio D.P. Auguſtini 24. Iulij 1698.
Doctor D. Theodorus ab exilio.

EAndem cum Doctiſſimo viro, Sapientiſſimiſque Doctoribus, ac Magiſtris amplector reſolutionem pererudite ſanè exornatam, fundamentorumque pondere firmitèr ſtabilitam. In Collegio Sapientiæ 24. Iulij 1698. *Doctor Domn. Ioſephus à Ieſu Maria.*

Idem cenſeo.
Doctor Fr. Iacintus de Sampayo, Domnus Abbas, & Rector Collegij Divi Parentis Bernardi 25. Iulij 1698.

Idem judico. In Collegio D. Bernardi 25. Iulij 1698.
Doctor Fr. Antonius das Santos.

SUprapoſitæ reſolutioni firmitèr adhæreo, propter validiſſimas rationes, quibus eruditè fulcitur. In Collegio Meliflui Doctoris 25. Iulij 1698. *Doctor Fr. Ioannes de Mello.*

EIdem reſolutioni libentiſſimè ſubſcribo in eodem Collegio D.P. Bernardi. *Doctor Fr. Ioſephus de Carvalho.*

IDem judico. In Collegio D. Bernardi 25. Iulij 1698.
Doctor Fr. Antonius de Portez.

EIdem ſententiæ calculum addo. In Collegio Deiparæ de Gratiâ, die Iulij 26. anno 1698.
Doctor Fr. Theodoſius à Canha Auguſtinianus.

FIrmitèr, & abſque ulla mentis hæſitatione adhæreo reſolutioni aſſerenti poſſe Regulares ſemèl approbatos in quacunque Diœceſi eligi virtute Bullæ Cruciatæ ad audiendas confeſſiones, non obſtante novæ declaratione Em. & RR.R.Ecl. Cardinal. propter fundamenta ſupra ſatis accuratè congeſta : tum quia talis declaratio non eſt authoritativa, cùm illi deſint requiſita ad id neceſſaria, de quibus agit Palao *tom.* 1. *tract.* 3. *diſp.* 5. *punct.* 3. §. 1. *n.* 6. unde tantùmodò eſt declaratio doctrinalis, quæ licèt aliàs legitimè obtenta, magni ponderis foret, nullatenùs jus inducere poterat, ut ſecundùm illam præcisè ſtandum eſſet ex doctrina Gloſiæ marginalis *in fine* §. *Deciſiones Rotæ in proœmio Extravagant.* Ioannes Sanch. *in ſelectis diſp.* 48. *n.* 1. Vaſq. 1. 2. *diſp.* 177. Thomas Sanches *de matrim. diſp.* 2. *n.* 10. *lib.* 8. Themud. *tom.* 3. *q.* 1. *n.* 20. Tum etiam quia hoc ipſum videtur intendere ipſamet Em. Cardinal. declaratio ; non enim concedit Epiſcopis facultatem, ut poſſint adverſus Regulares procedere ad ſuſpenſionem, cenſuras, & alias canonicas pœnas, uti volebat, & ut expoſtulaverat Epiſcopus Leirienſis. In Collegio Conimbricenſi Sancti Hieronymi Eccleſiæ Doctoris maximi, die 28. Iulij 1698.
Doctor Fr. Chriſtophorus à Sancta Maria, in alma Academia Sacr. Scripturæ Veſperarius Profeſſor.

IDem judico, neque novam Sacr. Congr. declarationem aliquid contra ſuprapoſitam reſolutionem facere ; nullum namque jus inducit ex dictis : ulteriùs refertur ad Decretum Clem. X. quod non viget contra privilegium Bullæ Cruciatæ, cujus virtute Regulares ſemèl

Digitized by Google

semel approbati eligi possunt ; quod privilegium, cum sit onerosum, non ita facilè revocari poterat, ut tenèt Henriq. *lib. 7. de indulg. cap. 21. n. 7.* Bonac. *disp. 1. quæst. 3. punct. 8. §. 3. n. 13.* Salas *disp. 20. de legib. sect. 18. circa finem* ; & optimè constat ex quadam Bulla Clem. VIII. edita anno 1625. & ex alia Urbani VIII. prout refert, & explicat Thomas Sanches *de matrim. lib. 8. disp. 33. n. 10.*

Deinde prædicta declaratio Em. Card. casu quo canonicè, & secundum juris regulas fuisset obtenta, adhuc vim obligandi non habebat, nisi priùs in hoc Regno acceptaretur, ex *glos. in cap. 1. verbo frangere de treuga, & pace*, & ex text. *in cap. in istis dist. 4.* & quòd non sit accepta, nec acceptari debeat, constat ex dictis, & eleganter adductis à Sapientissimo Consulente. In Regali Collegio Doctoris Maximi die 28. Julij 1698.

Doctor Fr. Ioannes do Valle.

IIsdem subscribo. In eodem Collegio 28. Iulij 1698.

Magister Fr. Franciscus Xaverius.

ADhæreo libenter fundamentis eleganter discussis, & ponderatis in hac resolutione, & appendice, ex isque judico declarationem Sacræ Congregationis non obstare privilegijs Cruciatæ. Conimbricæ, in Collegio Divi Petri die 29. Iulij 1698.

Doctor Rochus Ribeyro de Abreu, Clementinarum Professor, & S. Officij Deputatus.

Censura Magistrorum Ulyssiponensis Civitatis.

NOn obstante declaratione Sacr. Congreg. Emin. Cardinalium equidem firmiter existimo validiorem opinionem tantis fulcitam fundamentis ; calamoque eleganti scriptam, & veritatem tuba scientię divulgante, silentio ponit tot veritatibus subscriptus in disputatione præsenti, tot consilijs Doctorum illustratus, & ad radios tantæ lucis oculos altercationis claudat, quia,

Verum est

EPIGRAMMA.

Si isthoc Robur scribit, Laurus disputat ista,
Ad meritum semper pervolet ipse suum.

Ulyssipone die 2. August. 1698.

D. Gaspar ab Incarnatione, Prior in Regali Monasterio S. Vincentij, & Qualificator S. Offic.

Su-

Digitized by Google

SUprajactis Doctorum ſuffragijs meum etiam addo calculũ. Ulyſſipone, in hoc Regali *S.* Vincentij Cœnobio die 2. Auguſt. ann. 1698. *Doctor Domn. Emmanuel à S. Tereſia.*

OB rationes tam perlucidè comprobantes, ob motiva tam præclarè elucidata, mirabilique ingenio, & eruditione expoſita circa ſuprapoſitæ quæſtionis approbationem, Doctorum reſolutioni quàmfirmiter adhæreo. Ulyſſipone in Regali Sancti Vincentij Cœnobio, die 2. Auguſt. ann. 1698

Doctor Domn. Alexander à S. Ioſepho

INdubitatum quidem cenſeo, præfatam declarationẽ non obſtare privilegijs Bullæ Cruciatæ ex motivorum validitate, rationumque inconcuſſo robore, quibus ſubſcribens propoſitæ reſolutioni adhæreo. In Carmelo Lisbonenſi die 2. Auguſti 1698.

M. Fr. Franciſcus à Nativitate. *M. Fr. Ioannes dos Anjos.*
M. Fr. Antonius à S. Elia. *M. Fr. Simon ab Aſſumptione.*

SUbſcribo cum Illuſtriſſimo Domino, DD. ac Magiſtris, non obſtante declaratione ſuprapoſita, quæ nihil minuit de privilegio Bullæ. Ulyſſipone, in Conventu Bonæ horæ 2. Auguſti de 1698.

Fr. Nicolaus à Tolentino, Primarius Theologiæ Lector.

PErlecta accuratè hac eruditiſſima ſingularium Motivorum Appendice, non tam ejus Authori Illuſtriſſimo, quàm tot, tantisq; viris Academicis, laurea Doctorali ob literaturæ præſtantiam inſignitis, ac Religionis honore decoratis, injurius planè fierem, niſi meum eorum calculis addidiſſem: itaque cum omnibus & miror, & laudo perſpicuam Motivorum eruditionem; ex qua probabile duco Eminentiſſimorum Cardinalium declarationem, qua de agitur, minimè officere uſui Cruciatæ; ac eâdem probabilitate poſſe fideles virtute illius quemcunque Confeſſarium Regularem alicubi ſemèl approbatum eligere. Ita cenſeo, ſalvo meliori judicio. Ulyſſipone, in Collegio D. Patritij 3. *Auguſti* 1698.

Sub cenſura *P. Doctor Ludovicus Fragoſo.*

Atten-

Digitized by Google

ATtentiſſimè legimus propoſitam reſponſionem Illuſtriſſimi Cõmiſſarij Cruciatæ decreto Emin. & RR. S.R.E. Cardinalium, & eam non ſolùm judicamus attentiſſimam, & doctiſſimam, ſed etiam apparentem vim talis decreti totaliter enervantem; inſuper conſideramus, & apponimus præſens decretum minimè obſtare privilegio Cruciatæ. In Conventu Sancti Dominici Ulyſſiponenſis, die 3. Auguſti 1698

Fr. Emmanuel Leyaõ Magiſter, Conſultor Sancti Officij, & Prior Sancti Dominici Ulyſſiponenſis.
Fr. Antonius Pacheco Magiſter, Conſultor S. Officij, & Regens.
Fr. Emmanuel Guilherme Lector, & Examinator Trium Ordinum.
Fr. Auguſtinus à S. Thoma Magiſter, & Conſultor S. Officij.
Fr. Emmanuel à S. Auguſtino Magiſter, & Conſultor S. Officij.
Fr. Antonius à Spiritu Sancto Magiſter.
Fr. Ioſephus à Sancto Paulo, Præſentatus.

Approbatio R.P.D. Didaci Iuſtiniani ab Annuntiatione in Sacrâ Theologia Magiſtri, & in Academia Conimbricenſi Doctorali laureâ inſigniti, Ordin. Canon. S. Ioan. Evang. Archiepiſcopi Cranganorenſis, Regiſque Conſiliarij.

ATtentè legi ſuprapoſitas rationes circa declarationem Sacr. Congregationis Epiſcoporum, & Regularium, quæ nullo modo adaptatur præſenti diſputationi, videlicet an Confeſſarius electus virtute Cruciatæ, debeat approbari dumtaxat à quocunque Epiſcopo? Nam ipſa declaratio, ut per ſe patet, tantùm reſpicit Conſtitutionem ſeptimam ſanctæ memoriæ Clem. X. in Bulla *Superna*, non verò Cruciatam. Quare relictis varijs exceptionibus diffuſo, & prudentiſſimo calamo ponderatis, circa robur, ſeu firmitatem ſupradictę declarationis; exiſtimo, ipſa adhuc firmitèr remanente Chriſti fideles poſſe ſibi eligere Confeſſarios à quocunque Epiſcopo approbatos dumtaxat. Cruciata enim non opponitur diſpoſitioni Clementis X. neque circa illam aliquod jus de novo induxit, nullum quippe privilegium concedit pœnitentibus, ut poſſint eligere Confeſſarios, qui pertendunt approbari ex vi ſuorum privilegiorum tantùm, ſed eligere aliquem jam approbatum à

Digitized by Google

quocunque Epiſcopo : nec etiam Confeſſarijs concedit facultatem audiendi confeſſiones, niſi eligantur juxta tenorem Bullæ Cruciatę. Cum verò præſens declaratio nihil ad rem præſentem faciat, exceptio enim ibi expreſſa tantùm firmat diſpoſitionem Bullæ *Superna*, judico privilegium Cruciatæ adhuc ſtare, Chriſtique fideles tutò poſſe ſibi eligere confeſſarios à quocunque Ordinario, ſeu Epiſcopo approbatos : nec ego video fundamentum ſufficiens, cur Prelati abſque graviſſimo ſcrupulo poſſint prohibere ſuis ſubditis uſum opinionis probabilis tot, tantiſque Doctoribus roboratæ, præcipuè circa Sacramentum pœnitentiæ, nam omnibus eſt compertum, fæminas, hominesque ignaros propriam conſcientiam, vel ex ignorantia, aut pudore ſolùm fructuosè ignotis Confeſſarijs aperire. Hanc ſententiam, ut probabilem ſemper tenui, & docui, ut particularis Doctor, & eidem nunc pro veritate rogatus particulariter ſubſcribo, *Amicus enim Plato, ſed magis amica veritas.* Ulyſſipone die 2. Auguſti 1698.

D. Archiepiſcopus Cranganorenſis.

ADDI.

ADDITIO

Ad ſuperiorem Appendicem.

SUMMARIUM.

1 *Nova declaratio Congr. Conc. non habet nonobſtantiam Cruciatæ.*
2 *Veritas ſemper eſt ſibi conſona. Neque debet extingui quocunque figmento.* Ibid.
3 *Declaratio Congr. Conc. debet ſupponere Pontificem conſultum.*
4 *Citatio partis requiritur etiã in ſententia interlocutoria præjudicium irreparabile inferente. Quod militat in ſententia declaratoria.* Ibid.
5 *Originale reſcripti Apoſtolici debet exhiberi ei; quem tangit. Debet illi intimari, teſtibus adhibitis.* Ibid.
Ante intimationẽ nullũ acquiritur jus. Ibid.
6 *Ubi deficit jus in reſcriptis, poteſt impediri ejus executio.*
7 *Quãdo de reſcriptis dubitatur, debent per allegantem prõduci in forma authentica ſub plumbo.*
Cùm veritas non apparet, ſtandum eſt opinioni DD. Ibid.
8 *In Luſitania nequeunt cauſæ ad Curiam avocari.*

1 NEque ulteriùs negotium faceſſit alia declaratio à quodam alio hujus Regni Epiſcopo obtenta, qui eam non auſus fuit populo producere; ſed ex quadam privata notitie nobis innotuit, &, ut fertur, habita fuit à Sacr. Congreg. Conc. Trid. ad quam privativè attinet hujus controverſiæ deciſio, præciſa facultate Cruciatæ, quæ ad ſolum Papæ Conſiſtorium ſpectat, ut jam diximus: verùm licèt ea nova ſupplicatio expreſſior dicatur extitiſſe, reſtrictius dicitur fuiſſe Sacræ Congregat. reſponſum; nam tametſi de electione Cruciatæ poſtularetur declaratio, ſolummodò reſcriptum fuit, obſervandam fore Clementis X. Conſtitutionem *Superna*: neque ibi additur non obſtantia Cruciatæ. Unde.

2 Accedit prædictis Leirienſis declarationis nullitatibus, nova alia fallentia, cùm variè inveniantur deſcriptæ hujuſmodi declarationes; neque cohæreat hæc Cong. Conc. declaratio cum tranſumpto ab Epiſcopo Leirienſi Regi oblato declarationis Congr. Reg. & Epiſc. cùm tamen veritas ſemper ſit ſibi conſona, ut ex Salisbert. *lib.* 2. *c.* 27. notat Valẽz. *conſ.* 163. *n.* 131. & non debeat extingui quocunque figmento ex *L. ſi obligatũ* 13.

Digitized by Google

Cod. de ſolut. L. ſi fortè ff. de caſtr. pec. L. aſſumptio ff. ad munic. L. 2. §. ult. ff. ſi quis cautionibus, cum pluribus traditis per Acacium *lib. 1. de privileg. cap. 5. n. 17.*

3 Supererat modò huic alteri declarationi reſpondêre: ſed cùm ſuperiori appendice affatim ejus materia ſuperſit explicata, nil ſupereſt modò, quod addatur: præterquamquòd ſpecialitèr huic Sacræ Congr. commiſſa ſit facultas declarandi, conſulto priùs Pontifice, ut patet ex Conſtit. 74. Sixti V. Congr. 8. §. 1. apud Cherub. *tom. 2. pag. 619.* ibi: *Interpretandi facultatem, nobis tamen conſultis, impartimur*: quæ Pontificis conſultatio fertur nullatenùs illi declarationi præceſſiſſe. Vide Card. Luca *tom. 3. diſc.* 32. *n. 10. & tom. 14. tr. 5. diſc. 2. n. 11. & diſc. 1. & tom. 15. diſc. 15.*

4 Deinde, quia ſimiliter ad illam proferendam non fuerunt citati Regulares, cùm etiam in ſententia interlocutoria præjudicium irreparabile inferente citatio hæc prærequiratur, ut ſatis ſupra demonſtravimus, & tradit Jaſon *in L. nequaquam num. 3. ff. de off. proconſ.* Felin. *in cap. cauſam quæ n. 2. de reſcript.* Anton. Niger *de execut. rei judic. cap. 6. §. 3. num. 50.* quod etiam militat in ſententia declaratoria ex *Clement. ſi quis, & ibi gloſ. v. niſi priùs vocato, de pœnit.* Tiraq. *in tract. res inter al. act. limit. 24.* ubi plures refert, Clement. *præſenti, & ibi gloſ. v. conſtiterit parte vocata de cenſ.* Gigas *de pẽſion. q. 78. num. 5.* Covar. *in cap. Alma mater p. 1. §. 9. num. 5.* & alij apud Barb. *in d. Clement. præſenti*, Craveta *de antiquit. temp. p. 1. ſect. circa primam num. 21.* Alex. *conſ. 11. n. 1. lib. 7.* Menoch. *conſ. 2. n. 322.*

5 Præterea, quia etiam ipſe Epiſcopus renuit originale oſtendere, quod ſanè debet exhiberi ei, cui dirigitur, ſeu quem tangit, nempe Regularibus, vel Commiſſario; ſi ad Cruciatam collimare intendat, & per manum notarij publici, teſtibus etiam adhibitis, intimari, ut notavit Speculator *tit. de reſcript. præſent. à num. 3.* quem ſequitur Garcia *de benef. p. 6. cap. 2. ſub num. 6.* Farin. *deciſ. 6. num. 2. p. 2. in poſth.* & Themud. *tom. 3. quæſt. 11. §. 3. n. 19.* nec anteà ullum acquiritur jus ex *cap. ſuper eo 2. de appellat.* ut tradit Joan. Andr. *in c. cam te de reſcript. in fine*, ubi etiam Felin. *n. 21. & in cap. ſciſcitatus n. 12. eod. tit. & in cap. fin. num. 39. de præſumpt.* Roman. *conſ. 353. num. 7. & 8.* Gabr. *commun. tit. de execut. rei jud. conſ. 3.* Molin. *de prim. lib. 2. c. 7. n. 58.* alter Molin. *de juſt. tom. 3. diſp. 599. num. 2.* Menoch. *de adipiſc. remed. 4. n. 410.* Barb. *in collect. ad cap. ſuper eo de appellat. à num. 5.* & alij citati à Pareja *de edit. inſtrum. tit. 4. reſol. un. §. 3. n. 25.*

6 Ubi autem deficit jus in reſcriptis, poteſt impediri executio abſque metu cenſuræ, ut ex pluribus tradit Bonac. *tom. 3. tract.*

Digitized by Google

tract. de cenſ. Bull. Cœn. diſp. 1. *q.* 17. *p.* 1. *num.* 4. & latè defendit Fragoſ. *de regim. p.* 2. *diſp.* 3. *lib.* 1. §. 13. *à num.* 61. & nos expendimus per totam quæſtionem 12.

7 Ideo advertit doctiſſimus Sacri Palatij Auditor D. Joannes Franciſcus de Pavinis *in prælud. ad Extravagant.* quòd quando de his dubitatur, per allegantem debent produci in forma authẽtica ſub plumbo, ſi extra Curiam ſint producendæ: immò ibidem advertit ſæpe Rotam judicare contra proprias deciſiones, ut dicit Cardin. *in cap. paſtoralis de fide inſtrum. quæſt. ultim.* ideoque cùm veritas manifeſtè non appareat, ſtandum eſt communi DD. opinioni à nobis ſatis ventilatæ, ut per Abbat. *in cap.* 1. *de poſtul. Prælat.* ubi gloſ. & notatur *in cap. um. eod. tit. in* 6. *& in L.* 1. *Cod. de profeſſ. qui in urbe.*

8 Præterquamquòd in Luſitania nequeunt cauſæ Eccleſiaſticæ ad Curiam avocari, ut ponderatum fuit *motivo* 3. *hujus Append.* & tradit Themudo *tom.* 3. *quæſt.* 11. *à num.* 61. ubi tranſcribit diploma Julij III. à nobis ibidem recenſitum, & *à num.* 65. plura areſta, diploma, & epiſtolam regiam circa ejus executionem recenſet: ex quibus colligũtur eædem hujus declarationis fallentiæ, quas ſupra in Appendice conſideravimus de declaratione, quæ ab Epiſcopo Leirienſi traditur fuiſſe obtenta.

Cenſura P. Iacobi Tinoci Sylvij, olim in Sacrâ Oratorij Congregatione Primi, & Primarij Theologiæ Profeſſoris.

NIl novi mihi inducunt colendiſſimæ Sacrarum Congreg. declarationes in hac appendice, ejuſque additione memoratæ: quin ejus reſolutionem illuſtrant valde; cùm ut adverſæ oblatæ, ſecundæ faveant; dum Cruciatam lædere non audent, quæ non obſtat Conſtitutionibus Regularium Confeſſariorum privilegia declarantibus; ſed privilegijs fidelium aſtipulatur, ut pœnitentiæ ſacramentum uberiùs ſuſcipiant: non ut pœnitentes ſuſpiciant Confeſſariorum Regularium privilegia; ſed ut pœnitentes Cruciatæ Confeſſarium aſciſcant: ſic enim (non aliàs) tam quoad Confeſſarios, quam quoad pœnitentes valet, & valebit Cruciata, quouſque à Supremo Paſtore contrarium decidatur: nec novum adverſis proba exerceri, quod olim Ovidius celebravit:

Scilicet adverſis probitas exercita rebus,
Triſti materiam tempore laudis habet.
Si nihil infeſti durus vidiſſet Ulyſſes,
Penelope felix, ſed ſine laude foret.

Lib. 5. de Triſt.

Non me latet magna, licèt ardua, aggredi, ſpretis difficultatibus, magnanimitatis eſſe documentum; attamen temerariam audaciam non laudo, ſed nimis carpo, & uſquè carpam: *Ne faciamus mala, ut eveniant bona:* bonum eſt confeſſarios eſſe ſcientiâ, & prudentiâ præditos: malum grave nimis, non habere Prælatos ſuis in Diœceſibus Confeſſarios: in primitiva Eccleſia uſque ad Trident. laxior erat approbationis norma; ſcimus omnes in primitiva Eccleſia plures floruiſſe Sanctos: Tridentino adfuit cauſa, ut approbationis normas præfiniret; nolimus ergo reſtringere, quod Eccleſia non reſtringit: nam

Ad Rom. 3.8.

Valer. Fl. l. 4. Argon.

Sæpe acri potior prudentia dextrâ.

Arcus tenſus ſæpius rumpitur: tonat proverbium; funis enim abrūpitur, nimiùm tendendo: quibus omnibus ritè perpenſis, ſubſcribo libentiſſimè deſcriptioni hujus appendicis, qua eruditiſſimus Cruciatæ Commiſſarius Generalis privilegia Cruciatæ illæſa defendit, cujus reſolutioni judicium meum humiliter ſubmitto, habita pace ſapientum. Ulyſſipone Nonis Auguſti Orbis reparati 1698.

Iacobus Tinocus Sylvius.

Cenſuræ Magiſtrorum.

VIſis fundamentis, & motivis in conſultatione doctiſſimè propoſitis, & illorum pondere ductus exiſtimo primò relatam declarationem Eminentiſſimorum Dominorum Cardinalium poſſe non cenſeri juridicam propter defectum conditionis, & clauſulæ, de qua advertenter agitur in motivo ſexto-decimo. Et dato quòd prædicta declaratio ſit vera, & ab ipſis Dominis Cardinalibus promanaſſet, adhuc non poteſt infringere jus, & privilegia Cruciatæ, ut evidenter convincitur, aut ſaltem multum efficaciter ſuadetur ex omnibus motivis in conſultatione adductis. præcipuè ex 1. 2. 3. & 4. Sic cenſeo. Ulyſſipone 5. Auguſti 1698.

Fr. Ludovicus à Purificatione, in Conimbricenſi Academia Sacræ Scripturæ Primarius Profeſſor.

DOctiſſimorum Virorum judicio ſubſcribo. In Regali Monaſterio Sancti Vincentij, die 6. Auguſti 1698.

D. Domn. Benedictus à Sancto Auguſtino S. Officij Cenſor.

Ego

Digitized by Google

EGo etiam libentiſſimè ſubſcribo.

Domn. Leonardus à S. Ioſeph, Concionator Regis.

SEmpre tive por opiniaõ provavel,q̃ qualquer Religioſo ſemèl in quacunque Diœceſi approbatus, podia nas outras Dieceſis virtute Bullæ, & privilegiortm ejus abſolver a qualquer penitente, que ſe chegaſſe a confeſſar com elle,naõ obſtante o novo decreto da Sagrada Congregaçaõ de Regulares. Lisboa, Convento da Santiſſima Trindade em 5. de Agoſto de 1698.

O Doutor Fr. Balthaſar do Baſto. O Meſtre Fr. Ioaõ Ribeiro.
O Preſentado Fr. Antonio das Chagas, Qualificador do S. Officio.
O Preſentado Fr. Thomás Teixeira.
O Preſentado Fr. Manoel da Conceiçaõ, Redemptor Geral.

NO que toca a qualquer Regular approvado em alguma Dieceſe abſolver a qualquer penitente que ſe chegar a elle, ou ſeja ejuſdem, vel alterius Diœceſis , naõ ſómente o julgo por opiniaõ provavel, mas a contraria por muito menos provavel , tam ex̃ authoritate extrinſeca, quàm intrinſeca virtute privilegiorum Bullæ. Neſte Convento da Santiſſima Trindade, em 5. de Agoſto de 1698.

O Meſtre Fr. Luis da Cunha. Miniſtro Provincial.

Digitized by Google

INDEX APPENDICIS DE APPROBATIONE Confeſſarij, & ejus additionis.

Lit. M. indicat motivum. N. numerum. Add. Addition.

A

Abſurdū ne ſequatur, verba ſunt improprianda. m. 12. *n.* 3.

Allegans caſum, debet eum probare. m. 2. *n.* 6.

*Approbationem reſtringit declaratio eam ab Ordinario loci requirens. m.*7. *n.*6.

*Approbationem Confeſſarij reiterari Bullæ diſponentes executionem non habuêre. m.*8. *n.* 1.

Approbatio ſi eſſet reſtricta in Cruciata, debebat in ſummario declarari ad inſtar exceptionis hæreſis in Cruciata Hiſpana. m. 14 *n.* 3.

Archiepiſcopus Bracharenſis nullam habuit contentionem cum Regularibus. m. 1. *n.* 4.

B

Bannitis æquiparantur impetrantes reſcripta Apoſtolica ſine facultate Regis. m. 10. *n.* 2.

Bulla Gregor. XIII. circa exceptionem hæreſis. m. 14. *n.* 2.

Bulla Clem. X. Superna *non fuit promulgata, nec recepta Luſitaniæ. m.*5. *n.*2. *&* *m.*9. *n.*2.

Bulla Superna *nullatenus lædit Cruciatam. m.*7. *n.* 1. *&* 2.

Bulla Epiſcopo Giennenſi conceſſa ſuper approbationem Confeſſarij non habuit executionem. m. 8 *n.* 2.

Bulla Superna *nõ invenîtur regiſtrata in Archivo Cruciatæ, ubi debebat examinari. m.*9. *n.* 1.

Bulla Urb. VIII. circa formam authenticam Conſtitutionum Apoſtolicarum. m. 16. *n.* 3.

Bullæ plures ſuper nova examina Regularium executionem non obtinuêre. m. 8. *n.* 1. *&* 3.

Bullam Superna *Epiſcopi Luſitani non obſervant. m.*5. *n.*8.

C

*Cardinalium declarationes non tollunt opinionem contrariam. m.*6. *n.* 1. *&* 2.

*Cardinalium declarationes ſæpiſſimè à læſione Cruciatæ receſſerunt. m.*8. *n.*4.

Cardinalium congregatio Epiſcoporum negotijs præpoſita non habet juriſdictionem ſuper Cruciatam. m. 15. *n.* 1.

Cardinalium declarationis ſtylus. m. 16. *n.*5.

Caſus omnes excludit dictio nullatenus. *m.*4. *n.*2.

*Cauſa remittitur à Sacr. Congr. ad Iudicem ordinarium, quando partes in ea non concordant, ut in ea terminetur. m.*2. *n.*2.

Cauſas nequit cognoſcere Legatus in prima inſtantia. n. 4.

*Cauſa, in qua pars non citatur, nulla eſt. n.*6.

*Cauſæ in Luſitania non poſſunt avocari ad Curiam. m.*3. *n.* 1.

*Cauſæ ut agitẽtur in Curia, requiritur concordia partium. n.*4.

Cau-

Cauſæ debent cognoſci in 1. inſtantia ab Ordinario. n. 11.
Cauſa etiam privati nõ judicatur, mandita parte. m. 11. *n.* 3.
*Cauſæ in Luſitania nequeunt ad Curiam avocari. Add. n.*6.
Citatio partis requiritur etiam ad probationem ſummarijſſimam. m. 2. *n.*6.
Citatio partis debet ſupponi, ut declaratio fiat ad inſtantiam alterius compartis. n. 1.
*Citari debet pars ad actum ſibi præjudicialem. n.*5.
Citationes ad Curiam punit Ordin. Luſitana. m. 3. *n.*2.
*Citari poſſunt ad Curiam Nationales contrahẽtes extra Regnũ. n.*9.
*Citatio partis requiritur etiam in ſententia interlocutoria præjudiciali. addit. n.*4.
Clauſula non obſtante *non auget gratiam, cui eſt affixa. m.*7. *n.* 3.
Commiſſarius Cruciatæ Generalis nequit cõveniri coram alio præter Pontificem. m. 15. *n.*2.
Conceſſio privilegij multum retardatur per perturbationem plebis. m. 1. *n.*5.
*Confeſſarij omnes unius Conventus nequeunt ſimul ſuſpẽdi. m.*4. *n.* 1.
*Confeſſarius ut ſuſpendatur, requiritur cauſa rationabilis. m.*4. *n.* 4.
Conſuetudo æquiparatur legi Põtificiæ. m. 1. *n.*7.
Conſuetudo derogat omni contrariæ diſpoſitioni. Ibid.
Conſuetudo ſolum derogatur per novam legem. Ibid.

D

Declaratio Sacræ Congr. nuperrima tranſcribitur in proœmio hujus appendicis.
Declaratio prædicta eſt ſubreptitia, & obreptitia. m. 1. *n.* 1.
*Declaratio Cardinalium facta ad inſtantiam partis debet ſupponere cõpartis citationẽ. m.*2. *n.* 1.
*Declaratio ut ſit valida, requiritur concordia partium in ea facienda. n.*3.
*Declaratio corruit, corruente diſpoſitione declarata. m.*5. *n.*9.
Declaratio nil de novo inducit. Ib.
Declaratio indiget promulgatione, ſicut ipſa lex. n. 3.
*Declaratio non poteſt reſtringere rem declaratam. m.*7. *n.*6.
Declaratio inferioris non tollit ſenſum ſuperioris. m. 8. *n.*2.
*Declarationes Cardinalium ſæpè à Cruciatæ læſione receſſerũt. n.*4.
Declarationis Cardinalium ſtylus. m. 16. *n.* 5.
Declaratio nova Cõg. Conc. non habet nonobſtantiam Cruciatæ. addit. n. 1.
*Declaratio Cong. Conc. debet ſupponere P. conſultum. n.*3.
*Declaratoria ſententia requirit citationem partis. n.*4.
Dictio nullatenus *omnes caſus excludit. m.*4. *n.*2.
Dictio in hac materia *refertur ad proximiora. m.*7. *n.*5.
Diſpoſitioni contraria ſolum tollit clauſula non obſtante. *n.*4.
Dolus præſumitur, quando exprimitur falſum. m. 1. *n.*4.
Dubia privilegij Regalis ſpectat ad

ad Conſiſtorium Papæ. m. 15. n. 3.

E

Epiſcopi in Luſitania Bullam Superna *non obſervant. m. 5. n. 8.*
Exempla obſervantiæ privilegij, ne cauſæ ad Curiam avocentur. m. 3. n. 6. 7. 8.
Exempti etiam Pontifici immediatè ſubjecti debent in Regno judicari in prima inſtantia. n. 11.

F

Fides, quæ debetur tranſumptis, indicatur. m. 16. n. 4.
Forma præfinita deficiente, actus redditur nullus. n. 1.
Forma authentica declarationis Cardinalium aſſignatur. n. 2.
Forma etiam authentica Conſtitutionis Apoſtolicæ. n. 3.

G

Generalia verba, generaliter ſunt intelligenda. m. 14. n. 2.
Gratiâ impetratâ caret mendax precator. m. 1. n. 3.
Gratiam non auget clauſula non obſtante. *m. 7. n. 3.*

H

Hæreſis abſolutio ut exciperetur in Bulla Hiſpana, neceſſarium fuit ſpeciale diploma Pontificis. m. 14. n. 2.
Hæreſis expreſſionem in ſummario Hiſpano debebat imitari approbationis reſtrictio, ſi daretur. n. 3.

I

Inferioris judicij acta avocantur ad ſuperius, ut verificentur. m. 12. n. 3.
Interpretatio non debet tollere jus tertio quæſitum. m. 16. n. 16.
Iudicari debēt in Regno cauſæ. m 3 n. 3.
Iudicari debent in Regno etiam exempti immediatè Pontifici ſubjecti. n. 11.
Iudicari nequit cauſa, etiam privati inaudita parte. m. 11. n. 3.
Iugum Dei non debet fieri intolerabile. m. 13. n. 2.
Ius nullum acquiritur ante intimationem reſcripti. addit. n. 5.
Ius ubi deficit in reſcriptis, poteſt impediri ejus executio. n. 6.

L

Legati munus expirat per ejus deceſſum à Regno. m. 2. n. 4.
Legatus nequit cognoſcere cauſas in prima inſtantia. Ibid.
Lege nova ſolùm derogatur conſuetudo. m. 1. n. 7.
Legi æquiparatur conſuetudo. Ib.
Leges à pluribus Pontificibus, in omnibus Provincijs juſſæ fuerunt promulgari. m. 5. n. 6. & 7.
Lex Pontificia debet in omnibus Provincijs promulgari. m. 5. n. 3.
Lex promulgatur, ut deveniat ad notitiam ſubditorum. n. 4. & 5.
Lex æquè, ac ejus declaratio indigent promulgatione. m. 6. n. 3.

M

Mendax precator caret gratiâ impetratâ. m. 1. n. 3.
Mendicantes nequeunt reexaminari ſine cauſa. m. 9. n. 3.

N

Nationales contrahentes extra Regnum, plures aſſerunt poſſe ad Curiam citari. m. 3. n. 9.
Negatio excludit totum, quod poterat iucludi. m. 4. n. 2.
Novitas multùm retardat Principem à conceſſionibus. m. 1. n. 5.

No-

Digitized by Google

Novitatis declarationis nuperrimæ ſubeuntur perturbatio. m. 13. n. 1.

Nullitas reſcripti obtenti ſine facultate Regis judicata fuit ab Ordinario Colimbrienſi. m. 11. n. 1.

Nullam producere poteſt effectum, quod nullum eſt. m. 2. n. 4.

O

Obreptio, & ſubreptio tunc dantur, quando dolosè tacentur, vel falsò exprimuntur ea, quæ poſſunt retardare Principem à cõceſſione. m. 1. n. 2.

Opinio probabilis approbatur. m. 5. n. 9.

Ordinatio Luſitana lib. 2. tit. 13. *punit citantes ad Curiam. m. 3. n. 2.*

Ordinatio Luſitana infligit pœnam exnaturationis impetrantibus reſcripta ſine facultate Regia. m. 10. n. 1.

Originale reſcripti Apoſtolici debet exhiberi ei, quem tangit. addit. n. 5.

P

Patriæ proditores reputantur impetrantes reſcripta Apoſtolica ſine facultate Regia cõtra privilegia Regni. m. 10. n. 2.

Perturbatio plebis multùm retardat Principem à conceſſionibus. m. 1. n. 5.

Pontifex in ſuis diſpoſitionibus non præſumitur tertio præjudicare. m. 2. n. 5.

Pontifices plures juſſerunt leges ſuas in omnibus Provincijs promulgari. m. 5. n. 6. & 7.

Præjudicium cui infertur, debet citari, m. 2. n. 5.

Prælatos inobedientes Rex ſolet expellere. m. 13. n. 3.

Præſumitur dolus, quando exprimitur falſum. m. 1. n. 4.

Præſumi ſemper debet bonum de bono. m. 10. n. 3.

Privilegium conceſſit Iul. III. Luſitaniæ, ne poſſint avocari cauſæ ad Curiam Romanam. m. 3. n. 1.

Privilegium ut amittatur, non ſufficit illo non uſum fuiſſe. n. 5.

Privilegia Regum non revocantur per clauſulas generales. n. 10.

Privilegijs Pontificijs non valet Rex privare ſuos vaſſallos, ſed punire infringentes privilegia Regni. m. 11. n. 2.

Probare debet, qui allegat. m. 2. n. 6.

Probatio etiam ſummarijſſima requirit partis citationem. Ibid.

Proceſſus cauſæ debet narrari Põtifici, ut obtineatur reſcriptum. m. 1. n. 6.

R

Ratiuncula contraria ſenſui non eſt ratio, ſed infirmitas intellectus. m. 4. n. 4.

Regna plura habent privilegium, ne cauſæ ad Curiam avocentur. m. 3. n. 3.

Regno debent exempti judicari in prima inſtantia, etſi ſint immediatè ſubjecti Pontifici. n. 11.

Regum privilegia non revocantur per clauſulas generales. n. 10.

Relatio reſtringitur ad id, quod in re-

velato continetur. m. 5. n. 1.
Rescripta impetrantes sine facultate Regia, puniuntur. m. 10. n. 1.
Rescripta debent produci in forma authentica per allegantem, quãdo de illis dubitatur. addit. n. 7.
Rex Lusitaniæ est protector Concilij Tridentini. m. 12. n. 1.
Rex solet expellere Prælatos inobedientes. m. 13. n. 3.

S

Sententia prolata in Curia de causa Lusitana, sine speciali Pontificis concessione, est nulla. m. 15. n. 4.
Subreptio, & obreptio tunc dantur, quando falsò exprimuntur, vel dolosè tacentur ea, quæ possunt retardare Principem à concessione. m. 1. n. 2.
Subreptitium dicitur rescriptum, quando impetrans cõmittit dolum in expressis, sivè causa sit finalis, sivè impulsiva. m. 1. n. 4.
Superior nunquam præsumitur præjudicare tertio. n. 7.
Superioris sensum non tollit declaratio inferioris. m. 8. n. 2.
Supplicatio Cruciatam tangens indiget Regis consensu. m. 11. n. 1.
Suspendi nequeunt omnes Confessarij unius Conventus. m. 4. n 1.
Suspensionem hanc reprobant plures sententiæ legatiæ. n. 3.
Suspensionem Cõfessarij debet causa rationabilis approbare. m. 4. n. 4.

T

Totum, quod poterat includi, excludit negatio. m. 4 n. 2.
Tribunal Regium est competens ad decidendas causas circa observantiam Tridentini. m. 12. n. 2.

V

Vassallos suos non vult Rex privare beneficijs Pontificijs, sed punire infringentes privilegia Regni. m. 11. n. 2.
Verba sunt improprianda, ne sequatur absurdum. m. 12. n. 3.
Verba generalia, generaliter sunt intelligenda. M. 14. n. 1.
Veritas semper est sibi consona. addit. n. 2.
Veritas non debet extingui quocunque figmento. n. 2.
Veritas cùm non apparet, standum est opinioni DD. n. 7.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

3 1772

Digitized by

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google